An opinio sit idem cum phantasia.car.79.in litera f
Opinio non est idem cum phantasia.car.79.in litera f
An phantasia sit sensus in actu,uel in potentia, car.79 in litera q
Phantasia,neq; est sensus in actu,neq; in potentia.car.79 in litera g, & in litera p q
An intellectus aliquo possit pati.car.80.in litrra e
Intellectus nec per se nec per accidens patitur.car.80.in litera d e
An intellectus possibilis sit potentia passiua carte.80 in litera f
Intellectus possibilis est potentia passiua,car.80.in lite ra f,& in litera h
An intellectus possibilis sit substantia separata. carte 80. litera i
Intellectum possibilem esse substantiã separatam,est im possibile.car.80.in litera k
An singularia per se intelligantur ab intellectu.carte.80. in litera k
Singularia intelliguntur non directe,sed reflexe.ca.80.in litera h i
An rei materialis quiditas sit proprium & p se obiectũ intellectus,an ens.car.80.in litera p
Quiditas rei materialis,proprium & per se obiectum in tellectus est car.80.in litera i,& in litera k
An post actualem considerationem,species intelligibiles in intellectu remaneant.car.80.in litera k
Post actualem considerationem remanent species intelli gibiles in intellectu possibili.car.81.in litera a
An species intelligibilis sit id,quod intelligitur.carte. 81. in litera d
Species intelligibilis non est illud,quod intelligitur, sed quo intelligitur.car.81.in litera e
An possibilis intellectus intelligere possit.car.81.in lĩa f
Intellectus possibilis intelligere potest.car.81.in litera f
An intellectus possibilis seipsum intelligat.carte. 81. in litera c
Intellectus possibilis,non per suam essentiam,sed per spe ciem intelligibilem intelligit seipsum.car.81.in litera c
An necesse sit ponere intellectum agentem. carte.81. in li tera f
Præter intellectum possibilem,necesse est ponere intelle ctum agentem.car.81 in litera f
An intellectus agens sit habitus.car.81.in litera n
Intellectus agens est sicut habitus.car.81.in litera n
An intellectus agẽs sit separatꝰ ab anima. car.81.in lĩa o
Intellectus agens non separatur ab anima,sed est aliquid eius.car.81.in litera o
An intellectus agens sit perpetuus & incorruptibilis.ca. 81.in litera q

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index

Intellectus agens perpetuus & incorruptibilis. car.81.in litera q
An intellectus agens sit unus in omnibus.carte.82. in litera a
Intellectus agens non est unus in omnibus. carte.82.in litera a
An duæ tantum sint operationes intellectus,indiuisibilis intelligentia, & compositio & diuisio.carte.82.in litera b
Tantū duæ sunt operationes intellectus,uidelicet incomplexorum,seu indiuisibilium intelligentia,& compositio & diuisio. car.82.in litera a b
An in prima operatione intellectus aliquis error contingat car.82.in litera a
In prima operatione intellectus,nō contingit errare.car.82.in litera a b
An intellectus noster prius indiuisibile attingat,quam diuisibile.car.82.in litera o
Indiuisibiliū,aliquod prius attingitur quam diuisibile & aliquod est, quod econuerso se habet. carte.82.in litera c
An intellectus moueatur ab intelligibili.carte.82, in litera k
Intellectus ab intelligibili mouetur . car.82. in litera i k
An intellectus intelligat sine phantasmatæ.cart.82. in litera l
Nequit intellectus absq; phantasmate intelligere.car.82 in litera k l
An practicus & speculatiuus intellectus duæ sint potentiæ animæ realiter distincte,an potius ratione.car.82. in litera m
Speculatiuus & practicus intellectus,non sunt duæ potētiæ animæ realiter distinctæ sed ratione.carte.82.in litera m
An sicut sensus a sensibili, ita intellectus ab intelligibili moueatur.car.82.in litera l
Sicut intellectus ab intelligibili sic sensus a sensibili mouetur car.82.in litera k l
An intellectus abstrahendo a phantasmatibus intelligat. car.82.in litera c
Intellectus intelligit a phantasmatibus aliquid abstrahendo.car.83.in litera b
An plantę moueantur motu locali.car.83.in litera e
Plantę nō mouentur motu locali progressiuo,& suo modo mouent ad quancunq; positionis differentiam car.83.in litera e
An appetitus intellectiuus,a sensitiuo distinguatur.ca.83. in litera b & in litera e
An appetitus intellectiuus,qui dicitur uoluntas,specie distinguitur a sensitiuo. car.83. in litera a
An appetitus intellectiuus,in irascibilem & concupiscibilem diuiditur car 83.in litera b
An suipsius motiuum,habeat phantasiam carte.83. in litera d
Vnumquodq; seipsum mouet,inquantum phantasiā habet.car.83.in litera c d
An homo moueat seipsum, inquantum habet rationem. car.83.in litera e
Homo mouet seipsum mediante ratione.ibidem.
An ratio & intellectus sint duæ potentiæ. carte.83. in litera f
Ratio et intellectus licet idem essentialiter sint,officijs nihilominus distinguuntur diuersis car. 83 in litera f g
An quodlibet uiuens habeat animam uegetatiuam.carte. 83.in litera h
Quodcunq; uiuens, quamdiu uiuit,necesse est q; habeat animam uegetatiuam.car.83.in litera h
An omne uiuens sensum habeat.car.83.in litera e
Non quodcunque uiuens sensum habet.carte.83. in litera h
An ommibus animalibus sensus insit car.83.in litera i
Animalia cuncta sensum aliquem habent.carte.83. in litera h i
An corpora tantum,quibus inest anima uegetatiua ,unā habeant.car.84.in litera a
Corpora quibus , ineſt anima uegetatiua ,uitam habent. car 84.in litera a b

FINIS.

A

I

D. THOMAE AQVINATIS ORDINIS PRAEDICATORVM IN LIBROS DE ANIMA ARISTOTELIS

Cum duplici textu antiquæ uidelicet translationis & Argyropyli: semper autem primo loco Argyropyli translatio deinde antiqua ponitur.

ARGY. Scientia de anima est præstantissima.

CVM OMNEM *scientiam rem esse bonam arbitremur ac honorabilem, & aliam magis, ex eo talem esse putemus quia uel exactior est, uel rerum est earum quæ magis præstabiles, magisque sunt admirabiles, scientiam animæ nimirū ob hæc utraque non iniuria ponendam in primis esse censemus.*

ANT. BONORVM *& honorabilium notitiam opinantes, magis autem alteram altera, aut secundum certitudinem, aut ex eo q; & melioru, & mirabiliorum est, propter utraq; hæc, animæ historiā rationabiliter utiq; in primis ponemus.*

Text.cō.2.

DIVI THOMAE COMMENTARIA.

LECTIO PRIMA.

Cap.1.

C

Docet fūt Thomas 1 procemio physicorū.

ICVT docet Philosophus in 11.de animalibus,in quolibet genere rerum necesse est prius considerare communia & seorsum, & postea propria uniquiq; illius generis,quem quidem modū Aristoteles seruat in philosophia prima. In metaphysica enim primo tractat & considerat communia entis inquantum ens,postea uero considerat propria unicuique enti. Cuius ratio est,quia nisi hoc fieret, idem diceretur frequenter. Rerum autem animatarum omnium quod dam genus est, & ideo in consideratione rerum animatarum oportet prius considerare ea quæ sunt communia omnibus animatis, postmodum uero illa quæ sunt propria cuilibet rei animatæ. Commune autem omnibus rebus animatis est anima,in hoc enim omnia animata conueniunt. Ad tradendum igitur de rebus animatis scientiam, necessariū fuit primo tradere scientiam de anima tanquam communem eis. Aristote.ergo uolens tradere scientiam de ipsis rebus animatis , primo tradit scientiam de anima , postmodum uero determinat de proprijs singulis animatis in sequentibus libris. In tractatu autem de anima quem habemus pre manibus , primo ponit procemium , in quo facit tria,quę necessaria sunt in quolibet procemio.Qui enim facit procemium tria intendit,primo enim ut auditorem reddat beniuolum. Secundo ut reddat docilem. Tertio ut reddat attentum. Beniuolum quidem reddit,ostendendo utilitatem scientiæ, docilem prœmittendo ordinem & distinctionem tractatus, attentum attestando difficultatem tractatus. Quę quidem tria Aristote. facit in procœmio huius tractatus.Primo enim ostendit dignitatem huius scientię. Secundo uero ordinem huius tractatus.Quis sit,scilicet & qualiter sit tractādum de anima.ibi ¶ Inquirimus autem. ¶ Tertio uero ostendit difficultatem huius scientię ibi.¶ omnino autem & penitus difficillimorum &c. ¶ Circa primū duo facit. Primo enim ostendit dignitatem huius scientię.

D

Aristin li. bo. rhe. ad alexandrū & in. 3. li. the.ca. 14.

Secundo utilitatem eius.ibi ¶ Videtur autem & ad ueritatem.&c ¶ Circa primum sciendum est q; omnis scientia bona est,& non solum bona,uerum etiam honorabilis. Nihilominus tamen una scientia in hoc superexcellit aliam. Quod autem omnis scięcia sit bona, patet, quia bonum rei est illud,secundum quod res habet esse perfectū,hoc enim unaquęq; res quęrit & desiderat. Cum igitur scientia sit perfectio hominis inquantum homo, scientia est bonum hominis. Inter bona autem quædam sunt laudabilia, illa scilicet quæ sunt utilia in ordine ad finem aliquem.laudamus enim bonum equum , quia bene currit, quędam uero sunt etiam honorabilia, illa scilicet quæ sunt propter seipsa.honoramus enim fines.In scientijs autem quædam sunt practicæ,& quædam speculatiuę,& hę differūt, quia practice sunt propter opus , speculatiuæ autem propter seipsas. Et ideo scientiam speculatiuæ & bonæ sunt & honorabiles sunt,practicę uero laudabiles tantum. Omnis ergo scientia speculatiua bona est & honorabilis. Sed & in ipsis scientijs speculatiuis inuenitur gradus quantum ad bonitatem & honorabilitatem. Scientia nāq; omnis ex actu laudatur, omnis autem actus laudatur ex duobus, ex obiecto,& qualitate seu modo,sicut ędificare est melius quam facere lectum , quia obiectum edificationis est melius lecto.In eodem autem, respectu eiusdē rei,ipsa qualitas gradum quendam facit , quia quanto modus ædificij est melior,tanto melius est ędificium. Sic ergo , si consideretur scientia, seu actus eius ex obiecto, patet, q; illa scientia est nobilior,quæ est meliorę & honorabiliorum. Si uero consideretur ex qualitate seu modo,sic scięcia illa est nobilior quę est certior. Sic ergo dicitur una scientia magis nobilis altera,aut quia est meliorum & honorabiliorum,aut quia est magis certa . Sed hoc est in quibusdam scientijs diuersum,quia alique sunt magis certę alijs,& tamen sunt de rebus minus honorabilibus , aliæ uero sunt de rebus magis honorabilibus & melioribus, & tamen sunt minus certæ. Nihilominus tamē illa est melior , quę de rebus melioribꝰ & honorabilioribus est.Cuius rō est , quia sicut dicit Philosophus in libro undecimo de animalibus. Magis concupiscimus scire modicum de rebus honorabilibus & altissimis , etiam si topice & probabiliter illud sciamus , q̄ scire multum & per certitudinē de rebus minus nobilibus.Hoc enim habet nobilitatem ex se & ex sua substantia, illud uero ex modo & ex qualitate.Hęc autem scientia,scilicet de anima,utrunq; habet, quia & certa est, hoc enim quilibet experitur in seipso,q; scilicet habeat animam , & q; anima uiuificet . Et quia est nobilior,anima enim est nobilior inter inferiores creaturas. Et hoc est quod dicit. Nos ¶ opinantes notitiam ¶ idest scientiam speculatiuā omnium esse ¶ bonorum ¶ idest de numero bonorū ¶ & honorabilū ¶ sed altera scientia est magis bona & honorabilis altera , dupliciter,aut quia est magis certa,ut dictum est. unde dicit ¶ secundum certitudinem,aut ex eo q; meliorum ¶ illorum scilicet quæ sunt in sua natura bona ¶ & mirabiliorꝫ ¶ idest illorum quorum causa ignoratur ¶ propter utraq; ¶ idest propter hæc duo ¶ animæ historiam. ¶ Et dicit ¶ historiam. ¶ quia in quadam summa tractat de anima non perueniendo ad finalem inquisitionem omnium quę pertinent ad ipsam animam,in hoc tractatu. Hoc enim est de ratione historiæ ¶ in primis ¶ hoc si accipiatur quātū ad to-

Aristin. 2. lib magnorum moralium ca 1. &. 2.

Bonitas a scientis ex duobus,pōdet,ex obiecto & qualitate seu modo.

Vid.1. lib. de pti animaliū c.1. Scientia de anima,ceteras partes naturalis philosophiæ,utrocunque modo antecellit, hoc est,materia et certitudine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I tam scientiam naturalem, non dicit ordinem sed dignitatem. Si uero ad scientiam de rebus animatis tantum, sic ly in primis dicit ordinem. Consequenter cum dicit.

Scitu de anima multum in modum utile est. Tex.c. 2.

Videtur autem & ad ueritatem omnem, ipsius animæ cognitio uehementer conferre, & maxime ad ipsius naturæ scientiam. Est enim anima quasi principium omnium animalium.

Videtur autem & ad ueritatem omnem, cognitio ipsius multum conducere, maxime autem ad naturam. Est enim tanquam principium animalium.

Ostendit utilitatem.

Reddit auditorem beniuolum ex utilitate huius scientie dicens, q̃ cognitio de anima uidetur multum proficere ad omnem ueritatem quæ traditur in alijs scientijs. Ad omnes enim partes philosophiæ insignes dat occasiones, quia si ad philosophiam primam attendamus, non possumus deuenire in cognitionem diuinarum & altissimarum causarum, nisi per ea quę ex uirtute intellectus possibilis acquirimus. Si enim natura intellectus possibilis esset nobis ignota, non possemus scire ordinem substantiarum separatarum, sicut dicit Commentator super 11. metaphysicę. Si uero attendatur quantum ad moralem, nõ possumus perfecte ad scientiam moralem peruenire, nisi sciamus potẽtias animæ. Et inde est q̃ Philosophus in ethic. attribuit quasdam uirtutes diuersis potẽtijs animæ. Ad naturalem uero utilis est, quia magna pars naturalium est habens animam, & ipsa anima est fons & principium omnis motus in rebus animatis. Est enim alia tanq̃ principium animalium, ly ‡ tanquam ‡ non ponitur similitudinarie, sed expressiue. Consequenter cum dicit.

Lib. 1. phy.

Atque perspicere cognoscere q; naturam eius & substãtiam quærimus, deinde ea quæ circa ipsam accidunt, quorum quædã affectus ipsius esse proprij, quædam animalibus etiam per ipsam inesse, competere q; uidentur.

Tex.cõ. 3 Hic docet redire Ex. circa Subst. ad principium demum uero etiam affectiones cõsiderandæ sint.

Inquirimus autem considerare & cognoscere naturam ipsius & substantiam, posita quæcunq; accidunt circa ipsam. Quorum aliæ propriæ passiones animæ esse uidentur, aliæ autem communes & animalibus propter illam inesse.

Ostendit ordinem huius tractatus dicens q̃ intẽdimus considerare per signa. s. & cognoscere per demonstrationem, scilicet quid sit anima, seu naturam ipsius & substantiam ‡ & postea quæcunq; accidunt circa ipsam ‡ deest passiones eius. Et in hoc est quędam diuersitas, quia quædam uidentur passiones animę tantum, sicut intelligentia & speculatio, quędam uero per ipsam animam inesse uidentur communiter animalibus, sicut delectatio & tristitia, sensus & phantasia. Consequenter cum dicit.

M Hic attentum facit, prima difficultas.

Verum enim omni ex parte, at q; omnino difficilium est, fidẽ aliquam de ipsa tandem accipere. Nam cum hæc quæstio communis sit etiam cum alijs rebus compluribus, de substantia dico, & quid est, unius cuipiam fortasse modus, una uia quædam esse uidetur, qua cognoscere quidnam sit unaquæq; possumus rerum, quarum substantiam percipere uolumus, & perinde at q; modus unus est hisce, quo proprij rerum demonstrãtur affectus. Quapropter quærendum est, quænam sit illa uia, quis ille modus unus, quo rerum substantiæ percipi possint. Quod si non unus quidam at q; cõis sit ille modus, longe difficilior ipsa pertractatio fit. Oportebit enim de unaquaq; rerum accipere, quis ad unamquanq; modus accommodabitur. Si uero pateat, illum, demonstrationem uel diuisionem uel etiam quendam alium modum esse, complures insuper difficultates errores q; emergunt, in ijs exquirendis e quibus uniuscuiusq; conficienda est diffinitio. Aliarum nanq; rerum alia principia sunt, ut numerorum superficierum q;. Primum autem fortasse necessarium est, diuidere at q; accipere in quonam genere collocetur, quicq; sit ani-

N *ma, utrum sit substantia, an in qualitate, uel in quantitate, uel in alio quodam prædicamentorum genere, collocetur. Deinde perueſtigandum est utrum eorum subeat rationem quæ potentia sunt, an potius quidam sit actus. Non enim parum interesse uidetur. Considerandum est præterea, si partilibus sit, necne. Et utrum eiusdem sit anima speciei omnis, an non. Si autem nõ similis speciei, utrum specie tantum, an etiam genere differat. Nunc enim ij qui dicunt at q; quærunt de anima, de humana tãtum quærere perscrutari q; uidentur. At cauendum est ne, nos prætereat, utrum una sit eius ratio, ut animalis, an uniuscuiusque sit alia ratio, ut equi, canis, hominis, aut dei. Animal autem uniuersale, aut nihil est, aut posterius est, & quicquid itidem aliud communiter prædicatur.*

Omnino autem & penitus difficillimorum est, accipere aliquam fidem de ipsa, cum enim sit quæstio communis & multis Tex.cõ.4
K *alijs (dico autem eam quæ est circa substantiam, & eũ quæ quid* O *est) fortasis alicui uidebitur una quam methodus esse de omnibus de quibus uolumus cognoscere substantiam, sicut & eorum quæ sunt secundum accidens, propriorum demonstrationem.* Tex.cõ.5.
Quare quærendum utiq; erit methodum illam. Si autem non est una quædam & communis methodus de eo quodquid est, amplius difficilius est negociari. Oportebit enim accipere circa unumquodq;, quis modus. Si autem manifestum sit, utrum demonstratio sit, aut diuisio, aut etiam aliqua alia methodus, adhuc multas habet dubitationes & errores, ex quibus oportet
1 *quærere. Alia enim aliorum principia, sicut numerorum &*
Tex cõ. 6 *planorum. Primum autem fortasis necessarium est diuidere in*
P *quo genus, & quid sit. Dico autem utrum hoc aliquid & substantia sit, aut qualitas, aut quantitas, aut etiam quoddam*
Tex cõ. 7 *aliud diuisorum prædicamentorum. Adhuc autem, utrum eorum quæ in potentia sunt, an magis entelechia quædam sit, differt enim non aliquid parum. Considerandum autem & si partibilis, & utrum sit similis speciei omnis anima, an non. Si autem non similis speciei, utrum specie differant: aut genere. Non quidem enim dicentes & quærentes de anima, de humana solũ*
Tex.cõ. 8 *uidentur intendere. Formidandum autem quatenus non lateat utrum una ratio ipsius est, sicut animalis, aut secundum unum quod q; altera, ut equi, canis, hominis, aut dei, animal autem uniuersale, aut nihil est, aut posterius. Similiter autem & si aliquod commune aliud prædicetur.*

Ostendit difficultatem huius tractatus. Et hoc quantũ ad duo. Primo quantum ad cognoscendum substantiam animæ. Secundo quantum ad cognoscẽdum accidentia seu proprias passiones ibi. ‡ Dubitationem autem &c. ‡ Quantum autem ad primum, ostendit duplicem difficultatem. Et primo quantum ad modum diffiniendi ipsam. Secundo quantum ad ea quæ intrant diffinitionem. ibi. ‡ Primum autem fortasis &c. ‡ Dicit ergo quamuis sit utilis scientia de anima, tamen difficile est scire de anima quid est, & hæc difficultas est in qualibet re, cum sit una communis quæstio animæ & multis alijs, circa substantiam eorum, et circa quodquid est. Est ergo prima difficultas, quia nos nescimus per quam uiam procedẽdum sit ad diffinitionem, quia quidam dicunt q̃ demonstrando, quidam q̃ diuidendo, quidam uero q̃ componendo. Arist. autem uoluit q̃ componendo. Secunda difficultas est de his quæ ponuntur in diffinitione. Diffinitio enim notificat essentiam rei, quæ non potest sciri nisi sciantur principia, sed diuersorum sunt diuersa principia, & ideo difficile est scire ex quibus sumantur principia. Illa ergo quæ ingerunt difficultatem ponentibus & inquirentibus diffinitionem reducuntur ad tria, quorum primum est crica substã-

Ostendit difficultatem. Q

tiam

A tiam animæ. Secundum circa partes eius. Tertium circa adiutorium quod necessarium est in diffinitionibus ex accidentibus animæ. Circa substantiam est dubitatio de genere. Hoc enim primo quærimus in diffinitione cuiuslibet rei ut. s. sciamus genus. Et ideo quærendum est in quo genere sit ponenda anima, utrum. s. in genere substantiæ uel in quanto, uel in quali. Et nõ solum est accipere genus supremum, sed propinquum. Nec q̃ enim quando hominem diffinimus, substantiam accipimus, sed animal. Et si anima inuenitur in genere substantię, adhuc cum unumquodq; genus dicatur dupliciter, hoc quidem potentia, hoc autẽ actu, quærendum erit utrum sit potentia uel actus. Item quia substantiarum quædam sunt compositæ, quædam simplices, quærendum erit utrum anima sit cõposita, aut simplex, & utrum partibilis uel impartibilis. Est etiã quæstio utrum sit unius speciei omnis anima ad omnem animam, aut non. Et si nõ sit unius speciei, adhuc est quęstio utrum differant etiam genere uel non. Item adhuc dubitatio est circa ea quæ participant diffinitione. Quædam
B enim diffiniuntur ut genus, quædam uero ut species. Et ideo uidetur esse quæstio, utrum diffinitio animæ sit sicut generis, aut sicut speciei specialissimæ. Nam aliqui quærentes de anima uidentur intendere solum de anima humana. Et quia apud antiquos Philosophos erat duplex opinio de anima. Platonici enim qui ponebant uniuersalia separata scilicet q̃ essent formæ & ideę, & erant causæ rebus particularibus cognitionis & esse, uolebant q̃ esset quædam anima separata per se, quę esset causa & idea animabus particularibus, & q̃ quicquid inuenitur in eis, deriuatur ab illa. Naturales autem philosophi uolebant q̃ nõ essent substantię uniuersales nisi particulares tantum, & q̃ uniuersalia nihil sint in rerum natura. Et propter hoc est
C quæstio. utrum sit quærenda solum una communis ratio animę, sicut dicebant Platonici, uel huius uel illius animę, sicut dicebant naturales scilicet ut animæ equi, uel hominis, aut dei Et dicit ‡ dei ‡ quia credebant corpora cœlestia esse deos, & dicebant ea esse animata. Arist. autẽ uult q̃ quęratur ratio utriusq;, & communis animę, & cuiuslibet speciei. Quod autem circa hoc dicit, animal autem uniuersale, aut nihil est, aut posterius, sciendum est q̃ de animali uniuersali possumus loqui dupliciter, quia autem secundum q̃ est uniuersale, quod scilicet est unum in multis aut secundum q̃ est animal, & hoc, uel secundum q̃ est in rerum natura, uel secundum q̃ est in intellectu. Secũdum autem quod est in rerum natura, Plato uoluit animal uniuersale aliquid esse, & esse prius particulari, quia ut dictũ est, posuit uniuersalia separata & ideas. Aristo. autem uult q̃ ut sic, nihil est in rerum natura Et si aliquid est, dixit illud esse posterius. Si autem accipiamus naturam animalis non secundum q̃ subiacet intentioni uniuersalitatis sic aliquid est & prius, sicut quod est in potentia, prius est q̃ id quod est in actu. Consequenter cum dicit.

D *Præterea, si non plures sint animæ, sed partes, utrum animam totam, aut partes quærere prius oporteat. Difficile autem est id quoque determinare, quænam inquam partes a quibus diuersæ sint. Et utrum ipsas partes an ipsarum partium operationes prius quærere perscrutarique oporteat, ceu intelligere, aut intellectiuum, & sentire aut sensitiuum, & eodem modo de cæteris. Quod si operationes sint exquirendo prius rursus profecto quispiam dubitabit, si obiecta horum prius sint in quirenda, ut sensibile priusquam sensitiuum, & intelligibile, quam intellectiuum.*

Tex cõ. 9 Tex. c. 10.

Amplius autem & si non multæ animæ, sed partes, utrum oportet quærere prius totam animam, aut partes. Difficile autem & determinare quænam hazi natura alteræ abinuicem sint. Et utrum partes oportet quærere primum aut opera ipsarum, ut intelligere, aut intellectum, & sentire aut sensitiuum. Similiter autem & in alijs. Si autem opera prius, iterum utiq;

E *dubitabit aliquis, si obiecta horum prius quærendum, sicut sensibile sensitiuo, & intelligibile intellectiuo.*

Tangit difficultates quæ emergunt circa potentias animę. In anima enim sunt partes potentiales scilicet intellectiuum, sensitiuum, & uegetatiuum. Est ergo quæstio utrũ hæ sint diuersæ animę, sicut Platonici uolebant, & etiam ponebant, an sint partes potentiales animæ. Et si sint partes potentiales animę, quęritur etiã utrũ primo debeamus quęrere potentias ipsas q̃ actus, aut primo actus q̃ potentias, ut intelligere ante intellectũ, & sentire q̃ est actus, an re sensitiuũ quod est potentia et similiter in alijs potentijs & actibus. Et si primo debemus quęrere actus quam potentias, adhuc etiã quæstio utrum sint prius quęrẽda obiecta horum actuum q̃ potentię, utputa prius debeat quæri sensibile quam sensitiuum, aut intelligibile quam intellectiuum. Consequenter etiam cum dicit.

F *Non solum autem ipsius quid est cognitio conferre uidetur ad perspiciendas eorum causas accidentium, quæ per se substantijs insunt, ut in mathematicis confert quid est rectum & quid curuum, uel quid linea quid superficies, ad cognoscendum, quot rectis trianguli anguli sunt æquales, nam ipsum quid est, omnis est principium demonstrationis, sed econuerso etiam accidentia magnam afferunt opem ad illud percipiendum. Nam cum per imaginationem de accidentibus, aut omnibus, aut pluribus reddere possimus, tum aliquid etiam de substantia dicere poterimus optime. Quare patet eas omnis diffinitiones differendi modo uanęq; dictas & assignatas esse, quibus non sit, ut accidentia percipiantur, aut de ipsis coniectura facilis habeatur.*

Quæ sint Dialectica, deformes et cur uanæ ac reiciendæ, declarabit mox Arist tex 16 Tex.cõ.11.

Videtur autem non solum quodquid est cognoscere, utile esse ad cognoscendas causas accidentium substantijs, sicut in mathematicis quid rectum & quid obliquum, & quid linea, & quid
G *planum, ad cognoscendum quod rectis trianguli anguli sunt æquales, sed & econtrario accidentia conferunt, magnam partem ad cognoscendum quodquid est. Cum enim habeamus tradere, secundum phantasiam de accidentibus, aut omnibus, aut pluribus, tunc & de substantia habebimus dicere aliquid quam optime. Omnis enim demonstrationis principium est, quodquid est. Quare secundum quascunq; diffinitiones non contingit accidentia cognoscere, sed neq; coniecturari de ipsis facile, manifestum est q̃ dialecticæ dictæ sunt & uanæ omnes.*

Ponit difficultates, quæ emergunt quantũ ad illa quæ sunt in adiutorium diffinitionis animę, quia in diffinitione oportet non solum cognoscere principia essentialia, sed etiam accidentalia. Si enim recte diffinirentur, & possent cognosci principia essentialia, diffinitio non indigeret accidentibus. Sed quia principia essentialia rerum sunt nobis ignota, ideo oportet q̃ utamur differentijs accidentalibus in designatione essentialium, bipes enim nõ est essen
H tiale, sed ponitur in designatione essentialis. Et per eas scilicet per differentias accidentales peruenimus in cognitionem essentialium. Et ideo difficile est, quia oportet nos cognoscere quodquid est anima, ad cognoscendum facilius accidẽtia animæ, sicut in mathematicis ualde utile est prę accipere quod uiderat esse recti & curui & plani ad cognoscendum quod rectis trianguli, anguli sint æquales. Econuerso etiam accidentia si præaccipiantur, multum cõferunt ad cognoscendum quodquid erat esse, ut dictũ est. Siquis ergo assignet diffinitionem per quam non deueniatur in cognitionem accidentium rei diffinitæ, illa diffinitio non est realis, sed remota & dialectica. Sed illa diffinitio per quam deuenitur in cognitionem accidẽtium est realis & ex proprijs & essentialibus rei.

Est etiam de affectibus animæ dubitatio, utrum omnes com- Lege infe- rius, lec. 10. Tex.cõ.12
munes sint cum eo quod habet animam, an sit & ipsius animæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

I *propriis aliquit.*

Dubitationem autem habent et passiones animæ utrum sint omnes communes & habentis, an sit aliqua & animæ propria ipsius.

Lectio. II.

POSTQVAM philosophus ostendit difficultatē quę est in scientia de anima ex parte substantiæ. & quodquid est animæ, hic consequenter ostendit difficultatē q̄ est ex parte passionū & accidentiū aiæ. Et circa hoc duo facit. Primo mouet dubitationem circa passiones aiæ, & soluit eam. Secundo ex hmōi solutione ostendit ꝙ cognitio de aīa pertinet ad philosophū naturalē seu ad physicum. ibi. ¶ Et propter hoc igitur iam physici &c. ¶ Dicit ergo primo ꝙ dubitatio est circa passiones aīę & opationes, utrū .s. essent aīæ proprię sine cōicatione corporis, ut Platoni uidebatur, uel nulla sit propria aīę, sed oēs sint cōes corpo
K ris & compositi. Deinde cum dicit.

Hoc enim ipsum accipere quidem necessarium est, nō tamen accipi facile potest. Atq; plurimi sunt, quorum sine corpore nullum aut agere, aut pati uidetur, ut irasci, confidere, cupere, & omnino sentire. Maxime autē ipsum intelligere proprio simile est. Quod si hoc etiam imaginatio sit quædam, aut sine imaginatione non fit: nec istud esse sine corpore potest.

Hoc enim accipere quidem necessarium est, non autem facile. Videtur autem plurimorum quidem, nullum sine corpore pati, neq; facere, ut irasci, confidere, desiderare, & omnino sentire, maxime autem uidetur propriam, ipsum intelligere. Si autem est & hoc phantasia quædam, aut non sine phantasia, non continget utiq;, neq; hoc sine corpore esse.

Et circa hoc duo facit. Primo. n. ostendit difficultatem huiusmodi quæstionis. Secūdo uero necessitatē. ibi. ¶ Si quidem igitur est aliquid. ¶ Dicit ergo primo, ꝙ accipere hoc. s. utrum passiones & operationes animę sint cōes uel
L propriæ, est necessarium, & non est leue, sed ualde difficile. Et ꝙ sit difficile ostendit dicens, ꝙ causa difficultatis est, quia in apparēti uidetur ꝙ multæ passiones sint cōes, et nō sit pati sine corpore, ut puta irasci, et sentire, & hmōi. quorum nihil patitur aīa sine corpore. Sed si aliqua operatio esset propria aīę, apperet hoc de operatione intellectus. Intelligere. n. quę est operatio intellectus, maxime uidetur proprium esse aiæ. Si quis tñ recte consideret, nō uidetur proprium aīæ intelligere. Cum. n. intelligere uel sit phantasia ut Platonici ponebant, aut non sit sine phantasia, fuerunt. n. quidam (sicut antiqui naturales) qui dicebant ꝙ intellectus non differebat a sensu. & si hoc esset, tunc intellectus in nullo differret a phantasia, & ideo pla
M tonici moti sunt ad ponendum intellectum esse phantasiam. Cum ergo phantasia indigeat corpore, dicebant ꝙ intelligere nō est proprium animæ, sed commune animæ & corpori. Si autem detur ꝙ intellectus non sit phātasia, nihilominus tñ non est intelligere sine phantasia. Restat igitur ꝙ intelligere non est proprium animæ, cum phantasia indigeat corpore. Non ergo contingit hoc. s. intelligere esse sine corpore. Quamuis autem hoc Arist. satis apte manifestet in tertio huius, nihilominus tñ quātum ad hoc aliquid exponemus. Nam intelligere quodāmodo est proprium aīæ, quodāmodo est coniuncti. Sciendū est igitur ꝙ aliqua opatio aīæ aut passio est, quæ indiget corpore, sicut instrō & sicut obiecto, sicut uidere indiget corpore, sicut obiecto quia color, qui est obiectum uisus, est in corpore. Item sicut instrō, quia uisio & si sit ab anima, nō est tñ nisi per organū uisus. s. pupillā quę est ut instrm, & sic uidere non est aīæ tm, sed etiam organi. Aliqua aūt operatio est quæ indiget corpore non tñ sicut instrō, sed sicut obiecto tm. Intelligere. n. nō est p organū corpale, sed indiget obiecto corpali. Sicut. n. philosophus dicit in tertio

Lec. 13. Text. 30

huius, hoc modo phātasmata se hñt ad intellectum, sicut colores ad uisum. Colores aūt se hñt ad uisum, sicut obiecta, phantasmata ergo se hñt ad intellectū sicut obiecta. Cum aūt phantasmata non sint sine corpore, uidetur ꝙ in telligere non est sine corpore, ita tñ ꝙ sit sicut obiectum & non sicut instrm. Et ex hoc duo sequūtur. Vnum est ꝙ intelligere est propria operatio aīę, & nō indiget corpore nisi ut obiecto tm, ut dictum est, uidere aūt & aliæ operationes & passiones non sunt aīæ tm, sed coniuncti. Aliud est ꝙ illud quod habet operationem per se, habet etiā esse & subsistentiā per se, & illud ꝙ non habet opationē per se, non habet esse p se. Et ideo intellectus est forma subsistēs, alię potētiæ sunt formę in materia. Et in hoc erat difficultas hmōi qōnis, quia. s. oēs passiones aīę secūdū appa
N rentiā uidentur esse coniuncti. Consequenter cum dicit.

Si igitur operationum animæ, uel affectuum aliquis proprius, fieri ipsius, fieri potest ut ipsa anima separetur. Sin uero nullus sit eius proprius, non separabilis est, sed est de ipsa perinde atq; de recto, cui multa quidem, ut rectum est, competunt, neluti puncto pilam æneam tangere, non tamen ipsum unquam separatum tanget. Est enim inseparabile, quippe cū semper aliquo cum corpore sit.

Siquidem igitur est aliquid animæ operum aut passionum proprium continget utiq; ipsam separari. Si uero nullum est proprium ipsius, non utiq; erit separabilis, sed sicut recto, inquantum rectum multa accidunt, ut tangere æneam sphæram secundum punctum, non tamen tanget hoc. separatū ipsum rectū, inseparabile enim, siquidem semper cū quodā corpore est.

Assignat cām necessitatis huius qōnis, quia. s. ex hoc
P trētur unū ꝙ oēs maxime scire desiderant circa aiam, utrū s. cōtingat aīam separi dicēs, ꝙ si cōtingat aliq̄ propriam opationē, aut passionē, aīę esse, uti; cōtinget ipsam aīam separari corpore, quia ut (dictū est) ꝙ habet operationem per se, hēt etiā esse & subsistētiam p se. Si uero nō esset aliqua propria opatio seu passio aīæ, eadem rōne non cōtin geret ipsam aīam separari a corpore, sed erit de aīa, sicut de recto. Licet. n. multa accidant recto inquantū rectū. s. tāgere æneā sphęrā secundū punctū, non tñ accidit ei nisi in materia, non. n. tangit rectū in puncto, æneā sphærā nisi in materia. Sic erit de anima si non habet propriam operationem, ꝙ licet ei multa accidant, non tamen accidunt ei nisi in materia. Consequenter cum dicit.

Vidētur autem omnes affectus animæ cum corpore esse, ira, mansuetudo, timor, misericordia, confidentia, gaudium, odium deniq;, atq; amor. Nam una cum his ipsum corpus aliquid patitur. Quod quidem ita esse ex eo patet. Interdum enim non irascuntur neq; timent, etiam si se uehementes ipsis manifestæue causæ offerant. Interdum a paruis, quibusdam mouentur atq; exiguis, si feruet concitaturq; corpus, & perinde se habet atq; cum afficitur ira. Hoc magis ex eo patet, quia nonnulli nulla re penitus accidente, quæ quidem posit terrere, nulloq; imminente periculo ut hi qui metuunt, perturbantur ac afficiuntur timore. Quæ si ita sint, patet affectus rationes esse materiales. Quare & diffinitiones ipsorum sunt tales. Irasci nanq; motus qdā talis ē corpis, aut partis, aut potētiæ, ab hoc, huius gratia. Text. 58

Videntur autem & animæ passiones omnes esse cum corpore ira, mansuetudo, timor, misericordia, confidentia, adhuē gaudium, & amare & odire. Simul enim cum his patitur aliquid corpus. Indicat autem hic, aliquando quidem duris & manifestis passionibus concidentibus nihil exacerbari, aut timere. Aliquando autem & a paruis & debilibus moueri, cum accendatur corpus. & sic se habeat sicut cum irascitur. Adhuc autē magis hoc manifestum, Nullo enim terrībili imminente, in passionibus

A *sionibus fiunt, ijs inquam quibus timens. Si autem sic habet, manifestum quoniam passiones rationes in materia sunt. Quare termini tales, ut irasci, motus quidam talis corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc, & gratia huius.*

Manifestat illud quod supra supposuerat, ꝙ. s. quędam passiones aīæ sunt coniuncti & non aīæ tm. Manifestat aūt hoc ex uno quod consistit ex duobus. Cuius rō talis est. Omne ad qđ operatur ꝓplexio corpis, non est aīæ tm sed ēt corporis, sed ꝓplexio corporis operat ad oēs passiones aīæ, ut puta ad iram, māsuetudinem, timorē, ꝓfidentiā, misericordiam, & hmōi, uī ergo aīæ passiones oēs esse cū corpore. Et ꝙ ad hmōi passiones operetur complexio corporis probat dupl̄r. primo sic. Quia nos uidemus ꝙ aliqñ superuenunt duræ & manifestę passiones, & hō non pro uocat, neq; timet, sed si accendat ex furore seu ex ꝓplexio ne corpus a ualde paruis & debilibus mouet, & sic se hēt sicut cum irascit. Secundo probat dicēs. Adhuc sit magis
B manifestum ꝙ ad hmōi passiones operet ꝓplexio corpis. Videmus. n. ꝙ ēt si nullum immineat periculū, fiunt in aliq̄bus passiones sil̄es his passionibus quę sunt circa aiam, ut puta melācholici frequenter si nullum periculū immineat, ex ipsa ꝓplexione inordinata fiunt timentes. Ergo quia sic se hēt. s. ꝙ ꝓplexio operet ad passiones hmōi, manifestum est ꝙ hmōi passiones ¶ sunt rōnes in materia ¶ : i hītes es se in materia. Et ꝓꝓ hoc termini tales. i. diffinitiones harū passionū non assignant sine materia, sicut si diffiniat ira. dicetur ꝙ est motus talis corpis siue cordis, aut parti, aut potētię. Et hoc dicit ꝗtum ab ūbam seu cām materialē ¶ ab hoc ¶ quantum ad causam efficientem ¶ gra huius ¶ quā tum ad causam finalem. Consequenter cum dicit.

Idcirco naturalis est, de anima, uel omni, uel tali cōsiderare.

Et propter hæc igitur iam physici est considerare de anima, aut omni, aut huiusmodi.

Concludit ex his quæ dicta sunt ꝙ consideratio de aīa pertinet ad naturalē. Et hoc ex mō diffiniendi ꝓcludit. Et iō hic duo facit. Primo ꝓbat propositū. Secōo insistit circa
C diffinitiones ibi. ¶ Differenter aūt diffiniet &c. ¶ Probat aūt ꝓpositū hoc mō. Opationes aīæ & passiōes sunt opationes corpis & passiones ut oñsum est. Oīs aūt passio, cū diffinitur, oportet ꝙ habeat in sui diffinitionę illud cuius est passio, nā subiectū sp cadit in diffinitione passiōis. Si ergo passiones hmōi non sunt tm aīæ, sed ēt corpis, de necessitate oportet ꝙ in diffinitione ipsaꝝ ponatur corpꝰ sed oē in quo est corpus seu materia, ꝓtinet ad naturalē. ergo & passiones hmōi ꝓtinēt ad naturalē. Sed cuius est cō siderare passiones, eius est ꝓsiderare subiectum ipsarum. Et ideo iam physici est cōsiderare de aīa ¶ aut omni ¶ simplr ¶ aut hmōi ¶ . s. de ea quę est affixa corpori. Et hoc dicit, quia reliquerat sub dubio utram intellectus potentia affixa corpori. Consequenter cum dicit.

D *Diuerso autem modo naturalis, & differendi artifex unūquodq; ipsorū diffiniet. Nā alter irā appetitionē esse dicet doloris uicissim aduersatio inferendi, aut aliquid tale. Alter sanguinis aut caloris eius qui circa cor est, feruorem ebullitionemue, atq; alter materiem, alter formam hoc pacto reddit & rōnem. Hæc. n. est rō rei, q̄ necesse est si fuerit, in tali materia esse. Sic enim & domus assignari diffinitio solet. Nam quidam talē eius rationem assignat, esse dicens tegmentum quodquidem prohibere propulsareq; pōt incōmoditates eas quæ tum a uentis, tum ub imbribus, tum etiam ab æstu fieri euenireq; solent. Quidam dicit lapides esse, lateres atq; ligna, at alius formam in hisce ponit horum dicendo gratia. Quis igitur istorum est naturalis? Is ne qui materiam assignat, & rōnem ignorat, an is qui solā rationē reddit, & materiā ipsam amittit, an is potius qui utranq; complectitur? At illorum uterq; quis est? At. n. constat neminem*

Diuersi exē plū de do mo.

E *esse qui circa materiæ uersetur affectus non separabiles & ut non separabiles sunt, præter ipsum Philosophum naturalem. Etenim naturalis circa omnia ea uersatur quæ talis corporis talisq; materiei sunt operationes atq; affectus. Circa autem ea quæ talia non sunt, non naturalis sed aliud solet uersari. Atq; de nonnullis quidem considerat si forte fuerit artifex, faber inq̄ uel medicus. De his autem quæ separabilia quidem non sunt, at tamen non, ut affectus corporis talis, sed abstractione sumūtur, mathematicus, at ea quæ sunt separata, et ut talia sunt, ipse primus Philosophus contemplatur.* Lge ii li. phy.

Text. c. 16

Differenter aūt diffiniet physicus & dialecticus unūquodq; ipsorū, ut ira quid est. Hic quidem. n. appetitum recontrisiationis, aut aliquid hmōi, ille aūt feruorem sanguinis, aut calidi circa cor. Horum aūt alius quidē assignat materiā, alius uero speciem & rationem. Ratio quidem. n. hæc species rei. Necesse est aūt hanc esse in materia hmōi, si erit, sicut domus, rō quidē talis quædā, quia operimentū prohibens corruptiones a uentis et imbribus & caumatibus. Hæc aūt dicit lapides & lateres & ligna. Alia uero in his speciem, propter ista. Quæ igitur naturalis harum? utrunque quæ circa materiam, rōnem aūt ignorās, aut quæ circa rōnem solum, aut magis quæ est ex utrisque? Illorū aūt quis uterque. An non est aliquis, qui circa passiones materiæ non separabiles, & quatenus non separabiles uersetur, sed physicus circa oēs talis corporis, & talis materia, actiones & passiones uersatur. Quæcunque aūt non quatenus talia, alius. Et de quibusdam quidem est artifex, si contingat, ut structor, aut medicus, At non separabilium quidem inquantum aūt non talis corporis passiones, sed ex remotione, mathematicus. Secundum autem q̄ separatæ primus Philosophus.

F

G

Insistit circa diffinitiones. Quia. n. ostendit qđ in diffinitionibus passionum aiæ, aliquæ sunt in quibus ponitur materia & corpus, aliquæ uero in quibus nō ponitur materia sed forma tm, ostendit quod hmōi diffinitiones sunt insufficientes. Et circa hoc inuestigat dām quæ inuenit in istis diffinitionibus. Aliqñ. n. dat aliqua diffinitio i qua nihil est ex parte corpis: sicut qđ ira est appetitus uindictę, aliqñ assignat aliqua diffinitio in qua est aliqd ex parte corpis seu materię, sicut quod ira est accēsio sanguinis circa cor. Prima est dialectica. Scda uero est physica, cū ponat ibi aliqd ex parte materiæ, & iō ꝓtinet ad naturalē. Hic. n. s. physicus assignat materiā cū dicit, ꝙ est accēsio sanguinis circa cor. Alius uero. s. dialecticus ponit spēm et rōnē. Hoc. n. s. appetitus undictæ est rō irę. Quod aūt diffinitio prima sit insufficiens manifeste apparet. Nā oīs forma q̄ est in materia determinata, nisi in sua diffinitione ponat materia illa diffinitio est insufficiens, sed hæc forma. s. appetitus undictæ est forma in materia determinata, unde cū nō ponatur in eius diffinitione materia, ꝓstat quod ipsa diffinitio est insufficiens. Et ideo necesse est ad diffinitionē ꝙ in diffinitione ponatur hoc. s. formā esse in materia hmōi. s. determinata. Et sic hēmus tres diffinitiones, qa una assignat spēm & spēi rōnem, & est formalis tm, sicut si diffiniatur domus ꝙ sit opimentū prohibēs a uentis & imbribus & caumatibus. Alia aūt assignat materiā, sicut si dicatur ꝙ domus est opimentū quoddā ex lapidibus, lateribus, & lignis. Alia uero assignat. i. in diffinitione ponit utrūq; materiā. s. & formā dicēs, ꝙ domus est opimentū tale cōstās ex talibus, & ꝓꝓ talia. s. ut ꝓhibeat uētos &c. & iō dicit, qđ alia diffinitio. s. tria ponis ¶ in his ¶ . s. i lignis lapidibus quę sunt ex parte materiæ ¶ spēm ¶ . i. formam ¶ ꝓꝓ ista ¶ . s. ut ꝓhibeat uētos. Et sic cōplectitur materiā, cū dicit ¶ in his ¶ & formā cū dicit ¶ spēm ¶ & cām finalē cū dicit ¶ ꝓꝓ ista ¶ q̄ tria requīrur ad ꝙfectā diffinitionē. Sed si quæratur quę istaꝝ diffinitionum sit naturalis,

Finitio tria lectia, qđ, physica, quid.

H

Tres diffinitiones for malis seu logica. Materialis & naturalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I & quę non. Dicendū q illa quæ considerat formam tm, non est naturalis, sed logica. Illa aūt quę est circa materiā ignorat aūt formā, nullius est nisi naturalis. Nullus.n. hēc cōsiderare materiā nisi naturalis. Nihilominus tn illa quę ex utrisq; est. sed ex materia & forma est magis naturalis. Et duę harū diffinitionū pertinēt ad naturalē, sed una est imperfecta. s. illa q̄ ponit materiā tm, alia uero pfecta. s. illa quæ est ex utrisq;. Nō.n. est aliquis q cōsideret passiones materiæ, pō separabiles nisi physicus. Sed qa sunt aliqui qui aliter cōsiderāt passiones materiæ, iō oīdit qui sint & qualr cōsiderent, & dicit q sunt tres. Vnū genus est q differt a naturali ꝙtum ad principiū, licet cōsideret passiones prout sunt in materia, sicut artifex qui considerat formā in materia, sed differunt, quia hmōi principiū est ars, physici uero principium est natura Aliud genus est q qdem considerat ea quę hñt esse in materia sensibili, sed nō recipit in diffinitione materiam sensibilem, sicut curuū rectum, & hmōi, licet habeant esse in materia & sint de numero non separabiliū ꝙtum ad esse, tn mathematicus non determinat sibi materiā sensibilē. Cuius ratio est, quia res aliquæ sunt sensibiles per qualitatē, ꝙtitatem aūt præexistunt qualitatibus, unde mathematicus concernit solū id quod ꝙtitatis est absolute, non determinans hāc uel illam materiā. Aliud genus est quod quidem cōsiderat illa quorum esse uel non est in materia oīno, uel quorum esse pōt esse sine materia & hic est Philosophus primus. Et notandum q tota ratio diuisionis philosophiæ sumitur fm diffinitionem & modū diffiniendi, cuius ratio est quia diffinitio est principium demōstrationis rerum, res autem diffiniuntur per essentialia. Vnde diuersæ diffinitiones rerum diuersa principia essentialia demonstrant, ex quibus una scientia differt ab alia. Consequenter cum dicit.

*Sed eo redeundum est, unde nostra deflexit oratio, Diceba*mus aūt affectus animæ esse inseparabiles ab animalium naturali materia ut tales sunt, & non ut separatur lineæ supficieiq;, sic irā & metū a subiecta sibi materia separari. Verū.n. uero necesse est cōsiderantes de anima, & de his dubitantes ac ambigētes, quæ nos oportet procedētes inuenire, atq; pcipere, in me aiū corū antiquorū afferamus opiniones, q de anima tractarūt aliquid atq; dixerunt, ut ea qdem accipiamus quæ bene sunt dicta, ab his autem caueamus quæ non bene receptq; dicta fuere.

Text. c. 1 g

Sed redcūdū est unde sermo. Dicebamus aūt q, passiones animæ nō separabiles a physica materia animaliū, inq̄tū tales existūt furor, & timor, & nō sicut linea & planū. intēdentes aūt de anima, necesse est, sil' dubitātes de quibus bene dubitare oportet, ptranseuntes priorum opiniones, cōprehendere quicūq; aliquid de ipsa enuntiauerunt, ut bene quidem dicta accipiamus. Si uero aliquid non bene, hoc uereamur.

Interpres legisse uidetur. ℞ hoc non videtur bene dubitat cū ꝙtitates legendum sit hoc modo necesse ē simul cum bitates de ijs, quibus abūdare oportet.

Quia uidebatur fecisse quasdam digressiones ex hoc q instituit ad inquisitionem diffinitionum, reducit sed ad materiā ppriā, dicens q redeundū est ad materiā propriā, uñ est sermo hitus. s. q passiones aię ut amor, timor, & hmōi nō sunt separabiles a physica materia aialiū inq̄tum tales existūt. inq̄tū passiones q nō sunt sine corpe, & nō sunt sicut linea & planū. i. supficies q rōne pōt separari a materia naturali. Si ergo ita est, ad naturalē spectat cōsideratio eaꝝ, & ēt aiæ, licut supradictū est. { De qua }. s. aīa intēdentes ad pñs necesse est accipe opiniōes antiquoꝝ, qcūq; sint q aliqd enūtiauerint de ipsa. Et hoc gdē ad duo erit utile: primo qa illud q bñ dcm est ab eis, accipiem⁹ in adiutoriū nr̄z. Secdo qa illd q male enūciatū ē, cauebim⁹.

Animatum ab inanimato, motu & sensu maxie distinguitur, infra lib 2

*Initium aūt inquisitionis hoc erit, pfecto cōgruū, si prius po*fuerimus ea quæ maxime uidentur animæ competere suapte natura. Animatum itaq; duobus his ab inanimato maxime differre uidetur, motu ac sensu. A maioribus etiam nostris hæc duo fere de anima accipimus.

*Principium autem quæstionis præponere quæ maxime uidē*tur ipsi inesse secūdum naturam. Animatum igitur ab inanima to in duobus maxime differre uidetur, motu & sensu. Accipiemus aūt & a progenitoribus fere duo hæc de anima. Lect. iij.

N
text 15 & lib. 3 text. 40.

SVPRA posuit Pbs prœmiū, in quo & intētionē suā, qd agendū, & difficultatē huius opis oīdit, hic uero psequit tractatū fm ordinem pmissum. Diuidit aūt tractatus iste in duas partes. Primo.n. tractat de natura aiæ fm opinionē aliorꝝ Pborꝝ. Secdo uero fm ueritatē, et hoc in secdo libro. Prima pars diuidit in duas partes. Primo.n. narrat opiniones aliorꝝ Pborꝝ de aīa. Secdo uero inquirit de opinionibus illis. ibi { Cōsiderādū est aūt &c } Prima pars diuidit in duas. Primo.n. oīdit ex quib⁹ Pbi habuerūt uiā ad inuestigandū de aīa. Secdo uero oīdit qūo diuersi deuenerūt in diuersas opiniōes de aīa. ibi. { Dñt.n. } Dicit ergo primo q principiū nr̄æ qōnis. i. inquisitionis est appone re omnia quæ secundū naturam uidentur inesse animę.

O
Ignoca nūl pet ea qpl sunt nō in notissima.

Circa quod sciēdū est q qū inuenimus aliqua duo differre fm aliquid manifestū, & fm aliud immanifestū, certum est q id quod est manifestū, uenimus in notitiā illius quod est immanifestū. Et hunc modū tenuerunt Pbi ad inueniendū naturā de aīa. Aiata.n. ab inaiatis differunt, per hoc q aiata hñt aiam, inaiata uero non. Sed quia natura aiæ erat immanifesta, & non poterat inuestigari nisi p ali qua manifesta in quibus differunt aiata ab inaiatis, iuenerunt illa, & fm illa conati sunt deuenire in cognitionē naturæ aiæ. Illa aūt manifesta in quibus aiata differunt ab inaiatis, sunt duo. s. sentire & moueri. Nā aiata uñ differre ab inaiatis maxime motu, ut. s. moueant seipsa, & sensu seu cognitione. Vnde credebāt q qñ scirent principia istorum duoꝝ, scirent quid est aīa. Vñ laborauerunt cām motus & sensus s. ire, ut p hoc scirēt naturā aiæ, & credebant q id quod est cā motus & sensus esset aīa, & in hoc oēs antiqui Pbi conueniebant. Sed ex hoc antiqui in diuersas opiniones diuisi sunt. Nā aliqui conati sunt deuenire in cognitionē aiæ p motū, alii uero p sensum. Et ideo cū dicit.

P
*Inquiunt enim nonnulli animam id esse quod maxime pri*moq; mouet. Atq; existimantes fieri non posse: ut id aliud quiescat quam moueat, quod non moueatur, animam unum quid eorum esse putarunt, quæ motu cientur.

Tex. c. 30

Dicunt enim quidam & maxime & primo animam esse id

Q
quod est mouens. Existimantes autem quod non mouetur ipsum non contingere mouere alterum, aliquid eorum quæ mouentur animam sic arbitrati sunt esse.

Oīdit hoꝝ diuersitatē. Et primo de illis qui inqrebāt naturā aiæ a motu. Secdo de illis qui inquirebāt eam a cognitione seu sensu. ibi. { Quicunq; aūt ad cognoscere & sentire. } Tertio eoꝝ q inquirebāt naturā eius ex utroq;. ibi. { Qm aūt & motuū. } Circa primū sciendū est q illis qui inquisierūt aiæ naturā a motu erat unum cōe. s. q si mouentē aīata, q aīa sit mouēs & mota. Et huius rō est, quia existimabant q id quod nō mouet uō contingit mouere alterꝝ. i. q nihil mouet nisi moueat. Si ergo aīa mouet aīata, & nihil mouet alterꝝ nisi moueat ipsum, manifestum est q aīa maxime mouet. Et hoc est pp quod antiq naturales arbitrati sunt aīam esse eoꝝ q mouentē. Sed ex hoc ēt diuersæ opiniones prouenerunt. Et ideo cum dicit.

D
Quocirca Democritus ignē atq; calorem ipsam censuit esse. Nam cum sint infinitæ figuræ, ac individua, corpora rotunda, dicit ignem & animam esse. Hæc individua corpora similia corpusculis ijs esse, quæ in aere fieri uidentur, in ipsis inquam radijs, quæ per fenestram ingrediuntur, & rerum elementa generandarum, seminaq; totius esse naturæ dixit. Eadem & Leucippus ille censebat. Horum igitur corporum ea quæ sunt rotūda, ignem ac animam asserunt esse, propterea q maxime omniū figuræ tales totū corpus ingredi penetrareq; possunt, atq; cæte

ra mouere

A
ra mouere cum moueantur & ipsa. Arbitramur.n. animam id

Opinio Democriti de anima.

esse q motū animalibus præbet. Quapropter & respirationē, uiuendi rationem, atq; causam esse putant. Nam eo q continet contrahente corpora, cōprimenteue, ac extrudente figuras eas, quæ præbent animalibus motum, quia nec ipsæ unq̄ quiescunt succurrsum auxiliumq; respiratione fieri dicunt, ingredientibus aliis figuris similibus, & quæ quidem egredi prohibent ipsas quæ animalibus insunt, id repellendo q contrahit atq; premit, & cōtrq; uiuere animalia, quousq; id facere possunt.

Opinio Leucippi.

Vnde Democritus ignem quendam aut calorem dicit esse ipsam. Infinitis.n. existentibus figuris & athomis, quæ specie rotundæ, ignem et animam dicit, ut in aere mota corpora quæ uocantur decisiones quæ uidentur per portas in radijs, quarū omne semen, elementa dicit totius naturæ. Similiter autem & Leucippus. Horum autem sphærica, animam, propter id quod maxime possunt per omne penetrare huiusmodi figuræ & mouere reliqua cum moueantur & ipsa, arbitrantes animam esse efficiens in animalibus motum. unde & uiuendi terminum esse respirationem. Constringēte.n. eo quod continet corpora, & extrudente figuras præbentes animalibus motum, ex eo q, non est ipsas quiescere nullatenus, auxilium fieri de foris, ingredientibus aliis huiusmodi in respirando. Prohibere enim has & quæ insunt animalibus disgregari, simul prohibentes constringens & comprimens, & uiuere autem q̄diu possunt hoc facere.

B
Ponit primo opinionē Demo. de aīa dicēs. Vñ Demo. quidā. s. antiquus Philosophus, qui excogitās illud quod maxime mouet, esse naturā aiæ. & quia illud quod maxime mouet, uī esse de natura ignis. Et iō dicit ipsam aīam esse ignē quēdā aut calorē. Et opinio sua fuit talis. Ipse.n. nihil ponebat esse in reꝝ natura nisi sensibile & corpale, & uolebat q principia oīum reꝝ sint corpa indiuisibilia & infinita quæ uocabat athomos. Quæ quidem dixit esse unius naturæ, sed differre ab inuicē figura, pōne, & ordine, licet hic tm ponat de figura, quia hęc sola dria quę est

Text. c. 21

C
fm figurā necessaria est. Et ista dria quæ est secundū figurā, est q quædā erant rotunda, quędā quadrata, quædam pyramidalis & hmōi. Ponebat ēt hęc esse mobilia, et nūq̄ quiescentia & ex cōcursu ipsoꝝ athomoꝝ casu esse mundū factū a iebat. Et q hæc indiuisibilia corpora sint mobilia, dabat exēplū de decisionibus quæ mouentē in aere, ēt si nulla tēpestas sit, sicut apparet p portas in radijs solis. Vñ cū illa sint multo minora qa sunt indiuisibilia, ille uero quæ apparent in radijs decisiones sunt diuisibiles, manifeste apparet q sint maxime mobilia. Et quia inter alias figuras, figura rotūda est magis apta ad motū, cū non habeat angulos quibus impediat a motu. & quia credebant aīam maxime moueri ex eo quod arbitrati sunt aīam efficere motū aialibus, iō inter ista infinita corpa, illa q erant inter illa rotunda corpa, dicebat esse aīam. Huius etiā opinionis fuit Leucippus qui fuit socius eius. Et ad hoc habe

D
bat unū signū, quia uoluit Demo. terminū uitæ. i. rōnē, cō sistere in respiratione, licet insufficienter, quia non oīa uiua respirāt, quæ quidē respiratio necessaria erat secūdum eum, quia corpa rotunda implent corpus, cū sint cā motus in corpe aialis secundū eū, & sunt in cōtinuo motu, et eo q cōtinet. i. corpa nr̄a aere cōstringente { & extrudēte }. i. exterius mittente illas quæ sunt de numero figuraꝝ quę sunt præbentes animalibus motus, ex eo q nullo modo quiescunt, ne forte eis oīno expulsis a corpibus nr̄is, deficerent corpa. iō necessaria est respiratio p q̄ & intromittant alia corpa, & ea quæ sunt intus ab istis quæ respiratione intrant, impediant ab exitu. Et tandiu dixit uiuere aialia, q̄diu possunt hoc facere. s. respirare. Et uis hmōi signi est, quia cū respiratio ex hoc dicat esse rō uitæ, q cōtinet ipsa corpora rotunda in corporibus aialium, & immittit etiam ea intus, ne propter exeuntia corpora quę continue mouent, deficiat corpus aialis, manifestum est q ipsa corpa sint aīa, quæ quidem corpora uoluit Demo. esse de natura ignis, & ex eis causari calorem. Secundo cū dicit.

E
Videtur autem & id quod a nonnullis pythagoricis dicitur

Opinio pythagoricorum. Tex. c. 22 Opinio Archetæ

eandem habere sententiam. Quidam enim ipsorū ea corpuscula quæ agitantur in aere quidam id quod illa mouet ac agitat: animam esse dixerunt: propterea q continue moueri uidentur, etiā si nullus uentus penitus afflet,

Videntur autem & a pythagoricis dictum, eandem habere

F
intelligentiam. Dixerunt enim quidam ipsorum, animam esse quæ sunt in aere decisiones. Alij autem has mouens. De his autem dictum est, propter ea quod continue uidentur moueri, & si sit tranquillitas nimia.

Ponit opinionē quorūdā pythagoricoꝝ, quę sic̄is erat opinioni Demo. nā illud quod pythagorici dñt de aīa, eā dē hñt intelligentiā cū eo q̄d dicit ipse Demo. licet pythagorici in eandē sniam non cōueniāt. Nā quidā ipsoꝝ cōuenientes cū Demo. dixerūt aīam esse decisiones quę sunt in aere. i. corpa indiuisibilia & infinita: sicut Demo. dicebat. Alij uero ex ipsis philosophis non dixerūt ipsa corpa indiuisibilia & mobilia esse aīam: sed illā uirtutē quę mouet ea corpora, aīam dicebant. Et huius opinionis fuit quidā Archelaus philosophus magr̄ Socratis, ut Augustinus narrat in lib. de ciui. dei. Et rō horū. s. quare dicebāt hmōi corpora esse animam dicta est, quia sicut iam patet, uolebant q illud quod maxime mouetur est anima, unde pp hoc q hæc corpa cōtinue moueri uidebantur, licut apparet in aere in quo mouentur etiam si sit tranquillitas, dicebant ista corpora esse animam. Consequenter cum dicit.

G
Eodem feruntur & ij qui dicunt animam id esse q, seipsum

Op'nio pythagoricorum. Tex. c. 22 Opinio Archetæ

agitat motu, etenim omnes ij motum uidentur putasse maxime proprium esse animæ, & alia quidem uniuersa per animam, hanc autem a seipsa moueri, quia nihil uidebant mouere, quod non moueatur & ipsum.

*In idem autem feruntur quicunq; dicunt animam esse q, seip*sum mouens. Videntur autem hi omnes existimantes motū maxime proprium esse animæ, Et alia quidem omnia moueri propter animam, ipsam autem a seipsa, propter nihil uidere mouens, quod non & ipsum moueatur.

Reducit in quandā summam opinionē plurium philosophoꝝ de aīa ad has opiniones dicens, q oēs illi qui diffinientes aīam a motu, dixerūt ipsam esse illud quo seipsum mouet { feruntur in idem }. i. in eandem intellgētiam cum prædictis. Oēs.n. cōcordant in hoc & cōueniūt q uidētur existimasse motum maxime et præcipuę esse proprium aię. & quicquid mouetur, mouet ab aīa, ipsam uero aīam moueri a seipsa. Et ratio horum, sicut iam tactum est, erat quia cōiter opinati sunt q nihil mouet alterum nisi moueat & ipsum. Vnde cum aīa moueat alia: credebāt aiam maxime & præcipue moueri. Tertio cum dicit.

H
Similiter & Anaxagoras id quod mouet, animam esse dicit.

Et siquis alius censuit uniuersum mentem mouisse, non tamen perinde penitus atq; Democritus.

Tex. c. 23 Opinio Anax.

*Similiter autem & Anaxagoras animam dicitur esse mouē*tem, & si aliquis alius dixit q omne mouit intellectus. Non tamen penitus sicut Democritus.

Ponit opinionem Anax. de natura animæ. Et primo ponit in quo Anaxa. concordabat cum superioribus dicens. q Anaxa. & quicūq; alius dixit q intellectus mouet omnia, dicit animam esse mouētem omnia, sicut & illi dicūt. Sed in hoc differt, quia noluit quod omne quod mouet alterum, moueatur & ipsum, immo dixit esse unum intelle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum ſeparatum et immixtum qui alia moueat: eo nō moro, & de natura huiuſmodi dicit eſſe animā. Vnde ex hoc ſuſtulerexit error quorundam, qui dicerent animam eſſe de natura diuina. Sic ergo patet in quo concordabat cum ſuperioribus, in hoc ſ. quod dixit animā eſſe mouētem. Sed differebat in hoc quod dixit animam non moueri, cuius contrarium illi dicebant. Differebat etiā a Democrito in acceptione intellectus. Et ideo cum dicit.

Is enim animam & intellectum ſimpliciter idem eſſe putauit. Etenim id quod uidetur, uerum eſſe dicebat. Quocirca recte dixiſſe inquit Homerum, Hectora iacere alia ſapientem. Non igitur ut potentia quadam circa ueritatem, utitur mente ac intellectu: ſed idem eſſe animam dicit & intellectum.

Differētia opinionis Democriti & Anaxa.

Ille quidem. n. ſimplr dicit idem eſſe animā & intellectū, uerum. n. eſſe, quod uidetur. Vnde bene facere Homerū, q. Hector iacet illud ſapiens. Non itaq; utitur intellectu tanq̄ potenti quadam quæ eſt circa ueritatem: ſed idem dicit animā & intellectū.

Ponit hanc differentam. Et primo opinionē Democriti dicens, quod ille. ſ. Democrit⁹ dixit ⁊ ſimpliciter ⁊. i. ubiq; & uniuerſaliter intellectum & animam eſſe idem. Cuius ratio eſt, quia Democritus credebat qđ nihil eſſet in mūdo niſi ſenſibilia, & ſicut nihil erat in mundo niſi ſenſibilia ita dicebat qđ nulla uis apprehēſiua erat in aīa niſi ſenſitiua. Vnde ſuit huius opinionis, quod nulla ueritas determinate haberetur de rebus, & quod nihil determinate cognoſcitur, ſed quicquid apparet, uerū eſſet, & nō magis illud quod cogitat unus de re aliqua, q̄ illud quod cogitat alius de eadem re, eodem tempore, uerum eſſe. & ex hoc ſequebatur quod poneret contradictoria ſimul eſſe uera. Cuius ratio eſt, quia ipſe (ut dictum eſt) non utebatur intellectu qui eſt circa ueritatē. i. uirtute intellectiua, quam anima intelligit intelligibilia, ſed ſolum ui ſenſitiua, & qđ nihil cognoſceretur niſi ſenſibile, cum nihil poneret in rerum natura niſi ſenſibile. Vnde cum ſenſibilia ſint in continuo motu & fluxu, opinatus eſt nullam ueritatē determinatam eſſe in rebus. Et quia nō peruenit ad hoc q̄ cognoſceret intellectum eſſe potentiā quandam quę eſt circa ueritatem. i. cuius obiectum eſt uerū & excedit omnes alias potentias animæ, ſed accepit tm̄ potentias aīæ ſenſitiuas, ideo cōiter & indifferēter idem dicit aīam & intellectum, quem quidem intellectum dicit tranſmutari ſm̄ hoīs trāſmutationem. Et propter hoc commendat Homerum qui dixit, ⁊ q̄ Hector iacet alius ſapiens ⁊. i. quod ſecundum ſui mutationem, mutatus eſt intellectus eius, dum aliud ſaperet uictus, & aliud inuictus. Secundo cum dicit.

Anax. autem minus de ipſis explanat. Multi. n. in locis boni rectiq; mentē cauſam eſſe dicit. Alibi aūt aīam ipſam mētem eſſe aſſerit, nam animalibus uniuerſis tam paruis q̄ magnis, tam præſtabilibus quā minus etiā præſtabilibus mentē ineſſe dicit.

Tex.c.24

Anaxa. autem minus certificat de ipſis. Multotiens quidem enim cauſam eius quod bene & recte, dicit intellectum alibi autem intellectū hunc eſſe aīam. In oībus. n. ipſum ineſſe animalibus magnis & paruis & honorabilibus & inhonorabilibus.

Oſtendit in quo differebat Anax. a Democrito. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opinionē Anaxa. Secundo reprobat eā. ibi ⁊ Non uideť aūt &c. ⁊ Dicit ergo primo quod Anaxa. loquitur de aīa magis dubie. & minus certificat de ipſa. Nā ipſe Anaxa. multotiēs dicit intellectum eſſe cām eius quod eſt bonū operari. i. bone operationis. Alibi uero. i. in alīs locis dicit hūc intellectū. ſ. qui eſt cā bone opationis & aīam eſſe idē. Et hoc apparet, quia cōſtat qđ aīa ineſt oībus aīalibus q̄ honorabilī⁹, & tā magnis q̄ puis. Vñ cū i oībus his dicat itellectū eē manifeſtū ē qđ idē dicit aīam & intellm. Sed o cū dicit.

At ea mēs tm̄ & intellectus cui prudentia tribuitur, non uni utrſis ſilr animalibus: quin ēt neq; cūctis oībus ineſſe uidetur.

Nō uidetur aūt ſecundū prudētiam dictus intellectu, omnibus ſimiliter ineſſe animalibus: ſed neq; hominibus omnibus.

Oſtēdit contrarietatē eſſe in hmōi acceptione intellectus ſc̄m Anaxa. ſ. aliqñ hoc qđ dicit intellectū non eſſe idē cū aīa, aliqñ uero dicit ipſum & aīam eſſe idē, quæ ſunt contradictoria, & non pñt ſimul ſtare. Et hoc probat tali ratione. Conſtat qđ bñ operari eſt proprium intellectus ſc̄m prudētiam perfecti, quia bene operari pertinet ad prudentiam. Si ergo idē eſſet intellectus, qui eſt cā bone operationis, cum aīa, ſequeretur quod intellectus prudēs idē eſſet. ū aīa. Sed hoc eſt falſum, qa aīa ineſt oībus aīalibus. Intellectus āt ſm̄ prudētiā dictus, nō uī ineſſe nō ſolū oībus aīalibus, ſed nec oībus hominibus, ergo non eſt idem quod anima. Deinde cum dicit.

Omnes igitur ij qui ad animātis reſpexere motum, maxime motiuum animam eſſe putarunt. Tex. 35

Quicunq; quidem igitur animatum in moueri aſſpexerunt: hi quidem maxime motiuum opinati ſunt animam eſſe.

Oñdit qđ oēs illi q cōſideraueruñt animata ſm̄ motū. i. ſc̄m id q̄ eſt moueri a ſeipſis, ñ opinati ſunt aīam eſſe illud qđ maxie ē motiuū, ſicut patet i opiniōibus iā dictis.

At qui cognitionem animaduerterunt ipſius accenſum: quibus res cognoſcit & ſentit, ij dicunt animam ipſam, principia rerum eſſe. At qui plura principia: qui uero unum, idipſum animam eſſe cenſent.

Quicunq; autem ad cognoſcere & ſentire ea quæ ſunt: iſti dicunt animam eſſe principia, alij quidem plura faciētes hæc, alij uero unum hoc. Lectio IIII.

SVPERIVS oſtendit philoſophus quō aliqui uenerunt in cognitionem animæ per motum hic uero oñdit quō aliq uenerunt in cognitionē aīæ p̄ ſenſum ſeu cognitionē. Et circa hoc duo facit. Primo. n. oſtendit in quo cōuenerunt philoſophi qui conſideraueruñt, aīam ex ſenſu. Secdo uero in quo differūt ibi. ⁊ Sicut Empe. quidē &c. ⁊ Dicit ergo primo quod oēs qcūq; uenerunt in cognitionē aīæ q̄tum ad cognoſcere & ſentire. i. per cognitionem & ſenſum, in hoc cōueniebant, quia dicebāt aīam eſſe ex principīs q̄ qdē principia alīq ⁊ faciebāt. ⁊. i. ponebāt eē plura, alīq uero unū tm̄. Ad ponēdū aūt aīam eē ex principīs ꝓſtitutā mouebanť qa ipſi antiq pbi quaſi ab ipſa ueritate coacti, ſomniabāt quodāmō ueritatē. Veritas aūt ē q̄ cognitio fit p̄ ſiſtitudinē rei cognitę in cognoſcēte, oportet. n. qđ res cognita aliquo mō ſit in cognoſcēte. Antiq uero pbi arbitrati ſunt qđ oporteret ſiſtitudinē rei cognite eſſe in cognoſcēte ſm̄ eſſe naturale, hoc eſt ſm̄ idē eſſe qđ hēt in ſeipſa, dicebāt. n. qđ oportebat ſiſtē ſiſti cognoſci, uñ ſi aīa cognoſcat oīa, oportet qđ hēat ſiſtitudinem oīum in ſe ſm̄ naturale ſicut ipſi ponebāt. Neſcierūt. n. diſtinguere illū modū quo res eſt in intellectu ſeu in oculo, uel imagi natiōe, & quo res eſt in ſeipſa, uñ qa illa q̄ ſunt de eſſentia rei ſunt principia illius rei, & q cognoſcit principia hmōi cognoſcit oīa eſſet ex principīs rerum. Et hoc erat oībus cōe. Sed diuerſificati ſunt ſm̄ qđ differebant in principīs quę ponebant. Non. n. oēs ponebant eadem principia. ſed unus plura, alius unū, unus hoc, alius illud, & ſm̄ hoc differunt in ponendo principia, ex quibus principīs anima conſtituatur. Et ideo conſequenter cum dicit.

Empedocles enim ex elementis quidē uniuerſis ipſam conſtare cēſet: tñ & unūquodq; iſtorū animā eſſe putat. Dicit enim, Terram nam terra, lympha cognoſcimus aquam.
Etheraq; ethere ſane: ignis dignoſcitur igne.
Sic & amore amor: ac triſti diſcordia lite.

Sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus eſſe, & unumquodq; horum animam dicens: ſicut terram quidem terra cognoſcimus: ethere ethera diuum: aquam autem aqua: ſed igne

ignem

ignem obſcurum, ac lantentem, manifeſtum eſt, concordia autem concordiam: diſcordiam diſcordia triſti.

Ponit quomodo differunt. Et primo ponit opinionem Empe. dicens q̄ antiqui philoſophi qui per ſenſum conſideraverunt animam: dicunt ipſam conſtare ex elementis. Et illi quidem qui unum faciunt principium: illud unū dicunt eſſe animam. Et qui plura: ex illis eam componi: ſicut Emped. dicit animam eſſe ex omnibus elmentis, & unumquodq; horum dicit animam. Circa quod ſciendum eſt q̄ Empe. poſuit ſex principia. 4. materialia. ſ. terram aquam: & aerem & ignem: & duo actiua & paſſiua. ſ. litē & amiciciam. Et ideo ex quo ponebat animam omnia cognoſcere: dixit animam eſſe ex huiuſmodi principīs quæ ponebat. Secundum enim q̄ eſt ex terra, terram cognoſcimus, & ſecundum q̄ eſt ex æthere. i. ex aere aerem: & ex aqua aquam. ſed & ignem ex igne manifeſtum eſt: & per concordiam cognoſcimus concordiam: & ex triſti diſcordia cognoſcimus diſcordiam: & ponit ibi. ⁊ triſti ⁊ quia Empe. metrice compoſuit libros ſuos. Secundo cū dicit.

Eodem & Plato modo animam in Timæo ex elementis conſtare cenſet. Simili nanq; eius quoq; ſententia, cognoſcitur ſimile: & res ipſæ ex principijs ſunt.

Opinio Platon. Tex.c.16 Opinio Plato.

Eodem autem modo & Plato in Timæo animam facit ex elementis. Cognoſci enim ſimile ſimili: res autē ex principijs eſſe.

Ponit opinionem Platonis dicens: q̄ Plato etiam facit animam ex elementis. i. dicit animam ex principīs cōſtitutam eſſe. Et q̄ hoc ſit uerum. ſ. q̄ Plato dicat animā compoſitam ex principīs rerum probat per triplex dictū Platonis. Primum eſt quod ipſe dicit in Timęo. Ibi enim dicit duo eſſe elemena ſeu principia rerum. ſ. idem & diuerſum. Quædam enim natura eſt quæ ſemper eodem modo ſe habet: & eſt ſimplex: ſicut ſunt immaterialia. Et hāc naturam uocat idem: quædam uero natura eſt quę non ſemper eodem modo ſe habet, ſed tranſmutationem ſuſcipit & diuiſionem: ſicut ſunt materialia, & hanc uocat diuerſum. Et ex iſtis duobus. ſ. ex eodem & diuerſo: animā dicit eſſe compoſitam, nō q̄ ſint iſta duo in anima ut partes: ſed q̄ ſunt quaſi media, & q̄ natura rationalis animæ ſuperioribus & omnino immaterialibus ſit inferior & deterior, & materialibus & inferioribus ſit nobilior & ſuperior. Et ratio huius erat, quia ſicut dictum eſt, ſimile cognoſcitur ſimili, unde ſi anima cognoſceret omnia, & idē & diuerſum ſint principia, ponebat animam eſſe ex iſtis duobus compoſitam, eo modo quo dictum eſt, ut inquātum habet de natura identitatis, cognoſceret ea quę ponit idem, inquantum uero de natura eorum quæ uocat diuerſum, cognoſceret diuerſum. ſ. materialia. Vnde & hac cognitione utitur. Nam q̄nādo colligit genera & ſpecies, tunc dicit eam repreſentare idem ſe identitatem. Q̄ uero dr̄ias & accidentia aſſumit, alteritatē adinuenit. Sic ergo patet qūo Plato in Timęo dicit animam ex principio cōponi. Secundum dictum Platonis per quod oſtenditur q̄ dixit animam ex principīs eſſe, ponitur cum dicit.

Similiter determinatum eſt ab eodem & in hiſce quæ de philoſophia dicuntur. Animal quidem ipſum ex ipſius unius idea formaue: & ex lōgitudine prima: et latitudine profunditateue conſtare. Cætera uero ſimili modo.

Secundum dictum Plato.

Similiter autem & in his quæ ſunt de philoſophia dicta, determinatū eſt: ipſum quidē animal ex ipſa unius idea, & ex prima lōgitudine & latitudine et altitudine: alia aūt ſimili modo.

Vbi oſtēdit aīam eſſe ex principīs ſiſtr. Circa q̄ ſciendū eſt q̄ Plato poſuit q̄ intelligibilia eſſent per ſe ſubſiſtētia, & ſeparata & eſſent ſemper in actu, & eſſent cauſa cognitionis & eſſe rebus ſenſibilibus. Quod Ariſt. tanq̄ incōueniens uolens euitare coactus eſt ponere intellectum agentē. Vnde ſequebať expōne Platonis q̄ ſecundū q̄ aliqua ſunt abſtracta p̄ intellectū, ſic eſſent aliqua quę eſſent p̄ ſe ſubſiſtētia & in actu. Habemus aūt duplicē modū abſtractionis p̄ intellectū, unum qui eſt a particularibus ad uniuerſalia: aliū per quē abſtrahimus mathematica a ſenſibilibus. Et ſic cogebanť ex hoc ponere tria ſubſiſtentia. ſ. ſenſibilia: mathematica, & ulia: quæ eſſent cauſa, & quorū participatione, res ēt ſenſibiles & mathematicę eſſent. Itē ponebat Plato numero eſſe cām rerū, & hoc faciebat, quia neſciuit diſtinguere inter unū q̄ conuertiť cū ente: & unū q̄ eſt principiū numeri: prout eſt ſpecies quātitis. Ex quo ſequebať q̄ cum uťe ſeparatū poneret cām rerum, & numeros eſſe ſubſtantiā rerum q̄ hmōi ulia eſſent ex numeris. Dicebat. n. q̄ principia oium entium eſſent ſpecies & numerus ſpecificus, quem uocabat ſpecificum tanq̄ compoſitum ex ſpeciebus. Nam & ipſum numerū reducebat tanq̄ in principia & elementa in unum & dualitatē. Nam cum ex uno nihil procederet, ideo neceſſaria fuit ipſi uni aliqua ſubiecta natura a qua multitudo produceretur, & hāc uocauit dualitatem. Et ſecundū ordinē materialitatis ordinabat illa tria. Quia. n. ſenſibilia ſūt magis materialia q̄ mathematica, & ulia immaterialiora mathematicis, iō primo poſuit ſenſibilia, ſupra quæ poſuit mathematica, & ſupra hęc, uniuerſalia ſeparata & ideas, quæ differūt a mathematicis, quia in mathematicis ſ una ſpecie ſunt aliqua quæ differunt ſecundū numerū, ſed in ideis & ſubſtantijs ſeparatis non inueniunť aliqua unius ſpēi, quæ differāt numero, unius. n. ſpeciei unā poſuit ideā. Quas ideas dicit eē ex numeris, & ſecundū numeros in eis eſſe rationes rerum ſenſibilium, quæ quidem conſtant ex longitudine latitudine & profunditate. Et ideo dixit ideā longitudinis eſſe primam dualitatem, lōgitudo. n. eſt ab uno ad unum. ſ. de pūcto ad punctū. Latitudinis aūt primam trinitatē. nam figura triangularis eſt prima ſuperficialium figurarū. Profunditatis aūt quę cōtinēt longitudinē & latitudinē ideā dixit eē primā quaternitatē: prima. n. figura corporū ē pyramis, quæ quatuor angulis cōſiſtit. unde cū plato poneret aīam ſenſibilē, poſuit aīam ſeparatam quæ eſſet cauſa eius, & hanc ſicut alia ſeparata, & ideas dixit eſſe ex numeris ſcilicet ex unitate & dualitate quæ ponebat principia rerum. Tertio cum dicit.

Inſuper & alio pacto: intellectum quidem eſſe unum ipſum. Ipſa uero duo, ſcientiam. Eſt enim ipſa tantum ad unum proceſſio. Superficiei præterea numerum. Opinionem: ſolidi, ſenſum: nam numeri quidem, formæ ipſæ & principia dicebantur. Sūt autem ex elementis. Res uero partim intellectu: partim ſcientia: partim opinione: partim ſenſu dijudicantur ac diſcernuntur. Atq; hi numeri, formæ ſunt rerum.

Tex.c.17

Adhuc autem & aliter, intellectum quidem unum: ſcientiam autem duo: ſingulariter enim ad unum: plani autem numerum ad opinionem: ſenſum uero, eum qui firmi. Numerum quidem, ſpecies & principia entium dicebantur. Sunt aūt ex elementis. Iudicantur aūt res: aliæ quidē intellectu: aliæ uero ſcientia: aliæ aūt opinione: aliæ uero ſenſu. Species autem, numeri hi, rerum.

Ponit tertiū dictum Platonis per quod apparet quod ipſe dixerat animam compoſitam ex principīs. Plato. n. poſuit numeros, ſicut dictum eſt, ſpecies & principia rerum: unde cum loqueretur de anima: poſuit eam ſecūdum hoc uenire in cognitionem entium: q̄ erat compoſita ex principīs ſcilicet ex numeris, & omnes operationes eius ab eis procedere. Inuenimus enim in anima diuerſas potentias ad apprehenſionem entium ſcilicet intellectum, ſcientiam opinionem, & ſenſum. Dicit ergo animam habere intellectum & eius operationem ex idea unius, quia ſcilicet eſt in ea natura unitatis, intellectus enim una apprehenſione apprehendit unum. Item ſcientiam ex prima dualitate, ſcientia enim eſt ab uno ad unum ſcilicet de principīs ad concluſionem. Opinionem uero ex prima trinitate: opinio enim eſt de uno ad duo, eſt enim de principīs ad conclu-

A
B
C
D
E Abſtractio duplex.
Vnum ſ. ens, & prædicamentale.
Sensibilia. Mathematica. Vniuerſalia.
F
G Mens. Scientia. Opinio Senſus.
Tex.c.17
H Tertiū dictum Platonis.
Quid intellectus. Scientia.
I
K
L
M
Tex.c.24
N
O
P
Q

Universidad de Deusto
Biblioteca

I

sionem cum formidine alterius, & sic sunt ibi tria. Principium: & duæ conclusiones, una conclusa & alia formida ta. Sensum autem habet anima a prima quaternitate: est enim quaternitas prima idea corporis quod consistit ex quatuor angulis ut dictum est: sensus autem corporum est. Cum ergo res omnes cognoscantur istis quatuor scilicet intellectu, scientia, opinione, & sensu, & has potentias dicit habere animam secundum quod participat naturam unitatis, dualitatis, & ternarij, & quaternarij: manifestum est quod dixit animam separatam: quam posuit ideam huius animæ: compositam ex numeris qui sunt principia & elementa rerum. Et sic patet ꝙ Plato dixit animã esse compositam ex principijs.

Consequenter cum dicit.

Cum autem anima motiuum & cognitiuum sit: quidam utrunq; complexi sunt: atque animam numerum esse, seipsum mouentem asseruerunt.

K
Tex. 28.

Quoniam autem & motiuum uidebatur anima esse & cognoscitiuum: sic quidam complexi sunt ex utrisq; enunciantes animam esse numerum mouentem seipsum.

Alia opinio quorũdam philosophorum diffinientiũ animam.

Ponit quod quidam philosophi diffinierunt & uenerunt in cognitionem animæ ex motu & sensu simul seu cognitione, dicens, quia anima uidebatur eis esse motiua per se & cognoscitiua, complexi sunt ista duo, & diffinierunt animam ex utrisq; scilicet motu & cognitione, dicentes quod anima est numerus mouens seipsum. Per numerum quidem insinuantes potentiam cognoscitiuam, quia secundum quod suprapositum est ex hoc dicebant habere animam uim cognoscitiuam rerum, quod participabat naturam numeri specifici, quod erat de opinione Platonis. Per mouere autem seipsam, insinuantes potentiam motiuam in anima.

Omnes tamen de principijs quæ & quot sunt: inter se dissentire uidentur. Atque maxime quidem ij qui corporea putant esse: ab hisce dissentiunt qui incorporea ponunt. Minus autem ab

L

ijs qui composuerunt: & ex utrisq; principia rerum assignauerunt. Dissentiunt etiam & de multitudine eorundem. Quidam enim unum, quidam, plura principia dicũt esse. Atq; ut de principijs senserunt: sic de anima etiam determinauerunt. Non enim abest a ratione: in primorũ natura, mouendi causam collocare.

Differunt autem de principijs, quæ & quot sunt: maxime corporea facientes incorporea. His autẽ miscentes, & ab utrisque principia enunciantes. Differunt autem & circa multitudi-

Tex. c. 29

nem: hi quidem enim unum: illi uero plura dicunt. Consequenter autem his & animam assignant: motiuum enim naturã primorum existimauerunt non irrationabiliter.

M

Lectio. V.

IN præcedentibus ostendit in quo antiqui philosophi conueniebant quantum ad considerationem de anima in hoc, scilicet quod anima est principium motus & cognitionis. In parte autem ista ostendit qualiter dicti philosophi diuersificati sunt circa hoc commune. Diuiditur autem pars ista in partes tres. Primo enim ponit radicẽ diuersitatis philosophorum quantum ad considerationem de anima. Secundo uero illam diuersitatem specialiter enumerat ibi. ⁊ Vnde quibusdam &c. ⁊ Tertio colligit & epilogat ea quæ circa huiusmodi diuersitates consideranda sunt. ibi. ⁊ Diffiniunt autem omnes &c. ⁊ Radix autem diuersitatis philosophorum in consideratione de anima est: quia ipsi attribuebant animam principijs sicut dictum est: & ideo secundum differentiam dictorum philosophorum circa considerationem principiorum, est etiam differentia ipsorum in consideratione de anima. Dicti uero philosophi licet omnes ponant animam componi ex principijs, non tamen conueniunt quod ponant animam componi ex eisdem principijs: sed sicut differunt de principijs, ita etiam differunt de consideratione animæ. Differunt autem de principijs quantum ad duo. Primo quantum ad substantiam principiorum ⁊ quæ ⁊ scilicet sint, & quantum ad numerum ⁊ quot ⁊ scilicet sint. Quantum autem ad substantiam quidem, quia quidam ponebant principia corporalia: illi scilicet qui posuerũt ignem, aut aquã, aut aerem: quidam uero incorporalia & immaterialia, sicut qui posuerunt numeros & ideas, quidam uero miscentes utraq;, sicut platonici qui posuerunt principia sensibilia & separata. Circa numerum uero seu multitudinem differunt: quia quidam posuerunt tãtum unum primum principium: sicut Heraclitus qui posuit aerem, & alius ignem, quidam uero dicunt plura prima principia, sicut Empedo. qui posuit quatuor elementa. Et secundum has suppositiones de principijs consequenter assignant animam his principijs, quia qui ponebant principalia materialia: dixerunt animam ex ipsis componi, sicut Emp. & similiter hi qui ponebant immaterialia: sicut plato. Omnes autem existimauerunt animam esse id quod maxime motiuum est.

N

O

Consequenter cum dicit.

Quapropter ignis quibusdam esse uidetur. Is enim subtilissimarum est partium: & longe magis quam elementa cætera, incorporeus. Mouetur insuper: & cætera primo mouet. Democritus autem & subtilius dixit: eum assignauerit cur est istorũ utrunque. Dixit enim animam quidem mentemq; idem esse: hoc autem ex ipsis primis atq; indiuisibilibus corporibus esse. Atq; partium quidem ob subtilitatem mouere: ob figuram uero moueri. Figurarum autem omnium mobilissimam, figuram rotũdam asserit: talemq; esse intellectum & iguem.

Tex. 30 Opinio Demo.

Vnde quibusdam uisum est ignẽ esse. Etenim hic in partibus subtilissimus est, & maxime elementorum incorporeus. Adhuc autem mouetur: quia & mouet alia primo. Democritus autem dulcius dixit, enuntiãs propter quid utrunq; horum. Animam quidem enim & intellectum idem esse. Illud autem esse ex primis & indiuisibilibus corporibus. Motiuum autem propter subtilitatem partium & figuram. Figurarum autem leuiter mobilissimam, sphæricam dicit. Huiusmodi autem esse intellectum & ignem.

P

Enumerat diuersitates philosophorum in speciali. Sciẽdum autem est ꝙ inter illos qui ponebant unum corpotum esse principium rerum, nullus dignatus est ponere solam terram, sed alij posuerunt ignem primum principium: alij aerem, alij aquam, terram uero nullus posuit, nisi qui posuit omnia elementa quatuor esse primum principium. Et ratio huius est, quia terra propter suam grossitiem, magis uidebatur esse composita ex principijs, quam ipsa esset principium. Et ideo circa hanc partem tria facit. Primo enim ponit opiniones illorum qui posuerũt primum principium & animam esse ignem. Secũdo uero ponit opinionem illorum qui posuerunt primum principium & animã esse aerem. ibi. ⁊ Diogenes autem &c. ⁊ Tertio uero ponit opiniones illorum qui posuerunt aquam esse primum principium & animam. ibi. ⁊ Magis autem rudium. ⁊

Q

Circa primum sciendum est ꝙ propter hoc ꝙ animæ attribuitur motiuum & cognoscitiuum, usum est quibusdam, animam esse illud quod est maxime motiuum & cognoscitiuum, & quia illud quod est maxime subtile, uidebatur eis esse maxime motiuum & cognoscitiuum: ideo dixerunt animam esse ignem, qui est inter corpora magis subtilis & actiuus. Et licet plures essent huius opinionis, & sic opinarẽtur animam esse ignem, Democritus tamen subtilius & rationabilius dixit: hoc ⁊ enuntians propter quid utrũq; eorũ ⁊ ideſt rationabilem motus & cognitionis magis expresit. Volebat enim sicut dictum est: ꝙ omnia essent composita ex atomis. Et licet secundum eum hu-

Lect.

A

iusmodi atomi essent principium omnium rerum, nihilominus tamen uolebat ꝙ atomi qui sunt figuræ rotundæ, essent de natura ignis, & ideo dicebat animam componi ex illis qui sunt figuræ sphæricę. Et hęc inquantum sunt prima principia, dicebat habere rationẽ cognoscendi, inquantum uero rotunda, rationem mouendi, & ideo inquãtum anima erat composita ex huiusmodi corporibus indiuisibilibus rotundis, dicebat eam cognoscere & mouere omnia. Vnde ponens illa corpora rotunda de natura ignis, cõcordabat cum istis ꝙ omnia essent de natura ignis.

Consequenter cum dicit.

At Anaxagoras uidetur quidem aliud animam aliud intellectum mentemue dicere: quemadmodum & antea diximus. Vtitur tamen utrisq;, perinde atq; una natura: uerum mentẽ principium maxime omnium ponit. Solam ita q; rerum omnium ipsum simplicem & non mixtam et puram esse sinceramq; dixit. Atq; eidem principio hæc utraq; tribuit: cognitionem inquam & motum: dicens uniuersum mentem esse.

B
Tex. c. 31. Opinio Anax.

Anaxagoras autem uidetur quidem alterum dicere animã & intellectum: sicut diximus prius. Vtitur autem utrisq; sicut una natura. Veruntamen intellectum ponit principium omnium maxime, solumq; dicit ipsum, eorum quæ sunt, simplicem esse & immixtum & purum. Assignat autem utrunq; eidem principio, cognoscereque & mouere: dicens intellectum mouere omne.

Lect.

Ponit Anax. opinionem, qui in hoc concordabat cum precedentibus, ꝙ eidem scilicet animæ attribuit rationem cognoscendi & mouendi. Hic autem aliquando uidetur alterum dicere esse animam & intellectum sicut dictum est superius, sed aliquando utitur utrisq; scilicet anima & intellectu sicut una natura. Ipse enim dicebat animam esse motiuam & cognoscitiuam. unde cum ipse poneret intellectum mouentem omnia & cognoscẽtem, pro eodem accipiebat animam & intellectum. Sed in hoc differebat

C

ab alijs, quia Democritus ponebat animam esse naturæ corporeę, utpote ex materialibus principijs compositam. Anaxa. uero dicit intellectum esse ⁊ simplicem ⁊ ut excludat diuersitatem in essentia ⁊ immixtum ⁊ ut excludat cõponi cum alio ⁊ & purum ⁊ ut excludat additionem ab alio. Sed mouere & cognoscere assignat eidem principio scilicet intellectui. Nam intellectus ex natura sua habet ꝙ sit cognoscens, motum autem habet, quia ipse, sicut dictũ est, dicit intellectum omnia mouere.

Consequenter cum dicit.

Thales etiam uidetur ex hisce quæ tradita memoriæ sunt: motiuum quoddam animam ipsam esse putasse. Siquidem dixit magnetem habere animam: quia mouet, trahitq; ferrum.

Tex. 32 Opinio Thalet.

Videtur autem & Thales, ex quibus reminiscuntur, motiuum aliquid animam opinari: siquidem dixit lapidem animam

D

habere, quoniam ferrum mouet.

Thales putauit rerum omnium animam indagator.

Ponit opinionem cuiusdam philosophi scilicet Thalętis qui in hoc solum concordat cum superioribus, quia illud dicit esse animam quod habet uirtutem motiuam. Hic enim scilicet Thales fuit unus de septem sapientibus. Et cum omnes alij studerent circa moralia, hic solus dedit se inquisitioni rerum naturalium, & est primus naturalis philosophus. Et ideo dicit ⁊ Ex quibus reminiscuntur ⁊ scilicet qui uolunt ꝙ aqua esset principium omnium rerum. Hic enim secundum considerationem principij in rebus animatis opinabatur esse principium omnium rerum. Vnde cum principia seu semina omnium animatorum sint humida, uoluit ꝙ illud esset principium omnium rerũ quod est maxime humidum, & quia huiusmodi est aqua, dixit aquam esse principium omnium rerum. Sed tamen non consequitur opinionem suam in hoc ꝙ diceret animam esse aquam: sed illud dixit animam, quod habet uirtutem motiuam. Vnde cum lapis quidam scilicet magnes mouęat ferrum, dixit illum habere animam. Ponantur ergo Anax. & Thales cum istis, non ꝙ dicant animam esse ignem, sed quia dicũt illud esse animam quod habet rationem sensus et cognitionis, sicut dixit Anaxagoras, seu motus sicut dixit Thales. Deinde cum dicit.

E

Diogenes autem: sicut & alij quidam, aerem ipsum censuit esse: hunc subtilissimæ substantiæ, rerumq; principium esse putans. Ideirco cognoscere atq; mouere animam dixit. Hoc quidem cognoscere: quo primum est, & ex hoc ipso cætera constat: hoc autem esse motiuum, quo subtilissimum est.

Tex. c. 33 Opinio Diogenis.

Diogenes autem sicut & alteri quidam, aerem hunc opinãs omnium subtilissimum esse & principium, & propter hoc cognoscere & mouere animam. Secundum quidem q, primum est, & ex hoc reliqua, cognoscere: secundum uero q, subtilissimum est, motiuum esse.

Ponit opiniones illorum qui dicũt aerem esse primum principium & animam. Et ij quidem sunt tres. Primo ergo ponit opinionem Diogenis qui uolebat ꝙ aer esset principium omnium, & esset subtilissimum omnium corporum. Vnde & animam dixit esse aerem, & ex hoc habere uirtutem cognoscendi & mouendi. Virtutem quidem cognoscendi habet, quia aer secundum eum est principium omnium. Cum enim cognitio fiat per simile, sicut dictum est, oportebat ꝙ si anima cognosceret omnia, esset composita ex principijs omnium rerum. Virtutem uero mouendi habet, quia aer est subtilissimum omnium corporum, & ideo maxime mobilis. Secundo cum dicit.

F

Heraclitus quoq; principium ait animam esse. Quippe cum exhalationem esse: ex qua cætera dicit constare: & maxime incorporeum esse: & semper fluere dicat, atq; id quod mouetur, ab eo quo motu cietur, cognosci constat. Moueri autem res uniuersas & ipse & alij complures arbitrabantur.

Opinio Heraclitj.

Heraclitus autem principium esse dicit animam siquidem: uaporem ex quo alia constãt: etenim incorporalissimum esset et fluens semper. Quod uero mouetur ab eo quod mouetur cognoscit, in motu autem esse quæ sunt, & ille arbitratus est & multi.

G

Ponit opinionem Heracliti, qui non dicebat simpliciter aerem esse principium rerum, sed aliquod coniunctum aeri scilicet uaporem qui est medius inter aerem & aquam. Hic enim non posuit aquam seu ignem uel aerem principium rerum, sed aliud medium, quia non posuit nisi materialia tantum, unde illud uoluit esse principium rerum, ꝙ esset magis remotum a contrarietate. Et hoc uidebatur ei ꝙ esset uapor, et ideo secundum hoc uoluit ꝙ anima esset uapor, quia ex hoc dicebat animam maxime cognoscitiuam & motiuam esse. Ipse enim fuit huiusmodi opinionis, ꝙ omnia essent in cõtinuo fluxu, & ꝙ nihil uel ad horam quiesceret, nec poterat aliqua oratio determinate dici. Vnde cum uapor esset inter alia maxime fluxibilis, dixit illũ esse omnium rerum principium. Et hunc dicit esse animã. Et dixit ꝙ naturam cognoscitiuam habet ex hoc ꝙ est principium: motiuam uero ex hoc ꝙ est incorporalissimũ & fluxibile. Tertio uero cum dicit.

H

Simili modo & Alcmeon de anima putasse uidetur. Dicit enim ipsam immortalem esse, ex eo quia similis ipsis immortalibus est. Quod quidem ideo dixit ipsi competere: quia semper mouetur. Mouentur enim & res omnes diuinæ continue semper: luna inquam, sol, stellæ: totumq; cœlum.

Opinio Alcmeonis

Similiter autem his & Alcmeon opinari uisus est de anima. Dicit enim ipsam immortalem esse, propter hoc q, assimilatur immortalibus. Hoc autem inesse ipsi, tanquam semper motæ: moueri enim & diuina omnia continue semper, lunam: solem, astra & totum cœlum.

Ponit opinionem Alcmeonis, qui concordabat cum istis quantum ad motum tãtum, qui dicebat animam esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

I quid mobilissimum. Vnde quia semper mouetur, assimilatur immortalibus scilicet corporibus cœlestibus, & ideo dicit eam immortalem, sicut corpora cœlestia, & sic esse de natura cœlesti & diuina, quæ semper mouentur, ut luna, & sol, & huiusmodi, quæ semper mouentur & immortalia sunt. Nam secũdum eum, sicut motus causat in eis immortalitatem, ita & in anima quæ naturæ mobilissimæ est.

Deinde cum dicit.

Quidam & magis importuni animam aquam esse dixerũt: ut Hippo. Qui quidem ad hanc sententiam ratione seminis uidetur esse compulsus, quia omnium semen humidum est. Etenim redarguit eos qui sanguinem animam asserunt: quia semen sanguis non est. Hoc uero primam animam esse ait.

Opinio Hippo.

Magis autem rudium & aquam quidam existimauerunt: ut Hippo. Suaderi enim uisi sunt ex genitura: quoniam omnium humida est. Et nanque arguit sanguinem dicentes animam: quoniam genitura non est sanguis. Hanc aũt esse primam animam.

K Hic ponit opinionem illorum qui posuerunt aquam primum principium omnium rerum. Fuerunt enim quidam rudes discipuli, & sequaces Thaletis: qui sicut dictum est uoluerunt comparare principium motus rei ad principium totius naturæ. Et isti uidebant ꝙ principium omnium uiuentium sit humidum, unde opinabantur ꝙ eodem modo principium omnium rerum sit humidum. Cum igitur aqua sit humidius elementum inter cætera, dixerunt ipsam esse principium oĩum rerum: & usq; ad hoc secuti sunt magr̃m suum scilicet Thaletem. Sed in hoc differunt: quia Thales licet poneret aquam esse omnium principium, non tamen dixit animam esse aquam, sed uirtutem mouentem: sicut dictum est. Isti uero de numero rudium dixerũt animam esse aquam: ut Hippon. Hic nanq; arguebat quosdam qui dicebant animam esse sanguinem, ex hoc ꝙ sanguis non est pe nitura seu semen rerum animatarum, quam dicebant esse primam animam: & hoc attribuebant aquæ propter humiditatem.

L Consequenter cum dicit.

Sunt & qui sanguinem ipsam esse dixerunt: ut Critias. Sentire ipsum maxime proprium animæ esse putantes: quod quidẽ competere propter naturam sanguinis crediderunt.

Opinio Critiæ.

Alij autem sanguinem, quemadmodum Critias, ipsum sentire, animæ maxime proprium opinantes: hoc autem ineſſe propter naturam sanguinis.

Ponit opinionem cuiusdam philosophi qui magis considerans animam quantum ad cognitionem, adhuc grossius locutus est de ipsa: dicens ipsam esse sanguinem. Cuius ratio est, quia in animali non est sensus sine sanguine, & ideo cum anima sit principium cognoscendi: dixit ipsam esse sanguinem, sine quo non est sensus animali, exanguia enim puta ossa & ungues, & dentes: sine sensu sunt, licet nerui sine sanguine existentes maxime sensitiui sint. Et hoc dixit Critias. Quia uero posset quęri: quare in consideratione de anima non facit mentionem de terra, sicut de alĩs

M elementis, ideo excusat se cum dicit.

Ita omnia elementa, præter terram, iudicem habuerunt. Hãc autem nemo tribuit animæ: nisi quispiam dixerit ex omnibus elementis constare, aut omnia esse.

Omnia enim elementa iudicem acceperunt, præter terram. Hanc autem nulli protulerunt: nisi si aliquis dixit ipsam ex omnibus elementis esse, aut omnia.

Dicens ꝙ secundum hoc opinati sunt de anima, sicut de principijs. Vnde terra ⸗{ nullum iudicem accepit ⸗} ideſt nullus iudicauit eam esse principium, & per consequens nullus dixit animam esse terram, nisi forte aliquis dixerit animam componi ex omnibus principijs, sicut Empe. aut omnia principia, sicut Democritus.

Deinde cum dicit.

N *Vt igitur in summam omnia redigamus: tribus his omnes animam: motu, sensu: incorporeoq; diffiniunt: quorum unumquodq; reducitur ad principia rerum, ut patuit. Quapropter & ij qui cognitione diffinunt animam, aut elementum: aut ex elementis faciunt ipsam, similiter omnes, præter unum, dicentes. inquiunt enim simile simili sibi cognosci. Atque cum uniuersa cognoscat ac percipiat anima: ex uniuersis rerum principijs ipsam constare dicunt. Quibus igitur placuit unam causam: elementum q; unum ponere rerum: ij animam etiam unum: uelut ignem: aut aerem esse ponunt: Qui uero plura rebus principia tribuunt: ij plura quoq; dicunt animam esse.*

Diffiniunt autem omnes animam, tribus (ut est dicere) motu, sensu, & incorporeo. Horum autem unumquodq; reducitur ad principia. Vnde & in cognoscendo diffinientes ipsam, aut elementũ aut ex elementis faciunt, dicentes similiter inuicem, præter unum. Dicunt enim simile cognosci simili. Quoniam autẽ anima omnia cognoscit, cõstituunt eam ex omnibus principijs. Quicunq; quidem igitur unam aliquam dicunt causam: & elementum unum, & animam unum ponunt ut ignem: aut aerem, Plura uero dicentes principia, & animam plura dicunt.

O Epilogat & colligit, ex his omnibus quę dixit, suam intentionem. Et primo quantum ad ipsa principia. Secundo uero quantum ad contrarietates quę sunt in ipsis principijs. ibi. ⸗{ Quicunq; autem contrarietates &c. ⸗} Quantũ uero ad ipsa principia: quia ipsi tria attribuebant animæ. s. ꝙ sit quid subtilissimum: ꝙ sit quid cognoscitiuum, & ꝙ sit quid motiuum, & hæc tria scilicet sensus: motus, & incorporeum, reducunt in principium. Illud enim dicunt esse principium quod est simplex. Item principium ex se habet ꝙ sit cognoscitiuum, quia dicut dictum est simile simili cognoscitur, unde & dicebat animam componi ex elementis, aut esse elementa, quia dicebant ꝙ simile simili cognoscitur; præter Anaxa. qui ponebat intellectum immixtum. Item quia principium est subtilissimum: dicebant illud maxime motiuum: & quia anima cognoscit omnia, dicunt ipsam componi ex omnibus principijs. Et hoc dicunt omnes: quia secundum ꝙ ponunt principia, ita ponunt animam. Vnde quicunq; ponunt unam aliquam causam seu principium & elementum unum: isti dicunt animam esse illud unum, sicut iam patet: ut ignem aut aerem seu aquam. Item illi qui dicunt plura principia esse, isti similiter aiunt animam esse plura illa: siue ex his componi.

P *Solus autem Anaxagoras mentem passione uacare dicit: & nihil prorsus cum cæteris habere commune. Verum cum talis sit, quonam pacto cognoscet: & quam ob causam: neq; ille dixit: neq; ex dictis perspici potest.*

Q *Anaxagoras autem solus impassibilem dicit intellectum: & nihil commune nulli aliorum habere. Huiusmodi autem cum sit: quomodo cognoscit: & propter quam causam: neq; ille dixit, neque ex his quæ dicta sunt, conspicuum est.*

Et quia dixerat ꝙ omnes conueniunt in hoc ꝙ dicunt animam componi ex principijs, quia oportet cognosci simile simili: prętet unũ scilicet Anax. ideo cum dicit ⸗{ Anaxa. autem solus ⸗} ostendit qualiter differt ab eis, dicens ꝙ Anaxa. solus dixit intellectum esse impassibilem, nec habere aliquid commune alicui ideſt nulli eorũ quę cognoscit similem. Sed qualiter cognoscit intellectus: neq; Anaxa. dixit, neq; est manifestum ex his quæ dicta sunt.

Consequenter etiam cum dicit.

At uero qui contrarietates in principijs faciunt: ij conficiũt animam etiam ex contrarijs. Qui uero tantum alterum ponunt contrariorum, calidum inquam: aut frigidum: aut aliquid aliud huiuscemodi, ij similiter & animam unum istorum asserũt esse.

Quapropter

A *Quapropter & nomina ipsa sequuntur. Nam ij qui calidum esse dicunt, inde inquiunt ipsum uiuere ductum nominatumq; fuisse. Et ij rursus qui frigidum esse censent, animam inde nuncupatam ob respirationem & refrigerationem asserunt esse. Hæc igitur quæ de anima tradita sunt à maioribus nostris, & hæc sunt causæ, ob quas illi talia de ipsa dixerunt.*

Tex c35 *Quicunq; autem contrarietates faciũt in principijs, & animam ex contrarijs constituunt. Quicunq; autem alterum contrariorũ, ut calidum, aut frigidũ, aut aliquid huiusmodi aliud & animam similiter unum aliquid horum ponunt. Vnde & nominibus consequuntur, ut calidũ quidem dicentes, quia propter hoc & hoc uiuere nominatum est. Qui aũt frigidum propter respirationem & refrigerationem uocari animam. Tradita quidẽ igitur de anima, et propter quas causas dicunt sic hæc sunt.*

Colligit intentionem suam quantum ad contrarietates quæ in ipsis principijs sunt, dicens ꝙ quidã ponũt principia rerum contraria, & ij constituũt animã ex principijs contrarijs, sicut Emped. Dans n. elementis caliditatẽ frigiditatem, humiditatem & siccitatem, dat & animæ inesse contrarietates has. Dixit enim ꝙ terram intuemur, aquam autem aqua &c. Quidam uero posuerunt principium omniũ esse unum elementorum & illius qualitatem appositæ sunt animæ, ij quidem ignis caliditatem, qui dixerunt principium omnium esse ignẽ, illi uero qui dicunt primũ principiũ omniũ aquam apponunt animæ frigiditatẽ. Vñ ꝫm qualitates principiorum quæ ponunt, dicunt similiter esse animam, ut de natura caloris aut frigoris, & hmõi. Et hoc etiam ostendunt ex nominibus qbus nominant ipsam animam, quia illi qui dicebant animam esse de natura caloris denominabant eam à çin uel çoin. i. uiuere quod denominatum est çein quod est feruere. Illi uero qui dicebant animam de natura frigoris, nominabant eam psichron, quod est frigidum, unde & ab hoc uenit psichi. i. anima propter refrigerationem, quæ saluat animal ex respiratione. Sic ergo patet ꝙ alĩ nominabant animam à uita. s. illi qui dicebant ipsam de natura caloris. Alĩ aũt respiratione. s. illi qui dicebant ꝙ erat de natura frigoris. Ex his oĩbus concludit dicens ꝙ hæc sunt ꝙ tradita sunt de anima, & propter quas causas sic dicunt de ipsa.

Considerandum est autem primum de motu. Nam fortasse non solum falsum est, substantiam animæ talem esse qualem ij dicunt, qui animam id asserunt esse quod seipsum mouet, aut mouere potest, sed etiam unum id esse quoddam uidetur eorũ, quæ nequeunt esse, motum inquam ipsi ineſſe, atque competere. Non necessarium igitur esse id omne moueri quod mouet, olim iam diximus et probauimus: Cũ autem omne quod motu cietur, dupliciter mouetur, aut enim p aliud, aut per se mouetur. Per aliud autẽ id omne moueri dicimus, quod est in eo quod motu cietur. Vt nauigantes: hĩ nanq; non perinde atq; nauis mouẽtur. Hæc enim per se mouetur: illi uero motu cietur, quia sunt in eo quod motu cietur. Quod quidem ita esse patet in partibus. Motus. n. proprius pedum, est ambulatio: qua mouentur & homines, tunc autem hisce motus non ineſt (ut patet) in nauigãtibus. Cũ igitur id quod mouetur (ut diximus) bifariam dicatur moueri consideremus nũc oportet de anima, si per se mouetur, motusq; particeps sit.

D Moueri dr̃ bifariã cõ tingit p se & p aliud, & ipso utrũ patet.

Tex c36

Considerandum autem primum quidem de motu. Fortasis enim non solum falsum est, substantiam ipsius huiusmodi esse qualem aiunt, dicentes animam esse quod est seipsum mouens, aut possibile mouere, sed unum quiddam impossibilium, ineſſe ipsi motum. Quod quidem igitur non neesse sit, mouens & ipsum moueri, prius dictum est. Dupliciter enim mouetur omne. Aut enim secundum alterum, aut secundum seipsum. Secundum alterum dicimus, quæcunq; mouentur ex esse in eo quod mouetur, ut naute. Non enim similiter mouentur naui. Hæc quidem sẽm seipsam mouetur, illi autem ex esse in eo quod mouetur. Manifestum autẽ in partibus est. Proprius quidem enim motus pedum, ambulatio, hæc autem & hominũ est. Non ineſt autem nautis tunc, Dupliciter itaq; dicto moueri, nunc intendimus de anima, si per seipsam mouetur & participat motu.

Tex c37

B Tex c38

Lectio. VI.

I eit eam moueri circulariter, sed secũdnm opinionẽ suã, cã quare cœlum mouetur circulariter est immanifesta. i non assignatur. Si enim cœlum mouetur circulariter aut ergo hoc erit propter principia naturalis, aut propter finem. Si dicatur ꝙ naturaliter propter principia, aut erit propter naturam animæ, aut propter naturam corporis cœlestis, sed non est propter naturam animæ, quia moueri circulariter non inest animæ secundum subſtantiam suam, sed per accidens, quia (ut dictum est) aïa mouetur per se, & secundum suam subſtantiã motu recto, & deinde aſpectũ rectũ reflexit in circulos. Nec etiam propter naturã ipsius corporis cœlestis, quia corpus nõ est causa motus animæ, sed anima est magis corpori causa ꝙ moueatur. Si autem dicatur ꝙ propter finem, nõ potest assignari aliquis finis determinantus secundũ eum, cum queritur quare sic mouetur, & non alio motu, nisi ꝙ sic deus noluerit eum moueri. Sed deus propter aliquam causam dignatus est cœlum potius moueri q̃ manere, & moueri sic. i. circulariter quàm alio motu, quam cãm Plato non assignat. Sed quia hanc assignare est magis proprium {alĩs rationibus}. i. in alio tractatu. s. in lib. de cœlo, ideo dimittamus ipsam ad præsens. Decimam rationem ponit cum dicit.

Dilemma

Supra lec. vij.

Lib ii. Lec iij.

K *Illud autem absurdum euenire uidetur tam huic sententiæ, quàm etiam compluribus aliis quæ dicuntur de anima. Etenim coniungunt, quidem animam cum corpore, ponuntq; ipsam in eo, & tamen nihil prorsus determinãt, quam ob causam & quo modo sese habente in corpore. Quod tamen necessarium esse uidetur. Nam ob propinquitatem, hoc quidem agit, illud patitur & hoc rursus mouetur, illud autem mouet. Quorum nihil sane quibusuis inter sese competit. At illi dicere quidem quale quid sit ipsa anima enituntur, de susceptiuo uero corpore nihil penitus dicunt, atq; determinant, perinde quasi fieri possit, ut quæuis anima, sine ullo discrimine, quoduis corpus ingrediatur, ut Pythagoricorum fabulæ dicunt. Animantis enim cuiusq; propriam speciem habere formamq; uidetur. Perinde igitur dicũt, atque si quispiam artem fabrilem fistulas ingredi dicat. Etenim ars quidem instrumentis, anima uero corpore utatur oportet.*

L *Illud autem inconuenieus accidit & huic rationi & pluribus quæ de anima. Copulant enim & ponunt in corpus animã nihil determinantes propter quam causam, & quomodo habẽte corpore.* Tex.c 52. *Et tamen uidetur hoc utique necessarium esse, propter enim communitatem hoc quidem agit, hoc autem patitur,* Tex.c 53. *& hoc quidem mouet, illud autem mouetur. Horum autem nihil ineſt adinuicem quibuscunque. Hi autem solum conantur dicere quale quid sit anima, de susceptiuo autem corpore nihil adhuc determinat, tanquam contingens sit, secundum pythagoricas fabulas, quamlibet animam in quodlibet corpus ingredi. Videtur enim unumquodque propriam habere speciem & formam. Simile itaq; aliquid dicunt, sicut si aliquis dicat tectoniçam in fistulas ingredi. Oportet enim artem quidem uti organis, animam autem corpore.*

M Decima ratio. Quæ non solum est contra Platonem, sed etiam contra multos alios, & ducens est ad incõuenientia, & ostendẽs eorum positiones deficientes. quæ talis est. Constat ꝙ inter mouens & motum est aliqua proportio, & inter agẽs & patiẽs, & inter formam & materiam. Non similiter. n. quælibet forma cuilibet corpori conuenit & unitur, neq; omne agens agit in omne patiens, Neq; quodlibet mouẽs mouet quodlibet motum, sed oportet ꝙ sit inter ea aliqua communicatio & proportio, ex qua hoc sit aptum natum mouere illud uero moueri. Patet autem quòd isti philosophi posuerunt animam esse in corpore & mouere corpus, cum ergo loquantur de ipsa natura animæ, uidetur etiam necessarium ꝙ aliquid dixissent de natura corporis, propter quam causam uniatur corpori, & qũo se habeat corpus ad eam, & quomodo comparatur corpus ad animã. Non ergo sufficienter determinant de anima, dum conantur dicere solum quale quid sit anima, & negligunt ostendere quale quid sit corpus suscipiens ipsam. Ex quo conuenit eis illud quod in fabulis Pythagoricis habetur, quod quælibet anima in quodlibet corpus ingrediatur, puta si casu contingat in corpus elephantis intrare animam muſce. Quamuis hoc non possit esse, cum unumquodq; corporum & maxime animalium, habeat propriam formã & propriam speciem & proprium mouens, & proprium motũ, & multũ differat corpus uermis a corpore canis & corpus elephantis à corpore culicis. Hoc tamen dicentes. s. ꝙ quælibet anima quodlibet corpus ingreditur. dicunt simile ac si quis dicat artẽ textrinam ingredi in fistulas & ęrariam in telariam. Et tamen si ipsis artibus ineſſet natura ingrediendi corpora seu organa ex seipsis non quelibet in quodlibet ingrederetur, sed fistulatiua ingrederetr in fistulas, non in lyras, cytharatiua autẽ in cytharas, & non in fistulas. Eodem igitur mõ si animæ cuilibet sit corpus, unaquæq; anima non quodlibet corpus ingreditur, immo ipsa anima idoneũ formaꝛ sibi corpus & nõ assumit paratũ. Sic ergo Plato & alĩ philosophi loquentes tãtum de animæ natura, insufficiẽter dixerunt. nõ determinãtes quod sit corpus conueniens cuilibet animæ, & qualiter & quale existens uniatur sibi.

N O

Est autem & alia quædam opinio de anima tradita, probabilis quidem compluribus, & nulla earum inferior quæ de ipse dicuntur. Reprobata tamen & hisce rationibus quæ in communibus sermonibus fiunt.

Alia autem quædam opinio tradita est de anima, credibilis Tex.c 54. *quidem multis, & nulla inferior earum, quæ dictæ sunt, rationibus tamen tanquam pœnis castigata, atque damnata, & in ijs qui in communi fiunt sermonibus. Harmoniam enim quantam dicunt.*

P

Lectio. IX.

POSTQVAM Philosophus reprobauit opinionem Platonis, hic consequenter reprobat quandam aliam opinionẽ cõformem opiniõi Platonis quãtũ ad aliquid. Fuerũt enim quidam qui dixerunt ꝙ anima erat harmonia. Et isti concordauerunt cũ Platone in hoc ꝙ Plato dixit ꝙ anima erat composita ex numeris harmonicis. hi uero ꝙ erat harmonia. Sed differebant in hoc ꝙ Plato dixit ꝙ aïa erat harmonia numerorꝫ. Hi uero dixerũt ꝙ harmonia tam cõpositorũ q̃ mixtorꝫ uel cõtrariorꝫ erat aïa. Circa hoc autem tria facit. Primo enim ponit opinionem istorum & rationem opinionis. Secundo disputat contra dictam opinionem ibi. {Et quidem harmonia &c.} Tertio ostendit quomodo hæc opinio est multum probabilis. ibi. {Si uero alterum anima est &c.} Circa primum duo facit. Primo enim ponit dictam opinionem de anima dicẽs ꝙ quædam opinio tradita est ab antiquis de anima, quæ uidebatur habere rectas rationes, & non solum in speciali de anima, sed etiam quantum ad id quod commune est ad omnia principia. Et dicit {quantum ad id quod commune est,} quia antiqui Philosophi nihil tractauerunt de causa formali: sed tantum de materiali. Et inter omnes illi qui magis nisi sunt appropinquare ad causam formalem fuerunt Democritus & Empedocles, qui. s. Empedocles dixit ꝙ omnia constabant ex sex principijs. quorum quatuor posuit materialia. s. quatuor elemẽta, & duo formalia partim actiua, & partim materialia. s. amicitiam & litem. Et dicebant ꝙ hæc principia materialia habebant inter se quandam proportionem quæ resultabat ex eis, ita ꝙ conueniebant in aliquo uno, quia sine hoc non possent esse simul. Et hanc dicebant formam rerum & harmoniã quandam

A quandam esse. Vnde sicut de alĩs formis, sic dicebant de anima ꝙ erat harmonia quædam. Secundo cum dicit.

Anima nõ est harmonia contra antiquos. Tex.c 55. *Animam enim harmoniã quandã inquiunt esse, harmoniã nanque tẽperationem esse, compositionemq; contrariorum dicunt, & corpus ex contrarijs compositum esse.*

Etenim harmoniã temperamentum & compositionem esse contrariorum, & corpus componi ex contrarijs.

Ponit rationem huiusmodi opinionis dicens, ꝙ harmonia est complexio & proportio & temperamentum contrariorum in compositis & mixtis. Et hæc proportio quę est inter ista contraria, dicitur harmonia, & forma illius compositi. Vnde cum anima sit quædam forma, dicebant ipsam esse harmoniam. Dicitur autem hęc opinio fuisse cuiusdam Dinarchi & Simiatis & Empedo. Consequenter cum dicit.

B *Verum enim harmonia quidem ratio quædam eorũ est quæ sunt permixta, uel etiam compositio. Anima autem neutrum istorum esse potest, ut patet.*

Et quidem harmonia, quædam ratio mistorum est, aut compositio, animam autem neutrum possibile est esse horum.

Disputat contra opinionẽ prædictã. Et circa hoc duo facit. Primo. n. disputat generaliter ad positionem dictorum philosophorum. Secundo uero in speciali ad ponentem. s. contra Empedo. ibi. {Inuestigabit autẽ hoc &c.} Ad positionem autem obiçit quatuor rationibus, quarũ prima talis est. Constat ꝙ harmonia proprie dicta est cõsonantia in sonis, sed isti transumpserunt istud nomen ad omnem debitam proportionem, tam in rebus compositis ex diuersis partibus q̃s in cõmixtis ex cõtrarijs. Secundũ hoc ergo harmonia duo potest dicerẽ, quia uel ipsam cõpositionem aut commixtionem uel proportionẽ illius cõpositionis seu commixtionis. Sed constat ꝙ neutrum istorum est anima, ergo anima, non est harmonia. Quod autẽ anima non sit compositio siue proportio compositionis patet. Isti enim accipiunt animam ut subſtantiam quandam, sed illa duo sunt accidentia, non ergo idem sunt. Secundam rationem ponit cum dicit.

C *Præterea harmoniæ non est mouere: animæ autem id omnes maxime tribuunt.*

Amplius autem mouere non est harmoniæ: animæ autem attribuunt hoc omnes.

Quæ talis est. Constat ꝙ omnes philosophi dicunt ꝙ anima mouet, sed harmonia non mouet, immo relinquitur ex mouente, & sequitur, sicut ex motu chordarum qui est per musicam relinquitur harmonia quædam in sono. Et ex applicatione & contemperatione partium à componente relinquitur proportio quædam in cõposito. ergo si anima est harmonia, & hæc relinquitur ex harmonizatore, oportebit ponere aliam animam quæ harmonizet. Tertiam rationem ponit cum dicit.

D *Accommodatius autem harmonia de sanitate, atque omnino de uirtutibus corporis, quam de anima dici potest. Atque manifestissimum id erit profecto, si quispiam operationes atq; affectus animæ in aliquam harmoniam reducere enitatur: Accommodare nanq; perdifficile est.*

Tex.c 56. *Congruit autem magis de sanitate dicere harmoniam, & omnino de corporeis uirtutibus quam de anima. Manifestũ autem si aliquis tentauerit reddere passiones et operà animæ harmoniæ quadam. difficile enim adaptare.*

Lectio. v. Tex.c 31. Quæ talis est. Philosophus dicit in. iiij. physi. Quicunq; assignat diffinitionem seu naturam rei oportet ꝙ illa assignatio, si sufficiens est, conueniat operationibus & passionibus illius rei, tunc enim diffinitur optime quid est res, qm̃ non solum cognoscimus subſtantiam & naturã ipsius rei, sed etiam passiones & accidentia eius. Si ergo anima est harmonia quædam, oportet quòd per cognitionem harmonie deueniamus in cognitionem operationum, & accidentium animæ. Sed hoc est ualde difficile, ut puta si uelimus operationes animæ in harmoniam referre. Cuius enim harmoniæ erit sentire, & cuius amare aut odire, & intelligere. Sed per cognitionem harmoniæ magis congruit uenire in cognitionem accidentium corporum, ut si uelimus cognoscere sanitatem, dicemus ꝙ est complexio adæquata & contemperata humorum, & qualitatum in corpore, & sic de alĩs corporeis uirtutibus, & sic harmonia magis esset attribuenda corpori quam animæ. Quartam rationem ponit cum dicit.

E Harmonia duplex.

Præterea in duo respicientes harmoniã dicere consueuimus, & propriissime quidem earum magnitudinum compositionem quæ motũ habeat positionemue, cum adeo sunt coniunctæ, ut nihil eiusdem generis inter sese susçipere possit. Hinc autem & rerum rationem mixtarũ. At neutro profecto modo consentaneũ est rationi, harmoniã animã appellare. Atque partiũ corporis cõpositio facilis est admodum inquisitionis. Complures nanque compositiones sunt, ut patet, & uariæ partium. Cuius igitur aut quonam pacto, intellectum aut etiam sensitiuum, aut appetitiuum compositionem esse putare oportet? Similiter absurdũ est sane, mixtionis quoque rationem, animam esse putare. Non enim elementorum mixtio rationem habet eandem in carne, & osse cæterisq; corporis partibus. Fient igitur ut complures habeat animas per totumq; corpus, si partes quidem uniuerse corporis ex elemẽtis constent permixtis, ratio uero mixtionis harmonia sit (ut inquiunt) animaq;.

Proprie metaphoricæ

F

Tex.c 57. *Amplius autem dicimus harmoniã in duo respicientes, maxime quidem proprie, magnitudinum in habentibus motum & positionem, compositionem ipsarum, cum sic congruant ut nullum congeneum prætermittatur. Hinc autem & eorum quæ cõmiscentur rationem. Neutro quidem igitur modo rationabile. Compositio autẽ partium corporis multum inuestigabilis est. Multiæ enim compositiones partium, & multipliciter sunt. Cuius igitur & quomodo congruit opinari, intellectum compositionem esse: aut & sensitiuum & appetitiuum. Similiter autẽ & inconueniens & rationem mixtionis esse animam.* Nõ enim eandem habet rationem commixtio elementorum, *secundum quam caro, & secundum quam os, accidet igitur multas animas habere. Et secundum omne corpus, si quidem omnia, ex elementis cõmixtis sunt, commixtionis autem ratio, harmonia & anima.*

Tex.c 58

G

Harmonia in magnitudinibus motum ac positionem habitibus.

H

Quæ talis est harmonia inuenitur aliquando in compositis & habentibus compositionem & motum, quia quãdo hæc sic inmicẽ simul ponuntur & ordinantur, {ut nullum congeneum}. i. ut nullus defectus eiusdem generis ibi sit, tunc illæ partes dicuntur bene harmonizatæ. & cõpositio ipsarum uocatur harmonia, sicut ligna & lapides & alia corpora naturalia. Sic etiam & chordæ quando bene ordinatæ sunt, uel fistulæ, ut ex inde consonantia sonorum resultet, dicuntur bene harmonizate, & huius consonantia dicitur harmonia & hoc modo proprie dicit harmonia. Aliquando inuenitur in corporibus mixtis ex contrarijs. Quando enim aliqua contraria sunt complexa & commixta in aliquo, ita ut nulla repugnantia seu excessus alicuius contrarij sit ibi, utputa calidi, aut frigidi, aut humidi, aut sicci, tunc illa dicuntur bene harmonizata, & horũ ratio. i. proportio dicitur harmonia. Si ergo anima est harmonia, secundum aliquem istorum modorum diceretur, sed constat quòd neutro istorum modorum rationabile est animam dici harmoniam, ergo male dicunt animam

In corporibus mistis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

harmoniā esse. Et ꝙ neutrō istorum modorum aīa dicatur harmonia patet. Non enim anima potest dici harmonia, quod inuenitur in rebus compositis, & habentibus cōpositionem, quod patet. Nam ordo partium compositarū in corpore est ualde manifestus, facile enim est scire ordinem ossium ad ossa, & neruorum ad neruos, & brachij ad manum, & carnis ad ossa. Sed rō ordinis partiū anime est nobis immanifesta. Non enim per hoc possumus scire ordinem qui est inter intellectum & sensum & appetitum & huiusmodi. Nec etiam potest dici harmonia secundum proportionem corporum commixtorum ex contrarijs. Et hoc duplici ratione. Vna ratio est, quia diuersa proportio inuenitur in diuersis partibus corporis. nam cōmixtio elementorum non habet eandem rationem, i. proportionem secundum quam est caro, & secundum quam est os, ergo in diuersis partibus erunt diuersæ animæ secundum diuersam proportionem & multiplicationem partium animalis. Alia ratio est, quia omnia corpora sunt commixta ex elementis & cōtrarijs, si ergo proportio commixtionis in quolibet corpore est harmonia & harmonia est anima, ergo in quolibet corpore erit anima, quod est inconueniens. Et sic patet ꝙ inconuenienter dicunt animam esse harmoniam. Consequenter cum dicit.

Id etiam quispiā & ab Empedocle non iniuria petet. Vnāquamq; nanque partium aliqua ratione dicit esse confectā. Vtrū igitur ipsa ratio sit anima, an potius sit aliquid aliud anima, & ipsius membris adueniat.

Text. 59 *Inuestigabit autem hoc utique aliquis ab Empedo. unūquodque enim horum in ratione quadam dicit esse. Vtrum igitur hæc ratio animæ est, an magis alterum aliquid cum sit, in membris ingeneratur.*

Disputat contra Emped. & ponit contra eum tres rationes quas non deducit. Quarum prima talis est. Ipsi ponunt quodlibet corpus consistere {ratione}. i. proportione quadam, quam dicunt harmoniam, & hanc dicunt animam. quæro ergo utrum anima sit ipsa ratio. i. proportio commixtionis, aut aliquid aliud à proportione. Si tu dicis ꝙ est ipsa proportio, tunc cū in uno corpore sint diuersæ proportiones secundum diuersas partes, sequuntur duo inconuenientia. s. ꝙ multæ animæ sint in uno corpore secūdum diuersas partes, & ꝙ in quolibet mixto sit anima. Si dicas ꝙ est aliud q̄ proportio, tūc cū proportio sit harmonia, anima non erit harmonia. Secundam rationem ponit cum dicit.

Præterea utrū cuiusuis mixtionis, sine ullo discrimine, causa sit ipsa concordia: an eius quæ ratione conficitur.

Amplius autem utrū concordia cuiuslibet mixtionionis causa, an eius quæ secundum rationem.

Quę talis est, Emped. ponebat ꝙ amicitia esset causa cōgregationis in rebus, & lis causa disgregationis, sed in congregatione fit aliqua proportio, quæro ergo utrum amicitia sit causa cuiuslibet congregationis, aut tantum congregationis harmonizatę. Si tu dicas ꝙ amicitia est causa cuiuslibet congregationis tunc oportebit ponere aliqd aliud ab amicitia, quod causet hmōi proportionem & harmoniam in congregationibus harmonizatis, uel erit dicere ꝙ huiusmodi harmonizatio est à casu. Si tu dicas quòd est cā solum congregationis harmonizare, tunc amicitia non erit causa omnis congregationis, quod est contra eū. Tertiam rationem ponit cum dicit.

Text. 60. *Et hæc utrum sit ipsa ratio, an aliquid diuersum a ratione. Hæc igitur tales dubitationes habere uidentur.*

Et hæc utrum ratio est, an alterum aliquid præter rationē. Hæc quidem igitur habent huiusmodi dubitationes.

Quæ talis est Emped. dicit ꝙ amicitia est quæ facit cōgregationē in rebus, ꝙro ergo utrū amicitia sit idem cū ipsa congregatione harmonizata, aut non. Si dicatur ꝙ est idem, tunc cum nihil sit causa suīpsius, amicitia non erit eā illius congregationis. sicut Emped. dicebat. Si uero dicat ꝙ non est idem, contra Congregatio harmonizata nihil aliud est q̄ conuenientia quædam, amicitia uero uidetur esse quædam cōuenientia, ergo est idem, & sic idem quod prius. Consequenter cum dicit.

Verū si anima diuersum a mixtione sit, uti diximus, cur una cum ratione carnis, & cæterarū etiā animalium partium ratio tollitur. Insuper si non unaquęq; partium animam habeat, si nō sit anima, ratio mixtionis, quid est quod decedente corrumpitur anima.

Si uero alterum est a mixtione anima: quid igitur simul cum carni esse, interimitur & esse aliis partibus animalis. Adhuc autem si quidem unaquæq; partiū habet animam, si non est anima ratio compositionis, quid est quod corrūpitur, anima digressa.

Ostendit quomodo hæc opinio est multum probabilis dicens, ꝙ ideo uidetur hæc opinio probabilis quia posito uno ponitur aliud, & remoto uno remouetur alterum. Nā recente ab aliquo corpore harmonia, recedit aīa & permanente harmonia permanet anima. Sed hoc non sequitur, quia proportio hmōi non est forma, sicut ipsi credebant sed est dispositio materiæ ad formam. Et sic si accipiatur propriatur harmonizare compositionis pro dispositione, bene sequitur ꝙ manente dispositione materiæ ad formam manet forma, & destructa dispositione remouetur forma. Non tamen ꝙ harmonia sit forma, sed dispositio materiæ ad formam. Secundo cum dicit.

Ex his igitur quæ dicta sunt patet, animā nec harmoniam esse posse, nec orbe uersari. Anima cū mouet corpus, seipsam quoque per accidens mouet. Per accidens tamen, ut diximus, moueri potest, & seipsam mouere. Mouetur nāq; corpus in quo est. Mouetur autē ut patet, ab anima, alio uero modo fieri nequit, ut ipsa moueatur motu ad locum accommodato.

Quod quidem igitur neq; harmoniam, possibile est esse animā, neq; circulariter moueri: manifestum est ex dictis. Secundū accidens autē moueri est, & mouere seipsam, ut moueri quidem in quo est, hoc autē moueri ab anima. Aliter autem non est possibile moueri secundum locum ipsam.

Concludit & epilogat ꝙ anima non mouetur circulariter, sicut Plato dixit. Nec est harmonia, sicut Emped. asseruit. Mouetur aūt secundum accidens, sicut diximus supra, & mouet seipsam. Et ꝙ moueatur secundum accidēs patet, quia mouetur in quantum mouet corpus in quo est, corpus autem mouetur ab anima. Alio modo non est, moueri ipsam secundum locum, nisi per accidens.

At etenim rectius de hac ipsa quispiam ad talia respiciens dubitabit, putabitq; ipsam moueri. Dolere namq; dicimus animā gaudere, confidere, timere, insuper irasci, sentire, ratiocinari, quæ quidem omnia motus esse uidētur. Quapropter ipsam quispiam existimabit moueri.

Rationabilius autem dubitabit utique aliquis de ipsa tanquam quæ mouetur, in hmōi respiciēs. Dicimus enim animam tristari, gaudere, confidere, timere. Amplius autē irasci, & sentire, & intelligere. Hæc autem omnia motus esse uidentur, unde opinabitur aliquis ipsam moueri.

Lectio. X.

POSTQVAM Philosophus posuit rationes illorū qui dixerunt aīam moueri ex eo ꝙ ipsa mouet corpus, & disputauit contra eos. Hic consequenter uult ostendere ꝙ euidentior ratio ꝙ anima moueatur potest sumi ex ipsis operationibus animæ. Et circa hoc duo facit. Primo enim mouet dubitationem illorum qui dixerunt animam moueri ex operibus animæ. Secundo uero soluit dubitationem

dubitationem huiusmodi quantum ad propositum ptinet. ibi. {Hoc aūt non est necesse &c.} Dicit ergo primo ꝙ licet prædicti Philosophi dubitauerint utrū anima moueretur ex eo ꝙ mouet corpus, tamē {rationabilius}. i. probabilius dubitabit aliquis de anima quòd moueatur {cōsiderans in huiusmodi} quæ dicentur id est in operationibus animę. Ex his enim poterit probabiliter ostendi quòd anima mouetur. {Nos enim dicimus animam tristari, gaudere, confidere}. i. audere {& timere.} Amplius autē dicimus ipsam irasci, sentire & intelligere. Cum ergo hæc omnia sint operationes animæ, & sint motus quidam uidetur quòd anima moueatur. Hæc autem uero dubitatio uidetur magis probabilis q̄ superior. Nam illa considerat motum animæ ex motu corporis. Dicebat enim quod nihil mouet, nisi moueatur. Vnde cū anima moueat corpus, manifestum est quod ipsa mouetur. Hæc uero opinio cōsiderat motum ipsius animę ex proprijs operationibus animæ. Consequenter cum dicit.

Verum id non necessarium est. Nam & si quam maxime dolere uel gaudere, uel ratiocinari, motus sunt, uel potius moueri tamen ipsum moueri ab anima est. Irasci nanq; aut timere est hoc modo moueri cor. Ratiocinari autem, aut tale forsitan est aut etiam aliud.

Text. 63. *Hoc autem non est necesse. Si enim & quàm maxime gaudere aut dolere aut intelligere, motus sunt, & unūquodq; moueri aliquid. Moueri aūt est ab anima, ut irasci aut timere, in eo q; cor quodammodo mouetur. Intelligere autem aut tale est, aut forsitan alterum aliquid.*

Soluit dubitationem. Circa quod sciendum est ꝙ quādo Aristo. inquirit ueritatem aliquam soluendo & obijciēdo, aliquando obijcit & soluit post determinatam ueritatem & tunc obijcit & soluit secundum suam opinionem. aliquando uero ante determinatum ueritatem, & tunc obijcit ꝙ soluit supponendo opiniones aliorum & non secundum suam opinionem & ueritatem, quam ipse opinatur. Et huius exemplum habemus in tertio physico. ubi Philosophus disputat contra ponentes infinitum, & utitur contra eos multis rationibus, quæ secundum se sunt falsæ, licet secundum illos reputentur ueræ, puta quod omne corpus habet leuitatem & grauitatem. Cuius ratio est, quia hoc. s. utrum omne corpus habet leuitatem & grauitatem nondum determinauerat, quod postea determinauit in libro de cœlo. & ideo reiterauit ibi quæstionem de infinito. Hunc autem modū obijciendi & soluendi seruat hic Aristo. unde & procedit cōtra eos supponendo illorum opiniones. Illi enim & maxime Platonici opinati sunt quòd tristari, gaudere, irasci, sentire, & intelligere, & huiusmodi quæ dicta sunt, sint motus animæ. Et quòd quodlibet illorum, etiam intelligere fiat per organum determinatum, & quantum ad hoc non sit differentia inter sensitiuam & intellectiuam, & quòd omnis anima non solum intellectiua sit incorruptibilis. Arist. uero omnia ista concedit. Ipse enim supponit quòd huiusmodi operationes fiant per determinata organa. etiā intelligere. Et qđ ois aīa sit incorruptibilis. Hoc tm̄ negat. s. ꝙ huius operationes. s. sentire gaudere & hmōi sint motus animæ, sed motus coniuncti, & quantum ad hoc disputat contra eos. Et circa hoc duo facit. Primo. n. ostendit quod hmōi operationes non sunt motus animæ. Secundo uero probat hoc quodā medio. ibi. {Intellectus autem &c.} Dicit ergo quòd isti dicunt duo. Et primo quòd gaudere & tristari & hmōi sunt motus. Secundo quod hæc attribuūtur animæ, scilicet ira scatur, gaudeat, sentiat, & huiusmodi, & sic uidetur quod anima moueatur. Sed hoc est non necesse, immo utrunque istorum est falsum, scilicet quia neque huiusmodi operationes sunt motus & neque attribuuntur animę. s. ꝙ iraſcaſ, gaudeat, sentiat, & huiusmodi. Sed dato quòd sint motus, & loquamur de eis secundum ꝙ sunt motus, nihilominus tamen falsum est ꝙ attribuantur animæ, & per consequens ꝙ secundum huiusmodi operationes moueatur. Quod sic patet. Constat enim quod si huiusmodi operationes sunt motus & attribuantur animæ, ꝙ non attribuuntur sibi, nisi secūdum aliquas determinatas partes corporis, sicut sentire non attribuitur animæ nisi in aliqua parte corporis, ut in oculo, sensus qui est per uisum & irasci in corde, & sic de alijs. Similiter manifestæ apparet ꝙ non sunt animę tantum motus, sed coniuncti. Sunt tamen ab anima, ut puta in hoc quod est irasci. Anima enim iudicat aliquid esse dignum ira, cor autē animalis ex hoc mouetur, & feruet circa ipsum sanguis. Sic autem se habet ad timores. Nam aliqua particula corporis cōtrahitur ad terribile & alteratur, & similiter de alijs. Et sic anima nō mouetur, sed est moueri ab ea in eo ꝙ aliquid, ut cor, quodā modo moueē. Et quia ipse determinabit inferius ꝙ intelligere est quædam operatio animæ in qua non communicat cum corpore & non est coniuncti. Ideo dicit ꝙ intelligere forsitan est aliquid alterum ab operationibus coniuncti. Et dicit forsitan, quia non loquiē diffiniendo, sed supponendo. Quia uero dixit qđ huiusmodi motus non sunt animæ, sed coniuncti, sunt tamē ab anima. Ideo cū dicit.

Atque quædam istorum fiunt, cum aliqua latione mouentur, quædam cum aliqua alterantur. Quænam uero sint illa, & quomodo fiant alia ratio est. Dicere autem animam irasci, uel timere, simile atque si quispiam animam, texere dicat, uel edificare. Nam melius est fortasse dicere, non animam, sed hominem anima misereri, uel discere, uel ratiocinari. Idq; non quia motus in illa sit, sed quia nonnunquam quidem. Vsque ad illam, nonnunquam uero ab illa, ueluti sensus quidē ex hisce, recordatio autem ab illa, ad eos motus uel status, qui sint in ipsorum sensuum instrumentis.

Text. 65. *Horum autem accidunt alia quidem, secundum loci mutationem quibusdam motis, alia uero secundum alterationem. Quænam autem & quomodo alterius rationis est. Dicere autem irasci animam, simile est, & si aliquis dicat eam texere uel ædificare, melius enim fortassis est non dicere animam misereri, aut addiscere aut intelligere, sed hominem anima. Hæc autem non tanquā motu in illa existēte, sed aliquando quidem usq; ad illā, aliquando autem ab illa. Vt sensus quidem ab his, reminiscentia uero ab illa, ad motus qui sunt in sensibilibus organis, aut quietes.*

Vult ostēdere quod huiusmodi motus corporis sunt ab anima secundum loci mutationes. Sicut patet in ira, motus quibusdam particularis ipsius corporis. s. moto corde. Ex ira enim sanguis exit ad partes exteriores, motus a feruore cordis. Alia uero est secundū alterationē, sicut patet in timore. Nam cor ad terribile contrahitur & infrigidatur, & alteratur homo & pallescit. Quales autem passiones sint, & quomodo moueātur, alterius rationis est dicere. Sic igitur patet quod huiusmodi motus non sunt animæ sed corporis ab anima, ut dictum est. Sicut ergo aīal habet operationes corporales, & hmōi nō sunt animæ sed corporis seu coniuncti, ita & huiusmodi operationes, scilicet sentire & gaudere, & huiusmodi non debent referri ad animam sed ad coniunctum. Nam si aliquis dicat animam irasci, & secundum huiusmodi operationes moueri, simile est ac si dicat ipsam animam texere uel ędificare aut citharizare. Nam & anima est causa horum motuum. Habitus. n. ędificatiuus & textiuus, & citharizandi est in ipsa anima, & huiusmodi ab aīa sunt. Sed sicut melius est dicere quòd ędificator ædificat, non ars licet ædificator ædificet p ædificatiuam artem, sic fortassis melius est dicere quod anima non miseretur neq; addiscit neq; intelligit, sed homo

Universidad de Deusto

Per animam. Dicit. {Fortassis intelligere} quia loquitur supponendo ut dictum est. Quia uero per hoc quod dicit {quod non mouetur anima.} sed homo per animā posset intelligi quod motus existere in anima sicut in subiecto ideo remouet hoc dicens, ꝙ cū dico hominem moueri ab anima, nō sic dico ꝙ motus in illa. ſ. in aīa existat, sed quasi ab illa. Cum enim dico, hoc mouetur per hoc, istud potest dupliciter intelligi, uel quia aliqñ ipsa res qua aliquid mouetur, motus sustinet. Vt cum dico hominē moueri pede, quia ipse pes mouetur. Vel quia ipsa aliquando res non sustinet motū, sed impellit aliquid ad motū, & hoc modo homo dicitur moueri per animā. Et in hoc est duplex motus, quia aliquādo anima est ut terminus motus, qñ. ſ. motus est ad illam. ſ. ad animam, sicut in apprehensione sensibilium. Nam quando anima apprehendit exteriora sensibilia, tunc uirtus sensitiua quæ est in organo, nititur & mouetur ad remittendum & reducendum species, & intentiones rerum sensibilium usque in illam. scilicet ad animam. Aliquando uero aīa est principium ut motus, quando. ſ. motus operationis initiatus est ab illa. ſ. anima ut est in reminiscentia, a qua intentiones & phantasmata rerum occultata & recondita educuntur ad intelligendū res sensibiles. Sic ue autem motus aut quietes dicat aliquis phantasmata huiusmodi sint derelicta interius nō refert quantū ad posse sentem materiam. Patet igitur ꝙ huiusmodi motus non attribuuntur animæ, sed sunt coniuncti. alicui ipsa anima tū, & non sicut motu existente in ipsa anima. Notandum tamē ꝙ hæc solutio prædictæ dubitationis non est distinctiua, & diffinitiua ueritatis, sed obuiatiua. Sciēdum enim ꝙ motus attribuuntur operationibus animæ a diuersis diuersimode. Nā tripliciter inuenitur motus in operationibus animæ. In quibusdam enim inuenitur motus proprie, in quibusdā uero minime proprie. Proprie enim inuenitur motus in operationibus anime uegetabilis, & in appetitu sensitiuo. In operatione quidē animæ uegetabilis, est proprie motus, quando mouetur, uel inesse naturæ per nutrimentum. & hic est motus augmenti, & secundum hoc anima uegetabilis se habet ut agens, corpus uero ut patiens. In appetitu uero sensitiuo proprie inuenitur motus & secundum alterationem, & secundum motum localem. Nam ad appetitū alicuius rei, homo statim mouetur & alteratur. Vel ad irā sicut in appetitu uindictæ. Vel ad gaudium sicut in appetitu delectabilis. Inde ex hoc mouetur etiam sanguis qui est circa cor ad partes exteriores & etiam hō de loco ad locū ad consequendū id quod appetit. Minus uero proprie inuenitur motus in operationibus animæ sensitiue. In his enim non est motus secundum esse naturæ, sed solum secundum esse spirituale, sicut patet in uisu, cuius operatio non est ad esse naturale, sed spirituale, quia est per species sensibiles secundum esse spirituale receptas in oculo. Sed tñ habet aliquid de mutabilitate inquantum. ſ. subiectum uirtutis uisiuæ est corpus. Et secundum hoc habet rationem motus, licet minus propriam. Non. n. dī motus in operationibus proprie, nisi cum operatio illa est ad esse naturæ. Minimum autem de proprietate motus & nihil nisi metaphorice inuenitur in intellectu. Nam in operatione intellectus non est mutatio secundum esse naturale sicut est in uegetabili, nec subiectum spirituale quod immutetur, sicut est in sensibile. Sed est ibi ipsa operatio, quæ quodammodo dicitur motus inquantum de intelligente in potentia fit intelligens in actu. Differt tamen a motu eius operatio, quia eius operatio, est actus perfectus, motus uero est actus imperfecti. Et ideo patet quomodo operationes animæ uegetabilis & sensitiuæ non sunt motus animæ, sed coniuncti. Operationes autem intellectus non dicuntur motus nisi metaphorice, & sunt solum animæ intellectiuæ absque aliquo determinato organo. Sciendum etiam ꝙ sicut in sensu inuenitur uis appetitiua & apprehensiua, ita & in intellectu inuenitur uis appetitiua & apprehensiua. Et ideo hęc amor, odium, gaudium & huiusmodi possunt intelligi, & prout sunt in appetitu sensitiuo, & sic habent motum corporalem coniunctum & prout sunt in intellectu & uoluntate tantum absque omni affectione sensitiua, & sic non possunt dici motus, quia non habent motum corporalem coniunctum. Et inueniuntur etiam in substantijs separatis secundum ꝙ in sequentibus melius patebit. Consequenter cum dicit.

Hoc abhoc mouet. Duplicher fumi dicere.

In aīæ opibus tripli motus inuenitur Propie

Minimæ, proprie.

Vis appetitiua & cogitatiua, tā in sensu est q̄ i intellectu

Text. 61

Intellectus autem aduenire uidetur, & substantia quædam esse, ac non corrumpi. Nam ab ea maxime quæ in senectute fit, offuscatione corrumperetur. Nunc autem perinde fit, atque in sensuum instrumentis. Etenim si senex talem acceperit oculum uideret sicut & iuuenis. Quare senectus non quia anima quicquam est passa, sed quia id in quo est, aliquid passum est, quemadmodum in ebrietatibus & in morbis fieri solet. Et ipsum igitur intelligere ac contemplari marcescit, quia aliud quoddā intus corrumpitur, ipsum autem passione uacat ratiocinari uero, & amare, aut odisse nō sunt illius affectus, sed huiusce quod habet illud, ea ratione qua illud habet. Quapropter & hoc corrupto, nec recordatur, nec amat. Nō enim illius erant, sed ipsius communis, quodquidem periit. Intellectus autem diuinus quid est, fortasse, passioneq; uacat. Esse igitur impossibile moueri animam, perspicuum iā ex dictis euasit. Quod si omnino nō motu cietur, patet nec a seipsa motu cieri.

Intellectus autem uidetur innasci substātia quædam existēs & non corrumpi. Maxime enim corrumperetur utique ab ea, quæ est in senio, debilitate. Nunc autem quemadmodum in sensorijs accidit. Si enim accipiat senex oculum iuuenis, uidebit sicut & iuuenis: quare senium non est in sustinendo aliquid animam, sed in quo, sicut in ebrietatibus & infirmitatibus. Intelligere igitur & considerare marcescunt, alio quodam interius corrupto. ipsum autem passibile est. Cogitare aūt, & amare, & odire, non sunt illius passiones, sed huius, habentis illud secundum q̄, illud habet. Quare & hoc corrupto, non reminiscitur neque amat. Non enim illius erant, sed communis, quod qui dem destructum est. intellectus autem fortassis diuinus aliquid & impassibile est. Quod quidem igitur nō possibile moueri animam, manifestum ex his. Si autem penitus non mouetur, manifestum quod neq; à seipsa.

Text. c. 62

Vult probare ea quæ ostendit. ſ. ꝙ huiusmodi operationes etiam si sint motus, sicut ipsi dicebant, non attribuuntur animæ, sed corpori & coniuncto. Et hoc probat per quandam opinionem illorum q̄ erat famosa tempore suo, scilicet ꝙ omnis anima est incorruptibilis, & hoc secundū eos erat de intellectu & de omni anima. Dicit ergo ꝙ uidetur prædictis Philosophis ꝙ intellectus sit quædā substantia quæ est in fieri & nondum completa. & ꝙ nō corrumpitur. Cuius ratio est, quia nos uidemus ꝙ omnes debilitationes quæ fiunt circa intellectum & sensum, non attingunt ad ipsam animam secundum se, sed proueniunt ex debilitate organi. Vnde uidetur ꝙ intellectus et omnis aīa sit incorruptibilis & ꝙ debilitatio in eius operationibus non sit ex eo ꝙ ipsa corrumpatur, sed ex eo ꝙ debilitantur organa. Si enim corrumperetur anima, maxime corrumperetur à debilitate quæ est in senectute, sicut accidit in organis sensitiuis quæ debilitantur ex senectute, tamen anima non debilitatur ex hoc, quia si senex accipiat oculum iuuenis, uidebit ut iuuenis. Quare senectus debilitat, non quidem ꝙ ipsa anima patiat seu uirtus sensitiua, sed id in quo est. Sicut in ægritudinibus & in ebrietatibus non debilitatur seu alteratur anima. sed corpus. Sic ergo {intelligere} .i. simplex apprehensio {& considerare} idest operatio intellectus quæ est in componendo & diuidendo, marcescunt, non quidem quod intellectus corrumpatur

rumpatur & patiatur, sed corrupto quodam alio interius idest corrupto aliquo qđ est organū intellectus. Ipsum autem intelligere est passibile. Hoc aūt dicit Arist. non ꝙ sit huius opinionis, ꝙ credat intellectum habere determinatum organū corporale, sed, sicut dictum est, ipse hoc loquitur supponendo opiniones istorum Philosophorum, qui sicut dictum est, erant huius opinionis, ꝙ omnes operationes animæ. & etiam ipse intellectus haberent organa determinata. Et ideo ſm hoc assignat quare intelligere marcescat, quia hmōi operationes quæ sunt intelligere, amare, & odire, non sunt passiones {illius}. ſ. aīæ suppondo loquitur. {Sed huius habētis}. ſ. coniuncti seu organi corporalis. Organi dico habentis, illud. ſ. intelligere & hmōi {Secūdū ꝙ illud habet} Vñ {corrupto hoc}. ſ. determinato organo, hmōi operationis quæ est amare seu intelligere, nō rememoratur nec; amat. ſ. anima. Cuius rō est, quia huiōi passiones non erant animæ tātum {sed cō munis}. ſ. cōiuncti, quod est iā destructum & corruptū. Si ergo omnes hmōi motus & operationes debilitantur non propter animā, sed propter debilitatem corporis seu organi ut dictum est. Manifestum est ꝙ non sunt animæ tantum, sed coniuncti. & per cōsequens ꝙ anima nō mouet. sed cōiunctū licet aīa. Quia uero Arist. locutus ē hic de intellectu, supponendo opiniones aliorū, sicut iam patet, ne credatur quod ipse opinetur intellectum sic esse ut suppositum, ideo remouet hoc dicens, ꝙ {Fortassis intellectus est aliquid diuinius & impassibile}. i. aliquid altius & aliqua maior potentia, & per consequens operatio ipsius animæ, ꝙ dicatur hic. Dicit autem {fortassis} quia nondū hoc determinauerat, sed postea hoc in tertio ostendit. Vnde patet ꝙ supponendo loquitur. Consequēter cōcludit ex omnibus dictis, ꝙ manifestum est ex omnibus his quæ dicta sunt, ꝙ non est possibile animam moueri, ꝙ si non mouetur aliquo modo, manifestum est ꝙ nō mouetur a seipsa hmōi motibus, sicut isti ponebant.

Lectio. x

Aia nō est mutatus secundum motum, contra Xenocratem.

Atqui numerum animam esse dicere, seipsum motu ciētem, multo longius, quam ea quæ dicta sunt, a ratione distare uidetur. Nam ijs qui id asserunt, ea primum impossibilia quæ emergunt ex motu, deinde propria quædam ex eo quia dicūt ipsam numerum esse, eueniunt. Quonamq; modo unitatem moueri intelligere oportet, & a quo & quonam pacto? Cum imparti bilis sit, & nullam habeat differentiam, si enim motiua sit atq; mobilis, diuersa esse oportet.

Text. 67

Multo aūt his quæ dicta sunt irrationabilissimū dicere animam esse numerum seipsum mouentē. insunt. n. his impossibilia. Primo quidem ea, quæ ex eo accidūt, ꝙ animā moueri asserunt. Propria aūt ex eo ꝙ dicūt ipsam esse numerum. Quo modo. n. oportet intelligere unitatem motam, & a quo, et quomodo, impartibilem & indifferentem existentem. Si namq; est mota & mobilis, differre oportet.

Lectio. xi.

Op. Xenocratis.

POSTQVAM Philosophus improbauit opinionē illorū qui dixerūt simpliciter animā moueri. Hic cōsequenter arguit contra opinionem Xenocratis. qui supra motum addit aliquid aliud. ſ. ꝙ aīa esset numerus mouēs seipsum. Et hæc opinio est multum irrationabilior opinionibus aliorum philosophorum quæ dictæ sunt. Nam his qui dicunt animam esse numerū mouentem seipsum, multa impossibilia insunt. Et primo quidē ea ꝙ accidunt {eo quod est moueri} idest ex motu, quæ etiam accidunt omnibus dicentibus animam moueri. Acciduot etiam sic dicentibus, & inconuententia ppria, ex hoc. ſ. ꝙ dicunt animā esse numerū. Et propter hoc Philosophus improbat diffinitionem hanc Xenocratis de anima, & non tantum est disputans ad nomen, sed ad ipsam intentionē diffinientis. Circa hoc autem duo facit. Primo ostendit hanc diffinitionem esse inconuenientem, quantum ad ipsam animā uel substantiam animæ. Secundo uero quantum ad eius accidentia. ibi. {Complectentibus igitur in unum &c.} Circa primū duo facit. Primo. n. destruit diffinitionē prę dictam de anima per rationes. Secundo uero ostendit ꝙ ad hanc diffinitionem sequentur omnia inconuenientia quæ sequuntur ad opiniones aliorum Philosophorū. ibi. {Accidit aūt sicut diximus &c.} Quod aūt prædicta diffinitio sit incongrua probat sex rationibus. Quarū prima talis est. Tu dicis, anima messe numerum mouētem se ipsum, numerus autē constat ex unitatibus. ergo dicis animam esse unitates. Si tu dicis animam esse numerum mouentem seipsum, ergo & animam unitates mouentes seipsas, sed oē mouēs seipsum hēt duas ptes, ut phar. i. 8 phyquarū una est mouēs & alia mota. ergo oportebit dicere ꝙ unitas seu pūctū diuidaē in duas partes, quarū una sit mouens, & altera mota. Hoc aūt est impoſe. ergo impossibile est ꝙ anima sit numerus mouens seipsum. Qđ aūt sit impossibile unitatem habere unam partem mouentem, & aliam motam probat, quia nullo modo illud qđ est omnino impartibile & indifferens, potest intelligi ꝙ moueatur per se, ita ꝙ habeat partem mouentē unā, & aliā motam. Nam in nullo possunt hæc duo. ſ. uis motiua uel mota, & mobilis uel mota esse, nisi differant. cum ergo unitas sit impartibilis & indifferēs, nō potest hmōi partes habere, & sic nec moueri, ergo anima nō est numerus mouens seipsum. Secundā rōnem ponit cum dicit.

Lectio. x, Text. c. 40, & 42.

Præterea cum lineam quidem, motione superficiem facere dicant, punctum autem lineam, unitatum etiā motus erunt cōtinuo lineæ. Punctum enim unitas est, positionem habens, atq; numerus animæ iam alicubi est, positionemq; habet.

Prima rō.

Amplius quoniam dicunt lineam motam, planum facere, punctum autem lineam, & unitatum motus, lineæ erunt. Punctum autem unitas est, ponēs habens. Numerus autem animæ iam alicubi est, & positionem habet.

Text. c. 68

Quæ talis est. Tu dicis aīam esse numerū. ergo & unitates ut dictum est. Inter unitatem autem & pūctum nulla differentia est, nisi ꝙ pūctus habet positionem habēs, est enim punctum unitas positionem habens. Sed si anima est numerus, oportet ꝙ alicubi sit hmōi numerus animæ, & positionem habēs. ergo anima erit unitates positionem habens. Huiusmodi autem sunt puncta. ergo erit puncta. Sed secundum quod dicunt Platonici, motus puncti facit lineam, linea autem mota facit superficiem, superficies uero corpus, sed est anima numerus mouēs seipsum. ergo eodem modo & unitas, & per cōsequens est punctum mouēs seipsum, punctū aūt motū non facit nisi lineā. ergo motus aīæ nō facit nisi lineā. Et sic anima motu suo nō causat uitā, sed lineā, qđ est falsum. Nō est igit aīa numerus mouēs seipsum. Tertiā rōnē ponit cū dicit.

Præterea si quis numero numerum uel unitatem abstulerit, alius relinquitur numerus. Atque plantæ, multaque animalium uiuunt diuisa, & eandem animam specie uidentur habere.

Amplius autem a numero si auferat aliquis numerum aut unitatem, relinquitur alius numerus. Plante autem & animalium multa diuisa uiuunt, & uidentur eandem habere animam specie.

De his uide. ſ. tex. 20 & tex. 91 huius libri. 4.

Quæ talis est. Si aīa est numerus, ut tu dicis, oportet ꝙ consequatur passiones & naturā numeri, sed constat ꝙ si aliquis auferat a numero unitatem aliquē seu addat, mutat spēm. Nā si huic numero. ſ. tria, addas unitatē. mutat spēm. Alia. n. spēs est huius numeri quatuor, & alia eius qđ est tria. Si uero ab eodē auferas unitatē, efficiē duo et mutat siīe spēm. Cōstat aūt ꝙ aīalia sumunt spēm ab aīa cum unumquodq; cōsequatur per formam speciē suam

Universidad de Deusto
Biblioteca

I ergo si anima est numerus, ex substractione uel additione aliquius ab anima, relinquitur alia aia specie, & hoc est falsum. Videmus enim in decisionibus plantarum & animalium annulosorum ꝙ diuisa seu decisa uiuunt. & eandem speciem habent. Non ergo anima est numerus mouens seipsum. Quartam rationem ponit cum dicit.

At qui nihil referre uidebitur, unitates dicantur, an corpuscula parua. Etenim si puncta fiant ex Democriti pillulis, modo maneat quantitas, erit in ipsis aliud quidē quod mouet, aliud autem quod mouetur, sicut in magnitudine. Non enim quia magnitudine differunt, aut paruitate, id quod dictum est, accidit, sed quia subeunt quantitatem. Quocirca necesse est aliquid esse, quod ipsas unitates mouebit. Quod si id quod in animali mouet anima est, & id quod in numero est, anima mouet, quare anima non est id quod mouet, atque mouetur, sed id quod mouet duntaxat.

Tex c.69 K Videbitur autem utiq; nihil differre, dicere unitates, aut corpora parua. Et namq; ex Democriti sphæris si fiant puncta, solum autem maneat quantitas, erit aliquid in ipso, hoc quidē mouens. illud autem quod mouetur, sicut in magnitudine. Non enim propter hoc q, est magnitudine differre aut paruitate, accidit quod dictum est, sed quia quātum. Vnde necesse est aliquid esse motiuum unitatum. Si autem in animali quod mouens, anima est & in numero, quare non, mouens, & quod mouetur, est anima sed mouens solum.

Tex.c.43 Quæ talis est. Tu dicis animam esse numerū, & sicut dictum est sequitur ꝙ aia sit unitates positionem habentes & per consequens ꝙ sit puncta. ℘m hoc autem si recte cō sideremus, uidebitur utiq; ꝙ nihil differt. dicere ꝙ anima sit corpora parua & indiuisibilia, sicut dixit Democritus, aut dicere ꝙ sit unitates positionem habētes. Vnum enim positionem hūs, quantitas est & indiuisibilis. Ex hoc ergo sic arguo. Anima, ℘m positionem tuā, est numerus mouens seipsum, & per consequens unitates & puncta mouēs seipsa, ponamus autem ꝙ corpora indiuisibilia quæ posuit Democritus sint puncta, quia non differt, sicut dictū est, & sint quanta, quod necesse est. quia pròprie nō mouetur nisi quantū. Hmōi autem pūcta mouet seipsa, quia aia est numerus seipsum mouens. Sed in mouente seipsum, sicut dictū est, duo sunt. ergo erit in ipso puncto, unum qđ est mouens, & aliud quod est motum. Nec est curandum utrum sint magna seu parua, dummodo sint, quanta, quia in quolibet cōtinuo mouente seipsum hoc accidit. ſ. ꝙ sint duo ibi, unum ut mouens, & aliud ut motum. Et sic necesse est ꝙ sit aliquid motiuum unitatum. In animali autē, illud quod mouet animal, est aia. ergo & in numero, illud quod mouet numerum, erit anima. ergo anima non est id quod mouetur, sed illud quod mouet. Et sic mala est diffinitio animæ, ꝙ sit numerus mouens seipsum, sed potius ꝙ sit numerus mouens numerum motum. Quintam rationem ponit cum dicit.

At uero qui fieri pōt, ut hæc, unitas sit? Oportet. n. ipsius ad cæteras aliquā differentiā esse. At unici puncti quænam, præter positionē esse differentia potest? Si igitur unitates pūctaue quæ sunt in corpore, diuersa sunt ab unitatibus animæ, atque punctis, erunt ipse unitates in eodē profecto loco. Pūctū. n. aīæ, locū occupabit corporis pūcti. Atq; quid obstabit ac prohibebit, ut si duo pūcta sunt simul in eodē loco, & plura sint duobus, ac infinita. Quorum. n. locus indiuisibilis est, & ipsa indiuisibilia sunt. Sin uero ea pūcta quæ sunt in corpore, sint ipse numerus animæ, uel si numerus qui ex punctis constat, quæ sunt in corpore, sit ipsa anima, cur non omnia corpora animā habent? nam in cunctis puncta esse uidentur & etiam infinita.

Tex c.70 Contingit aūt quodammō unitatem hæc esse. Oportet. n. ipsi ineſſe quandā differentiā ad alias. Pūcti aūt solitarij, quæ utiq; differentia erit nisi positio? Siquidē igitur sunt alteræ in corpore unitates & pūcta, in eodem erunt unitates, obtinebit. n. locū puncti, tamē quid prohibet in eodem esse, si duæ sunt, & infinitas. Quorum. n. locus est indiuisibilis, & ipsa. Si autem ea quæ sunt in corpore puncta sunt numerus animæ, aut si eorū quæ in corpore sunt punctorū numerus, est anima, quare nō omnia hūt animā corporā? Puncta. n. in omnibus uidētur esse, & infinita. Tex. c.71

Quæ talis est. Secundum opinionem Xenocratis contingit hanc. ſ. animam esse unitatē, sed ex hoc cōtingit ipsam esse pūcta quia si aia est unitas, oportet ꝙ differat ab alīs unitatibus, non poterit autem differre ab eis nisi per positionem, quæ enim est differentia ⸗ puncti solitarij ⸗. i. unitatis intellecte. nisi positio. nulla unitas autem nisi positionem habens, est punctum. ergo aia non est unitas, sed puncta. Sed anima est in corpore & quodlibet corpus, hēt pūcta sua per se. quæro ergo utrū pūcta quæ sunt anima, sint eadem cum punctis corporis aut alia. Si quidem sunt altera, ergo in qualibet parte corporis sit aia, in qualibet parte corporis erunt puncta aīæ, & sic erūt duo puncta in eodem loco simul. Et si duo pp quid nō plura, aut etiā infinita. Nam illa quorum locus est indiuisibilis, & ipsa indiuisibilia sunt, uñ non indigent ampliori loco. Vū si ponātur duo esse in loco indiuisibili, per consequens pūt in eodem loco esse infinita. Si uero dicas ꝙ sunt eadem puncta quæ sunt in corpore cum his punctis quæ sunt anima, sequitur quod cum omne corpus habeat puncta, quod oē corpus habeat aīam sed hoc est falsum, non ergo anima est numerus mouens seipsum. Sextā rationem ponit cum dicit.

Insuper qui fieri pōt ut separentur ac absoluātur a corporibus ipsa puncta, siquidem lineæ non diuiduntur in puncta.

Amplius autem quo possibile est separari puncta & absolui a corporibus, si quidem non diuidantur lineæ in puncta.

Et sumitur ex præcedenti, q̄ talis est. Sicut dictū est, sequitur expositione Xenocratis ꝙ aia sit puncta sed nos uidemus quod puncta non separantur, nec absoluuntur a corporibus. Nam lineæ non diuiduntur a superficiebus, nec puncta a lineis. Anima uero separatur & absoluitur a corpore. ergo non est puncta neque numerus. Patet ergo quod diffinitio Xenocratis de anima est incongrua quā tū ad ea q̄ in diffinitione ponunt. Cōsequēter cū dicit. P

Fit autem ut diximus, ut partim idem ij dicant, quod illi, qui corpus quoddā subtiliū partiū animā esse dixerunt, partim pro prium ipsos comitetur absurdum, corpus ab anima perinde mo ueri, perinde atq; Democritus asserebat. Nam cum anima sit in omni corpore sentiēte, necesse est in eodē duo corpora esse, si anima corpus aliquod esse ponatur. Et horum etiā sentētia, qui animam numerū esse censent, sit ut uno in puncto multa sint, pūcta aut oē habeat animam, si non numerus quisquam alius, atq; diuersus a punctis ipsius corporis superueniat. Fit etiam ut animal a numero perinde moueatur, atq; Democritū diximus idipsum moueri censere. Quid enim interest paruæ pilæ dicantur, an unitates magne, uel unitates omnino quæ agitantur motu. Vtro nanque modo necesse est ipsas ex eo mouere animal, quia ipsæ motu cientur.

Accidit aūt, sicut diximus, partē quidē, idem dicere, corpus quoddā subtiliū partiū ipsam ponētibus, partim aūt sicut Democritus dicit ab anima moueri, propriū incōueniens. Si. n. est anima in omni eo q, sentit corpore, necesse est duo in eodem esse corpora, si corpus aliquod anima. Numerū autem dicentibus, in uno puncto puncta multa, aut omne corpus animam habere, nisi quidam numerus differens fiat & alius ab his quæ in corpore sunt punctis. Accidit autem animal moueri a numero, sicut & Democritum dixit, ipsum mouere. Q Tex.c.71

Quid

R Tex.c.37 Quid. n. est differt dicere sphæras paruas aut unitates magnas aut omnino unitates ferri? Vtrobiq; enim necesse est mouere animal, in eo quod mouetur ipsæ.

Dicit diffinitionem prædictam esse incongruam, quantum ad inconuenientiā. Nam ex hmōi diffinitione de aīa sequuntur omnia inconuenientia quæ sequuntur ex opinionibus oīum Philosophorū de aīa. Quidam. n. errauerunt circa animam & dixerunt ipsam esse corpus subtilissimarum partium. Ex quo sequebatur, ꝙ cū anima sit ubicunq; est sensus in corpore, & sensus sit ubiq; per corpus ꝙ si aīa est corpus, ꝙ duo corpora sint simul. Et hoc idem sequitur si aīa est pūcta. sicut dictū est. ſ. ꝙ duo sint simul & etiā infinita, & hoc si pūcta. aīæ sint alia a pūctis corporis. Sed si nō ⸗ fiat differēs numerus ⸗ pūctorū aīæ. i. si non differant puncta aīæ a punctis q̄ sunt in corpore, sequitur ꝙ in quolibet corpore sit aia In quolibet. n. corpore ē inuenire pūcta. Quidā uero sicut Democritus errauit dicens aīam moueri, & corpus ex motu animæ, & cū ipse diceret cōponi aīam ex indiuisibilibus sphæris, & ex motu ipsarū moueri corpus, sequebaī ꝙ corpus moueret ex corporibus indiuisibilibus. Et hoc idē incōueniēs sequitur B ex diffinitione istorū. ſ. aīal moueri ex numero, & per consequens a pūctis, & nō est differentia, dicere sphæras paruas. & unitates magnas aut quascunq; unitates moueri. Nā ⸗ utrobiq; ⸗. i. in sphæricis corporibus & unitatibus, necesse est ꝙ animal moueatur, eo ꝙ ipsa scilicet corpora sphærica & puncta seu unitates mouentur. Consequenter cum dicit.

His igitur qui motum ac numerum in assignanda anima cōiunxerunt, hæc quæ dicta sunt absurda et alia huiusmodi multa euenium. Est enim impossibile non solum diffinitionem animæ talem esse. sed etiam accidens. Quod quidem patet, si quis ex hac ratione, operationes atq; affectus animæ conabitur assignare. cogitationes inquā, sensus, uoluptates, dolores, cætera ist iusmodi. Nam ut prius diximus, neque uaticinari ex ipsis facile possumus.

Tex.c.74 C Complectentibus igitur in unum, numerum et motū & hæc accidunt & multa alia huiusmodi. Non enim solum animæ impossibile est huiusmodi esse sed & accidens. Manifestum est autem si quis conatus fuerit ex rōne hæc, passiones et opera animæ reddere, ut cogitationes, sensus, lætitias, tristitias, & q̄ēūq; alia hmōi. Sicut. n. diximus prius, neq; diuinare est facile ex ipsis.

Ostendit insufficientiam prædictæ diffinitionis ex parte accidentiū. Dicit ergo ꝙ q̄cunq; diffinitio sufficiēter assignantur, non solū debet ducere in cognitionē substātie, rei diffinitæ, sed ēt accidētiū. Sed si cōplicemus in unū ista duo q̄ posita sunt in diffinitione animæ. ſ. numerū & motum, non solum accidunt nobis inconuenientia que dicta sunt circa subam ipsius animæ, sed etiā multa alia, qa hæc duo nō solum est impossibile esse diffinitionem, idest substantiam aīæ, uerū etiam est impossibile ꝙ ipsa. ſ. numerus & motus sint accidentia animæ seu ducant in cognitionem accidentiū. Non igitur est congrua diffinitio cum non ducat in cognitionem accidentium. Et ꝙ non ducat D in cognitionem accidentium animæ, manifestū est si quis ex hmōi diffinitione conabitur, passiones & operationes animæ assignare, puta ratiocinationes, delectationem, tristitiam, & hmōi. Ex ipsis enim. ſ. ex numero & motu, non solum non erit facile deuenire in cognitionem accidentiū & operationum animæ, sed nec diuinare poterimus ex eis aliquid de ipsis passionibus & operationibus animæ.

Tribus aūt traditis modis quibus antiqui diffiniunt animā duos iam reprobauimus, & quas habet utraq; sententia dubitationes contrarietatesq; pene diximus, & ea inquam quæ maxime motiuum ipsam esse ex eo ponit, quia seipsam mouet. Et ea quæ corpus ipsam subtilissimarum partium, aut magis quā cætera incorporeum esse censet, Restat igitur tertius modus atq; sententia, quæ ipsam asserit ex elementis constare, quam quidē deinceps consideremus oportet. Atq; patet ob hoc ex elementis animam cōstare quosdam dixisse, ut sentiat ea quæ sunt & rerum unamquamq; cognoscat. At hanc sententiā multa profecto comitantur absurda, atque eorum quam plurima quæ fieri nequeunt. Asserunt enim simili cognoscere simile, quasi animas, res ipsas esse ponentes. Verū nō elemēta sunt solū ut patet sed præter ea multa sunt etiam alia, quin potius infinita fortasse numero, quæ constant ex ipsis ac componuntur. Sit igitur ea cognoscere, sentireque animam. Ex quibus illorū unumquodq; componitur. At totum ipsum compositum, quo cognoscet quæso, uel sentiet, ut quid sit deus, uel homo, uel os, uel caro, & cæterorum compositorum unumquodq; similiter. Non enim unumquodq; istorum est ipsa elementa, quouis sese habentia modo, sine ullo discrimine, sed ex ipsis unumquodq; conficitur ratione quadam, compositioneue. Quēadmodum & Empedocles os ex elementis constare censet. Dicit enim.

Ceperat ante duas tellus iustissima uastis.
Aeris ac fontis partes, Vulcanus & ipse
Quatuor ex octo adiunxit quis candida, magna.
Vis fœcundaq; naturæ confecerat ossa.

Nil igitur elementa prosunt, si sint in anima, nisi rōnes etiā insint, & cōpositio. Vnumquodq;. n. cognoscet simili, os autē, aut hominem non cognoscet profecto, nisi ipsa etiam insint. Hoc autem non opus est unum eorum esse dicere, quæ fieri nequeunt.

Quis enim ambiget unquam si lapis, uel homo, uel æquus insit in anima, & bonum similiter, & non bonum, & de cæteris identidem rebus.

Tribus aūt modis traditis secundum quos diffiniunt animā, alij quidem maxime motiuam enuntiauerunt, in mouendo seipsam. Alij aūt corpus subtilissimum, aut incorporalissimum aliorum. Hæc autem quas dubitationes, & contrarietates habent præteriuimus fere. Relinquitur autem considerare, quo dicitur ex elemētis ipsam esse. Dicunt enim quatenus sentiat ea quæ sunt & unūquodq; cognoscat. Necessarium autem est accidere multa et impossibilia rōni. Ponūt. n. cognoscere simile simili, tā quā si animā, res ipsas esse ponant. Non sunt autē hæc sola, multa uero & alia. Magis autē fortasis infinita numero quæ sunt ex his. Ex quibus igitur est unumquodq; horū esto cognoscere, Tex.c.76 animam & sentire, sed compositum quo cognoscet, aut sentiet ut quid deus, aut homo, aut caro, aut os, similiter autem quodlibet aliud compositorum. Non enim quodlibet modo se habentia elementa, horum unumquodq;, sed ratione quadam & compositione, sicut Empedo. dicit os, Terra autem adamabilis, in amplius receptaculis, duas ex octo partibus sortita est aque lu minis, quatuor autem uulcani, ossa autem alba facta sunt, nulla igitur utilitas est elementa in anima esse nisi & rationes inerūt & compositio. Cognoscet enim unumquodq; simile. Os aūtem H aut hominem nihil, nisi et hæc inerunt. Hoc autē q, impossibile sit, nihil oportet dicere. Quis enim dubitabit, an insit in anima lapis aut homo. similiter autem & bonum, & non bonum, eodem modo & de aliis. Lectio. XII.

E Aīam ex elementis cenſtare non oſt cognoſcat, ipoſe eſt Prima 16.

POSTQVAM Pbs ostendit supra quō antiqui naturales in cognitionē aīę uenerunt per tria. ſ. p motū et cognitionē, & per esse incorporalissimū, & disputauit contra illos qui uenerūt in cognitionē aīæ per motū, & contra illos qui dixerūt aīam esse quid incorporalissimū, & maxime simplex, hoc cōsequēter disputat cōtra illos qui dicebant aīam omnia cognoscere, quia composita erat ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

I omnibus. quorum positio fuit ꝙ aīa cognosceret res omnes, quia cognitio fit per assimilationem quasi hoc à longe diuinantes, dicebāt aīam, ad hoc ꝙ oīa cognosceret, esse cōpositā ex omnibus. & ꝙ similitudo rerum oīum esset in anima ſm ꝓpriū modū essendi. ſ. corporalē. Vñ cū res cōstent ex elementis dicebant, ꝙ anima erat cōposita ex oībus elementis, ut sentiat & cognoscat omnia quæ sunt. Et quia principalis in hac positione fuit Empe. cum poneret animam compositam ex pl uribus elemētis ꝙ aliquis aliorum ideo Philosophus principaliter hic reprobat opinionem suam & disputat contra eam Et circa hoc duo facit. Primo enim improbat opinionem Empedo. secundo uero quandam aliam. ibi { In toto autem quidem ipsam &c. } Improbat autem opinionē Empe. decem rationibus. quarum prima talis est. Empe. dicit ꝙ quia cognitio fit per similitudinem, cum anima cognoscat omnia, oportet aīam compositā esse ex oībus. Sed patet ꝙ huic rōni est necessarium accidere multa inconuenientia, & impossibilia. Cōstat enim ꝙ in qualibet re non sunt hæc sola ſ. elementa. sed multa alia ab elementis sicut est proportio commixtionis, & rō uniuſcuiuſq;, & forte sunt infinita numero q̄ accidunt rebus compositis ex his ſcilicet elementis, sicut patebit. Nā non solū oportet cognoscere illa ex qbus componitur os, sed etiam proportionem quę est inter illa ex quibus componitur & rationem ossis, quia omnia quę sunt composita non consistunt quocunq; modo se hēant elemēta, sed quadam rōne & compositione. ſ. sint proportionata adinuicem. Nam os cum habeat octo partes, ſm quod dicit Empe. unumquodq; compositum os habere. 8. partes quæ non æqualiter attribuuntur omnibus elemētis, sed terra habet ibi duas partes. Aer habet ibi unā, aqua similiter unam, sed ignis qnatuor & ideo ex maiori participatione ignis dicit ossa esse facta alba, & ex terra sicca. Si ergo in rebus compositis non solū sunt ipsa elementa, sed proportio & rō uniuſcuiuſq;. Inde sic. Aut ergo istæ ꝓportiones sunt in aīa cum elementis, aut non, si sunt in anima ergo in anima sunt ossa, & carnes, & hmōi, & per consequens homo & lapis, & corpora, & contraria. unde nullus dubitat ꝙ hæc non sunt in aīa. Si uero dicas ꝙ nō sunt ibi hmōi proportiones & rōnes, sed solum elementa. tunc anima nō cognoscet proportiones rerum, nec ipsa cō posita, quomodo enim poterit cognoscere Deum scilicet totum cœlum, aut hominem, aut lapidem seu os nullo modo cognoscet, sed elementa tantum. Secundam rationem ponit cum dicit.

Secūda rō

Præterea cum id quod est, multipliciter dici soleat, quoddam. n. substantiam, quoddā q̄titatem, aut qualitatē, aut aliquid aliud enumeratorū iā prædicamētorū significant, utrū ex uniuersis, an nō ex uniuersis anima cōstent? At non uñr cōia omnium esse elementa. Ex hisce ne igitur solis constat, quæ substantiarum sunt elementa, at quonam pacto cæterorum etiam unumquodq; cognoscit. An dicent uniuſcuiuſque generis elementa propria, atque principia esse, ex quibus anima constent? erit igitur ipsa quantitas, & qualitas, & substantia. At fieri nequit, ut ex quantitatis elementis substantia sit, non quantitas. Eos igitur qui censent animam ex uniuersis constare, hæc & huiuscemodi alia comitantur.

M
Tex.c. 78

Amplius autem cum multipliciter dicatur id quod est, significat. n. aliud quidē hoc aliquid, aliud autem quantitatem aut qualitatem, aut & quoddam aliud diuisorum prædicamentorum, utrum ex omnibus erit anima an non? Sed non uidentur communia omnium esse elementa. Num igitur quæcunq; substantiarum sunt, ex his solis? Quomodo igitur cognoscet & aliorum unūquodq;. An dicent uniuſcuiuſq; generis esse elementa & principia propria, ex quibus animam constare. Erit ergo qualitas & quantitas & substantia. Sed impossibile est ex quā

N

titatis elementis esse substantiam, & non quantitatem. Dicentibus itaq; ex omnibus, hæc & huiusmodi alia accidunt.

Quæ talis est. Tu dicis ꝙ anima est composita ex principijs, sed diuersorum generū diuersa sunt principia, cū ergo id quod est, dicat multipliciter. i. ſm diuersa gña, sicut substæ, qualitatis, q̄titatis & aliorū p̄dicamētorū. ergo erūt diuersa principia. Quæro ergo utrum aīa sit composita tā tum ex principijs substæ, aut ex principijs oīum generum, si tantū ex principijs substātie tūc anima nō cognoscet nisi substantias. & ipsi ponunt eam cognoscere omnia. Si uero componitur ex principijs omnium generum, tunc cum quicquid est ex principijs substantiæ sit substantia. & ex principijs quantitatis sit quantitas, & sic de singulis, anima erit substantia. q̄titas, qualitas relatio, & huiusmodi.

Posset aūt rūderi contra hanc rōnem Aristo. ꝙ principia substantiæ sunt etiam quantitatis & qualitatis & aliorum cum omnia fundentur supra substantiam & ideo nō oportet ꝙ sint in anima aliqua alia principia, q̄ principia substantiæ, & nihilominus cognoscet omnia. Ad hoc dicendum ꝙ quælibet res habet principia proxima & remota, & cognitio oportet ꝙ sit per principia ꝓxima Principia aūt substantiæ, licet sint principia aliorū, sunt tamen remota & non proxima. & ideo per ea non potest haberi cognitio nisi de substantia. Tertiam rationem ponit cum dicit.

O
Tertia rō

Absurdum est etiam, simile, quidem a simili non pati dicere simile uero sentire simile, simileq; cognoscere simili putare, atque asserere. Deinde sentire, pati quoddam esse, moueriq; ponere, & intelligere similiter, & cognoscere.

Inconueniens autem est dicere quidem impassibile esse simile a simili, sentire autem simile simili, & cognoscere simile simili. Sentire autem pati aliquid & moueri ponunt, similiter autem cognoscere & intelligere.

Tex.c. 71

P

Quæ talis est. Ratio quare aīa sit cōposita ex oībus elementis est, quia aīa cognoscit oīa, & cognitio est per similitudinē contra. Constat. n. ꝙ sentire & cognoscere est pati aliquid. sed incōueniens est dicere ꝙ simile patiatur a simili, sed a contrario. ergo & inconueniēs est dicere quod sentire seu cognoscere sit simile simili. Quartam rationē ponit cum dicit.

Quarta rō

Atqui multas dubitationes, ac difficultates Empedo. habe sententiam, corporeis inquā elementis, & similibus cognosci res singulas, & testatur id quod experientia late patet. Partium enim animalium, corporum ea quæ sunt simpliciter terræ ut ossa, nerui, pili, nihil sentire uidentur. Quare neq; similia sibi. At oportebat tamen.

P

Multas autem dubitationes & difficultates habente ipso dicere, sicut Emped. q, corporeis elementis singula cognoscuntur & ad simile, testatur quod nunc dictum est. Quecunq; enim insunt in animalium corporibus simpliciter terræ, ut ossa, nerui, pili, nihil sentire uidētur, quare neq; similia, et tamē cōueniret,

Quæ talis est. Et hoc quod dictū est superius, testatur ꝙ dictū Empe. ſ. ꝙ simile simili cognoscatur, habet multas dubitationes & difficultates. Sed adhuc etiam magis apparet difficile & improprie dictum. Nam si anima cognoscereet simile simili, sicut Empe. dicit, tunc sequiē ꝙ elementum aeris cognoscat aera, & sic de alijs. Sed nos uidemus ꝙ multe partes tereq sunt in aīali, q̄ nihil sentiunt, sicut pili, & ossa, & nerui, & tñ conueniret ꝙ sentirent ſm positionem eorum. ergo non cognoscitur simile simili, uel etiam non est composita ex omnibus elementis. Quintam rationem ponit cum dicit.

Q
Quinta rō

Præterea cuiq; principiorum maior ignoratio quàm cognitio inerit nimirum. Vnumquodq; enim cognoscet unum, multa autem ignorabit, cætera nanq; omnia.

Amplius

A
Tex c. 90.

Amplius autē unumquodq; principiorum ignorantia plus quam intelligentia existet. Cognoscet quidem enim unumquodlibet, multa autem ignorabit omnia enim alia.

Quæ talis est. Adhuc expositione Emped. ꝙ simile cognoscatur simili sequitur aliud inconueniens. ſ. quòd principium habet plus de ignorantia q̄ de intelligentia. Si. n. cognitio est per simile tm̄. & principium quodlibet sit sim plex & non habet alicuius similitudinem in se nisi suam, non cognosceret nisi seipsum, & ignorabit multa omnia, scilicet, quæ sunt alia ab eo. Sextam rationem ponit cum dicit.

Sexta rō.

Fit etiam Empe. eadem sententia, ut deus sit amentissimus, quippe cum ipse solus unum elementorum non comprehendat, ipsam discordiam inquam, mortalia uero cuncta cognoscat. Cū
Tex c. 91.
ex uniuersis singula constent.

Accidet autem & Empedocli, insipientissimum esse deū. Solus enim elementorum unum non cognoscet, discordiam. Mortalia aūt, omnia. Ex omnibus enim unumquodq; est.

Quæ talis est. Adhuc etiā ex dicta positione. ſ. ꝙ simile cognoscāt simili accidet aliud inconueniens Empedo. hoc uidelicet ꝙ deus sit insipientissimus omnium animalium. Quod ex hoc sequitur. Sciendū. n. ꝙ sicut dictū est. Empe. posuit ista oīa inferiora cōposita esse ex quatuor elemētis, & ex lite & amicitia, & ꝙ gño & corruptio prouenit in rebus ex istis duobus. ſ. lite & amicitia. Cœlū uero dixit esse Deū, & dixit ꝙ erat cōpositus ex quatuor elemētis, & amicitia sed nō ex lite, & ideo est incorruptibile. Si ergo simile cognoscit simili, cum deus nō sit cōpositus ex lite, nō cognoscet litem, & sic erit simpliciter insipientior cæteris aīalibus, quæ cognoscunt litem cum sint cōposita ex ea. Septimam rationem ponit cum dicit.

B

Septima rō

Præterea dicat oportet omnino, quā ob causam non habent animā omnia, cū omne quod est, aut sit elementum, aut ex elemento uno, uel pluribus, uel omnibus constat. Necesse est enim omne quod est, aut unum quid, aut quædam, aut uniuersa cognoscere.

C

Omnino autē propter quam causam non omnia habent animam quę sunt. Quoniam omnia aut elementum, aut ex elemento, aut uno, aut pluribus, aut omnibus. Necesse enim est, unum aliquod cognoscere, aut quædam, aut omnia.

Quæ talis est. Si anima est composita ex oībus elemētis, sequiē ꝙ oīa quæ sunt, habēt aīam. oē. n. qđ est, aut est ex oībus elementis, aut ex aliquibus, sed omne quod est compositū ex elementis, aut ex elementatis, est corpus. ergo omnia corpora habēt animam, & omnia quæ sunt, qđ falsum est. Octauam rationem ponit cum dicit.

Octaua rō.

Dubitabit etiam non iniuria quispiam quidnam id sit quod ipsa continet atq; unit. Elementa nanq; materiei similia sunt. Atq; præstabilissimum id esse patet, quod continet, quicquid id tandem sit. At nequit esse quicquam præstabilius anima, quod quidem dominetur. Et magis etiam, intellectu. Maxime autem rationi consonum est hunc omnia præcessisse, & præstantissimum omnium, & natura diuinum esse. Illi autem elementa, ea quæ sunt, præcedere censent.

D
Tex. c. 92.

Dubitabit autē utique aliquis, & quid est unum faciens ipsa. Materiæ enim comparantur elementa. Maxime autem prorsus est illud continens. quodcunq; est. Anima aūt aliquid esse melius & quid principatum obtineat impossibile est. Impossibilius autem adhuc, intellectu. Rationabilissimum autem esse hunc antiquissimum, nobilissimum, & diuinum secundum naturam. Elementa autem dicunt esse prima entium.

Quæ talis est. Elemēta sunt plura & contraria, ubicūq; aūt aliqua cōtrarria cōueniūt & cōponūtur, oportet ꝙ sit aliquid aliud qđ contineat & faciat ipsa unū. Si ergo anima est cōposita ex oībus elemētis, oportet ꝙ sit aliquid aliud cōtinens illa. Sed hoc est ualde dubiū quid sit, quia sic esset nobilius & prius anima, qđ est impossibile, & ad minus de intellectu, quia ualde rōnabile est ꝙ intellectus sit nobilissimus omnium & diuinus ſm naturam. Item sequeretur ꝙ illud esset prius q̄ elementa, quod est falsum, quia Empedo. & alij dicunt elementa, esse prima inter omnia entia. Non est ergo anima composita ex elementis. Nonam rationem ponit cum dicit.

E

At enim nemo prorsus de omni anima dixit, nec eorum qui censent ipsam ex elementis ideo constare, quia sentit cognoscitque ea quæ sunt nec etiam eorum qui maxime motiuum ipsam asserunt esse. Non enim omnia mouentur, quæ sentiunt. Sunt. n. animalia nonnulla, quæ non mouentur loco, & tamen hoc solo motu, anima uidetur animal agitare. Similiter & eorum qui tā sensitiuum quam intellectiuum ex elementis conficiunt, nemo animam omnem complectitur. Viuere nanq; uidentur plantæ, at expertes sunt tamen & lationis & sensus. Animalium quoq; complura sunt, quæ mente rationeq; uacent. Quod si quis & hæc illis conceſſerit, intellectumq; partem esse posuerit animæ, et identidē sensitiuum, neq; sic de omni anima, neq; de ulla tota dicere uidebuntur. In hoc eodem errore uidetur esse, & ea sentētia, quæ carminibus Orphicis fertur. Dicit enim Orpheus animam ferri uentis, & ex toto ingredi respiratione. Id autem nequit ipsis accidere plantis, neq; quibusdam itidem animalium. Quippe cum haud uniuersa respirent. Quod quidem eos prætrijt, qui ita de anima censuere.

Nona rō. Antiq oēs de aliquid sati exactē pertractārūt.

F

Orphei de aīa opinio.

Omnes autem & qui ex eo quod cognoscit & sentit anima ea quæ sunt, ex elementis dicunt ipsam, & qui maxime motiuū non de omni dicunt anima. Neque enim sensitiua omnia motiua. Videntur enim esse quædam animalium, manentia in loco, & tamen uidetur hoc solo motu mouere anima animal. Similiter autem & quicunque intellectum & sensitiuum ex elementis faciunt. Videntur enim plantæ uiuere, non participantes loci mutatione, neq; sensu, & animalium multa intelligentiam non habere. Si autem aliquis & hæc segregauerit, posueritq; intellectum partem aliquam animæ, similiter autem & sensitiuum, neq; utique sic dicent de omni anima, neque de tota, neque de una. Hoc autem sustinuit & quæ est in Orphicis carminibus ratio. Dicit enim animam ex toto ingredi, respirantibus à uentis. Non possibile itaq; plantis hoc accidere, neque animalium quibusdam siquidem non omnia respirant. Hoc autem latuit sic opinantes.

Tex.c.83

G

Tex.c.84

Tex.c.85

Et ostendit defectum & insufficientiam positionis Empe. & aliorū omniū qui cōsiderant aīam ex motu seu sensu, q̄ talis est. Apparet ēt ꝙ oēs & qcūq; dixerūt aīam esse aliqd motiuū ſm locū, insufficiēter dixerint. Nā multa aīata sunt q̄ nō mouenē ſm locū, sed manēt, sicut plāte & alia hmōi. Sic aūt & illi q dixerūt aīam esse qd intellectiuū & sensitiuū insufficiēter dixerūt. Nā multa sunt aīata q̄ neq; sentiūt, neq; intelligūt. Si uero aliqs hoc segregauerit. ſ. intellectiuū, sensitiuū, & motiuū, & dicat intellectiuū unā partē aīæ, & sic sensitiuū, non tñ ꝓp hoc dicet de oī aīa, cū nō oēs aīæ sint intellectiuæ. Neq; de tota, cū intellectiuum & sensitiuū sint partes aīæ. Neq; de una, qa sic nō diceret oēs ꝓprietates aīæ cuiuscūq;, cū in aīa sint aliæ ꝓprietates, q̄ sint intelligere & sentire. Et qa quidā Pbs q uocatus ē Orpheus defectiue etiā de aīa locutus ē quasi in sīlem defectū incidit. iō hic adiūgit eius defectū. Sciendū est ꝙ Orpheus iste fuit unus de primis Philosophis q erant quasi poete theologi loquētes metrice de philosophia & de deo, & fuerunt tantum tres, Samus, Or-

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

pheus, & quidam alius. Et iste Orpheus primo induxit homines ad habitandū simul, & fuit pulcherrimus conciona-
tor, ita ꝙ homines bestiales & solitarios reduceret ad ciui-
litatem. Et pp hoc dicitur de eo ꝙ fuit optimus citharæ-
dus in tm ꝙ fecit uel faceret lapides saltare. i ita fuit pul-
cher concionator, ꝙ loties lapideos emolliuit. Post hos
uero tres, fuerunt .7. sapientes, quorum unus fuit Thales.
Hic ergo Orpheus uolebat ꝙ totus aer animatus esset &
anima quæd. & ꝙ aia corporum uiuētium nihil aliud es-
set, nisi illud quod attrahit animal de aere animato per
respirationem & hoc dicebat metrice. Et ideo dicit Philo
sophus ꝙ ratio Orphei quæ est in metricis carminibus
de anima, sustinuit eundem defectum quem sustinuerunt
rationes præcedentium, quia, sicut dictum est, ipse uoluit
ꝙ illud esset anima, quod attrahitur per respirationem ani
malium. Sed hoc insufficienter dictum est, quia multa ani-
malium sunt q̄ non respirant, hoc autem. s. ꝙ animalia mul
ta non respirant, latuit illos qui fuerunt prædictæ opinio-
nis. Et sic patet ꝙ isti reprehēduntur de insufficientia. De
cimam rationem ponit cum dicit.

K

At uero si conficere animam ex elementis oporteat, non ex uniuersis continuo conficienda esse uidetur. Altera nanq; pars contrarietatis, sufficiens est seipsam opposităq; discernere. Recto, enim & ipsum rectum (ut patet) et obliquum cognoscimus. Regula nanq; index ex utriusque. At obliquum, nec sui plane, nec recti.

Contrariū cōtrario cognoscitur.

Regula & rectū sui, atq; obliqi index est.

Si uero ex elementis animam facere oportet, nihil oportet ex omnibus. Sufficiens enim est altera pars contrarietatis, seipsam diudicare & oppositam. Recto enim & ipsum & obliquū cognoscimus. Iudex enim utrorumque canon est. Obliquum autem neque sui ipsius, neq; recti.

Et arguit eos de superfluitate, quæ talis est. Dicūt enim isti ꝙ ad hoc ꝙ anima cognoscat, oportet ꝙ sit composita ex elemētis, sed cum nos uideamus ꝙ cognitio omnis rei possit haberi per pauciora, ergo & si concedatur animam componi ex elementis non tamen debet dici compo sita ex elementis omnibus, sed ad plus, ex duobus. Et ꝙ co gnitio habeatur per pauciora patet, quia cum compositū constet ex aliquo perfecto & imperfecto, ratio cognoscē di imperfectum, est perfectum, & cum contraria reducan tur in priuationem & habitum, sufficiens est altera pars. s. illa quæ se habet per modū habitus & perfecti ad cogno scendum seipsam & alteram partem, quæ est per modum priuationis & imperfecti. Nam per rectum dijudicamus & cognoscimus ipsum rectum & etiam obliquum. ⸗ Ca non enim ⸗ .i. regula est illud per quod habetur iudicium de utroq;. Per obliquū uero nec ipsum cognoscimus, nec rectum. Non ergo fuit necesse animam facere. i. eam compone re ex omnibus elementis, sed ex duobus tantum. s. ex igne & terra, & per hoc cognoscere & seipsam & cōtraria, sicut per ignē cognoscere calida & frigida, & per terram, sicca & humida.

L

Contraria ostēsa habitū, & priuationem referuntur.

Sunt & qui in toto uniuerso permixtam ipsam inquiunt esse, quocirca forsitā & Thales omnia plena deorū esse putauit.

Tex. c. 89

M

Et in toto autem quidem ipsam misktam esse dicūt. Vnde forsitan & Thales opinatus est omnia esse plena dijs.

Lectio. XIII.

Opinio pōnentiū aīa eē plēa dijs

POSTQVAM Philosophus posuit opiniones ponentium animam esse ex elementis & rationes ipsorū, & improbauit eas, hic ex incidenti ponit opinionem quorū dam dicentium animam esse in elemētis. Et circa hoc duo facit. Primo enim ponit opinionem. Secundo uero rationem opinionis. ibi. ⸗ Opinari autem. ⸗ Circa primū duo facit. Primo ponit opinionem. Secundo improbat eā. ibi. ⸗ hoc aūt &c. ⸗ Dicit ergo ꝙ sunt quidam qui dicūt animam miscri in toto uniuerso, ponentes eam tam in elemē

N

Ideo dicit plena fuisse Iouem & q̄cūq; uides: q̄cunque moueris Idolatrie seminariū, & origo.

tis q̄m in elementatis. Vnde quidam philosophus nomine Thales fortassis motus ab hac opinione, opinatus est omnia plena esse dīs. Volebat enim ꝙ totum uniuersum esset aīatum, & eius aīa esset deus. Vnde sicut anima est in qualibet partē aīalis et tota, ita uolebat ꝙ in qualibet pte uniuersi esset deus, & sic oīa essent plena dijs, & forte ex hoc prouenit idololatria. Consequenter cum dicit.

Hoc autem dubitationes habet nonnullas. Quam enim ob causam anima in aere quidem uel igne si inest, nō facit animal, in mixtis autem facit. Præsertim cum in illis uideatur esse præstantior. Quæret etiam quispiam quam ob causam, anima ea quæ est in aere præstabilior est ac immortalior ea quæ in animalibus inest. utrobique autem emergit quoddam absurdum, & rationis egredientis metas. Nam ignem, aut aerem, animal esse dicere, rationis egreditur fines, & asserere rursus animalia non esse, si insit in ipsis anima, per absurdum est sane.

Hoc autē habet quasdam dubitationes, pp quam enim causam, in aere aut in igne anima cum sit, non facit animal in mixtis at facit, & hæc, in his melior esse putata. Quæret enim utique aliquis, quam ob cām quæ in aere anima, ea, quæ in animalibus melior & immortalior. Accidit autem utrobique inconueniens & irrationabile. Et nanq; dicere, animal, ignem aut aerem, magis irrationabilium esse, & non dicere animalia, cum anima insit inconueniens est.

O

Tex. c. 87

Improbat hanc opinionem dicens, ꝙ hoc. s. ꝙ anima sit in elementis & in elementatis, habet quasdā dubitatio nes & oppositiones, quarum una est, quia si anima est in aere & in igne. ⸗ In istis .n. duobus dicebant maxime eam esse ⸗ difficile erit eis dicere propter quam cām anima in eis non facit animal. i. quare ista non sunt animalia, cū in mixtis anima faciat animal. i. mixta animata sint animalia, præcipue, cū putandū sit ꝙ hæc. s. anima sit ꝙ melior in elementis simplicibus, q̄m in elemētatis. Alia dubitatio est, quia q̄ret aliqs ex his utiq; motus, quare anima q̄ fm ipsos est in elementis, est melior & immortalior, q̄m anima quæ est in elementatis, cur hæc q̄ est in elementatis cōsti tuat animal, & cognoscens & sentiens, illa uero quę est in elementis non constituat. Ex his autem dubitationibus, q̄ cunq; ponatur, accidit inconueniens & irrationabile, quia dicere ꝙ ignis siue aer sit animal, ut primo dubitatur, est maxime inconueniens, & ad sensum apparet falsum, & est dictum non habentium rationem. Et non dicere ea in quibus est anima, esse animalia, ualde inconueniens est. Nam secundum hoc in nullo differt inter esse animam in aliquo corpore, & non esse. Consequenter cum dicit.

P

Videntur autem ideo putasse in his animam esse, quia totum & partes eiusdem sunt speciei. Quare necesse est ipsos, & animā, & partes, eiusdem esse dicere speciei. si animalia ex eo fiūt animantia, quia in ipsis aliqua pars continentis recipitur.

Tex. c. 88

Opinari autem uidentur animam esse in his, quoniam totum partibus similis speciei, quare necessarium ipsis dicere & animam similis speciei partibus esse. si intercipi aliquid continentis in animalibus, animata animalia fiunt.

Q

Ponit rationem præmisse opinionis. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem & improbat eam. Secundo cōcludit quid manifestum sit ex omnibus quæ dicta sunt ibi. ⸗ Manifestum igitur &c. ⸗ Circa primum duo facit. Primo enim ponit rationem opinionis dicens, ꝙ ratio quare dicti Philosophi opinari uidentur animam esse in his. i. in omnibus elementis, est quia ipsi uolebant ꝙ totum & partes in elementis cum sint simplicia, ꝙ essent similis speciei. Vnde cum uiderent & opinarentur ꝙ pars continentis. i. aeris intercepta in corporibus animalium per inspiration em & respirationem, fit causa quare animalia fiāt animata, & sic

A

mata, & sit anima, necesse erat eis dicere ⸗ animam esse similis speciei partibus ⸗ .i. totum cōtinens esse animatum. Secundo uero cum dicit.

Quod si aer quidem discerptus, eiusdem est speciei, anima autem & dissimilium partium, patet aliam ipsius partem inesse, aliam non inesse. Necesse est igitur ipsam aut similium esse partium, aut non in quacunque totius inesse parte.

Si autem aer quidem discerptus, similis speciei est, anima autem dissimilis partis, hæc quidem ipsius existet, aliud autē non existet. Necesse est igitur ipsam aut similium partium esse, aut non esse in qualibet parte omnis.

Improbat dictam rationē dicens, quòd quia aer discerptus & attractus est similis speciei toti aeri, sequeē quòd aīa aīalis sit similis partis aīæ totius aeris. Sed constat ꝙ anima animalis cuiuslibet est dissimilis partis animę aeris quia una ipsius. s. anima aeris ⸗ existet ⸗ .i. immortalis est secundum eos, utpote quæ semper uiuificat & semper uiuificauit omnia uiua. ⸗ Aliud autem. ⸗ .i. anima huius, uel illius animalis ⸗ non existet ⸗ .i. est mortalis fm eos. Necesse est ergo alterum duorum inconuenientium sequi ex hoc uidelicet quòd si aer sit similis partis. s. ille qui est intra, & ille qui est extra, & anima etiā, qđ improbatū est. Aut si ipsa anima est dissimilis partis, & aer similium, tunc sequitur quòd anima non sit in qualibet parte ⸗ omnis ⸗ .i. totius aeris, quod est contra eos, qui totum aerem animatum ponebant. Consequenter cum dicit.

B

Patet igitur ex dictis, neq; cognitionem ex eo competere animæ, quia constat ex elementis, neque recte uereq; dici motum eidem inesse.

Manifestum igitur ex dictis est, ꝙ neq; cognoscere inest animæ, propter id quod est ex elementis, neque moueri ipsam, bene, neq; uere dicitur.

Concludit ex omnibus quæ dicta sunt de opinionibus antiquorum, quòd neutrum illorū quod ipsi attribuebāt animæ, sit uerum, nec benedictum, eo modo quo ipsi dixerunt. s. quòd neq; cognoscere inest animæ ex eo quòd est ex elementis, sicut ipsi ponebant. Neque etiam motus seu moueri inest ei, ex hoc quod ex dictis elementis constabat secundum eos, & hoc satis aperte & clare patet inspicienti ad supradicta.

C

At quoniam cognoscere, sentire, opinari, insuper cupere, deliberare, & omnino appetitiones, ipsius animæ sunt, motus etiam animalium, loco, ab anima fit, & insuper accretio, status, atque decretio, quæret utiq; quispiam, utrum horum unūquodq;, toti animæ competat, & nos intelligamus, & sentiamus, & moueamur, cæterorumq; unumquodq; agamus, patiamurq; tota, an alijs alia partibus. Ipsum præterea uiuere, utrū in horum aliquo uno, an in pluribus, an in omnibus consistat, an sit eius alia quædam etiam causa.

Tex. c. 89

Quoniam aut cognoscere animæ est, & sentire & opinari, adhuc autem concupiscere, & deliberare, & omnino appetitiones. Fit autem & secundum locum motus ab anima in animalibus. Adhuc autem & augmentum, & status & decrementum, utrum toti animæ unumquodq; horum insit, & tota anima intelligamus: & sentiamus, & aliorum unumquodq; faciamus, & patiamur, aut partibus alteris altera. Et uiuere igitur utrū in aliquo horū sit uno, aut pluribus, aut in omnibus, an & alia aliqua causa.

D

Lectio. XIIII.

Adhibes aīe duobus motiua pūcta

POSITIS opinionibus antiquorum de ānima & improbatis, consequenter Philosophus mouet quasdam dubitationes. Et circa hoc duo facit. Primo enim mouet ipsas quæstiones. Secundo uero soluit eas ibi. ⸗ Dicunt itaque &c. ⸗ Sciendum est autem quòd operationes aīæ. s

sentire, intelligere, appetere, moueri fm locū, & augeri pñt dupliciter accipi, quia uel fm modū operandi, & sic sunt tres potentiæ animæ, & his attribuunt hmōi actiones, potentiæ uidelicet uegetabili sensibili, & intellectuali. Quæ quidem differunt. Nam nutritiua siue uegetabilis agit mediantibus qualitatibus actiuis & passiuis, ut calidum, frigidum & hmōi. Sensitiua uero seu sensus, licet non indigeat qualitatibus sensibilibus ad sentiendum, indiget tñ organo corporali. Intellectus uero neutro istorum indiget quia nec qualitatibus, nec per organū corporale aliquid intelligit, sed perficitur in operatione sua absq; aliquo organo. Si autē accipiamus hmōi actiones fm genera actionum, sic sunt quinq; potentiæ. s. nutritiuū, sensitiuū motiuū fm locū appetitiuū, & intellectiuū, & actiones horū sunt sentire, nutriri, mouere, apperere & intelligere. Et ideo cū Pbs de aīa secundum suam totalitatem secundum opiniones antiquorum supra tractasset & reprobasset eas, hic inquirit de partibus & operationibus ipsarum partiū, & mouet duas quæstiones quarū prima talis est. Vtrum operationes animæ quæ sunt cognoscere & sentire ẽjtum ad sensum, & opinari quantum ad intellectū, adhuc concupiscere quantum ad concupiscibilem, deliberare quātum ad rationalem, & etiam appetitus qui est plus, quia concludit cum his duobus irascibilem, & moueri secundum locum, & augeri, et stare, & diminui, conueniant toti aīæ ut, scilicet unū quod ꝙ eorū sit in omni parte animæ. i. secundum quamlibet partē aię intelligamus, sentiamus, moueamur, appetamus, & nutriamur. Aut singulum istorū habeat singulam partē aīæ determinatam, ut. s. alio intelligamus & alio sentiamus, & sic de alijs. Secunda quæstio est, qa dato quod quælibet operatio aīæ habeat specialem partē. Item erit quæstio utrum hoc quod est uiuere conueniat alicui partium, ita quòd sit in aliquo uno, aut in pluribus partibus, aut in omnibus. Et si nō in his, utrū sit in aliquo alio. Consequenter cum dicit.

E

sīdcrorū late ista Thomas lib. ij. c. 17. ii. 6, 18. 33.

F

Prima gō.

Atq; sunt qui dicunt ipsam esse partibilem, noscq; alia eius parte intelligere, alia cupere censent.

Dicunt itaque quidam partibilem ipsam, & alio autem intelligere, alio quidem concupiscere.

Tex. c. 90.

G

Respondent ad quæstiones positas. Et primo ad primā. Secunda uero ad secundā. ibi. ⸗ Videntur aūt & q̄ &c. ⸗ Respondens aūt primæ quæstioni. Primo ponit opinionē quorundam pl̄orum ad hoc. Secundo improbat eam ibi. ⸗ Quid igitur cōtinet &c. ⸗ Quidā. n dicunt quòd hmōi operationes non conueniunt toti animæ, sed partibus. Dicunt. n. animam esse partibilem, & alio intelligit, & alio concupiscit, sicut qui ponebant sensitiuam in cerebro, uitificatiuam in corde & hmōi. Sed hmōi opinio est quodāmodo uera, & quodāmodo falsa, quia si in anima intelligas diuersas partes potētiales, sic est uerum qđ aīa habet diuersas partes & uires, & alia intelligit, & alia sentit. Anima. n est quoddā totū potētiale & pars accipitur ibi potētialis respectu totius potestatiui. Si uero intelligatur quod anima sit quædam magnitudo seu quantitas, & diuidatur in diuersas partes quantitatiuas, sic est falsa. Isti uero philosophi intelligebant animam esse partibilē sc̄m hūc modum. Et addebāt plus, qđ huiusmodi potentiæ animæ erant diuersæ animæ. Consequenter cum dicit.

H

Quid igitur ipsam continet animam: si partibilis sit. Non corpus, quippe cum contra potius uideatur, corpus anima cōtinere. Quapropter & egressa, dissoluitur corpus, atque putrescit Si igitur aliquid aliud ipsam continet, unumq; faciat illud erit potissimum anima. At oportebit de illo etiam quærere, utrum unum, an multorum sit partium. Atque si sit unum, cur & animam continuo non dicimus unū esse. Sin partibile, rursus ratio quæret, quid nam sit illud, quod illud etiam continet, atq; hoc pacto fiet in infinitum abitio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 *Quid igitur continet animam, si partibilis est suapte natura. Non enim utique corpus. Videtur enim contrarium magis, anima corpus continere. Nã ea egressa expirat corpus & marcescit. Si igitur alterum aliquid unam ipsam facit, illud maxime utique erit anima. Oportebit autem iterum & illud quærere, utrum unum aut multarum partium sit. Si enim unum est proprie quid, non mox & animam unum esse dicimus, Si uero diuisibile, iterum ratio quæret, quid est continens illud, & sic uti que procedet in infinitum.*

Tex.c.91.

Improbat Philosophus opinionẽ p̃dictam per tres rõnes quarũ prima talis est. Diuersa non p̃t conuenire, nisi ab aliquo unianť. Si igit sunt diuersæ aiæ in corpore, oportet q̃ ab aliquo cõtineantur & unianť, sed nihil est quod uniat eas & contineat. ergo nõ sunt diuersæ. Et q̃ nihil sit cõtinẽs, et uniẽs aiam, sic patet. Quia aut ẽ corpus in quo est, aut aliqd aliud, sed corpus nõ unit eã & cõtinet, immo magis aia cõtinet corpus. Videmus. n. q̃ egrediente aia à corpore, corpus deficit & marcescit. Si aũt aliquid aliud cõtinet eã, tunc illud erit maxime aia, qa aie est continere & regere. Et si illud erit anima, tunc iterum oportebit q̃re re utrum sit una, aut multipartium. Et si dicatur q̃ multipartium est, iterum erit quæstio quid uniat illud, & sic in infinitum. Si uero dicatur q̃ est unum ⸗ quare non dicunt mox ⸗ .i. ab ipso principio, q̃ anima sit unum. Non igitur anima est diuisibilis in partes q̃titatiuas, sicut ipsi dicunt.

K

Secundam rationem ponit cum dicit.

Dubitabit etiã quispiam de partibus eius, quam unaquæq; potentia in corpore habeat. Nam si anima tota, totum continet corpus, oportet & unamquamq; etiam partem, aliquam partẽ corporis continere. Id autem esse non posse uidetur. Quam enim partium corporis intellectus, aut quo continebit pacto, fingere quoq; difficillimum est.

L

Tex.c.92

Dubitabit autem aliquis & de ipsius partibus, quam potentiam habeat unaqueq; in corpore. Si enim tota anima omne corpus continet, conuenit & partiũ unamquãq; continere aliquid corporis. Hoc autem assimilatur impossibili. Qualem enim partem aut quomodo intellectus continebit, graue est & fingere.

Quia si diuersæ partes animæ sunt in diuersis partibus corporis, sequitur q̃ cuilibet operationi animæ sit determinata pars corporis seu organum corporale. Sed hoc est impossibile, quia intellectus non habet determinatam partẽ seu organum in corpore. Non igitur anima habet diuersas partes, sicut ipsi dicunt. Tertiam rationem ponit cum dicit.

Supra Tex.468.

Videmus autem & plantas diuisas uiuere, & animalium insectorum nonnulla, utpote animã, & si non numero, tamẽ specie eandem habentia. Itaq; partium utraque, & sensum habet, & per aliquod tempus loco mouetur. Nec absurdum est, si non perdurant. Instrumẽta nanq; non habent, ut naturã cõseruent. Nihilominus oẽs in utraque partiũ insunt animæ partes, atq; animæ eadem sub specie collocantur, & etiam tota. Ille quidem, quia non separabiles sunt, tota autem anima, quia diuisibilis est.

Tex.c.93 M

Dicuntur autem & plantæ uiuere, diuise, & animaliũ quædam incisorum, tanquam eandem habentia animam specie, et si non numero: Vnaqueq; quidem enim partium seusium habet &

Tex.c.94

mouetur secundum locum in quoddam tempus. Si autem nõ permanent, nullum inconueniens est. Instrumenta enim non habent quibus saluent naturam, sed nihil minus in utraq; partium omnes inexistunt partes animæ, & similis speciei sunt adinuicem, & toti. Adinuicem quidem, sicut quæ non separabiles sunt; Toti autem animæ, tanquam indiuisibili existente.

Quia si diuersæ operationes animæ sunt in diuersis partibus, tũc non erit inuenire partem, in qua sint plures operationes simul nec erũt partes aĩalis similis speciei. sed nos inuenimus partes aliq̃orũ aiatorũ, q̃ hñt plures operationes, & quorũ aĩa est eiusdem spẽi in toto & in partibus sicut est in plãtis & in qbusdã aĩalibus, q̃ decisa uniũt, sicut est in aĩalibus anulosis, quorũ q̃libet pars decisa sentit & mouet̃ in quoddã tp̃s. Et si dicať q̃ nõ diu uiuũt, nõ refert, quia non hñt instrã qbus saluent suã ipsorũ naturã, nihilominus tñ existũt in partibus diuersis plures operationes aĩæ. & sunt sĩlis spẽi adinuicem & etiã toti. Nõ ergo sunt diuersæ partes animæ in diuersis partibus corporis. Rõ ãt quare occisa uiuũt est, quia q̃to aĩa est p̃fectior tanto exercet plures perfectas operationes, & diuersas. Et iõ ad exercendũ hmõi operationes necessaria sunt ei plura & diuersa organa uel instrumẽta corporalia in corpore in quo est. Quia uero aĩa rõnalis, q̃to nobilior & p̃fectior est tanto exigit maiorem diuersitatẽ organorũ, anima autem quæ est in animalibus anulosis & in plantis quia parum habet de perfectione, nec exercet diuersas operationes ideo requirit corpus magis simile & uniforme & saluatur in qualibet parte. Consequenter cum dicit.

Cur anima ãdã in tecta, uiuit infra lib. 3. te. 61. 2ª

Videtur autem & id principium quod ineſt in plantis, anima quædam esse. Hæc enim sola communis est, & plãtis, & animalibus: Atque hæc quidem à sentiendi principio separatur, sine autem ipso, nihil est prorsus, quod habeat sensum.

O

Tex c.95

Videtur autem & quæ in plantis est principiũ, anima quædã esse. Hanc enim solam communem habent cum animalibus plantæ. Et ipsa quidem separatur a sensitiuo principio, sensum autem, nihil sine hac habet.

P

Soluit secundam. q. Circa quod sciendũ q̃ uiuere, proprie est eorũ quæ hñt motũ & operationẽ ex seipsis, sine hoc q̃ moueanť ab alĩs. Vñ et uiuere dupliciter accipiť. Vno modo accipiẽ uiuere, qđ est esse uiuentis, sicut dicit Plãs, q̃ uiuere est esse uiuẽtibus. Alio modo uiuere est operatio. Dicendũ ergo q̃ anima q̃ est in plantis. s. uegetabilis uidetur esse quasi quoddã principium qđ manifestat uitã in rebus inferioribus, qa sine hac nihil uiuit, & in hac sola cõicant oĩa quæ uiuũt, in alĩs aũt non oĩa, Aĩalia. n. & plante in uegetabili conueniunt solũmodo. Item uegetabile potest esse sine sensibili & intelligibili, sed hæc non possunt esse sine uegetabili. Nullum enim animal habet sensum, seu intellectum ⸗ sine hac ⸗ . s. uegetabili. Ergo sic uiuere attribuitur isti principio. s. uegetabili, sicut sentire tactui. Non tñ q̃ animal per solã uegetabilem uiuat, sed qa est primum principium in quo manifestatur uita.

Infra. lib. tex 37.

Finis primi libri de anima, cum expositione Diui Thomæ Aquinatis.

ARISTOTELIS STAGYRITÆ DE ANIMA, TEXTVS LIBRI SECVNDI.

Translatio Q.

DICTIS hisce, quæ à maioribus de anima nobis tradita sunt, redeamus rursus oportet, atque enitamur uelut ab initio determinare quid anima sit, & quænam sit eius communis maxime ratio.

Text.ch.1

VAE igitur à prioribus tradita de anima sint prius diximus. Iterum autem nunc tanquã ex principio redeamus, conãtes determinare quid sit anima, & quæ sit communissima ratio ipsius.

Diui Thomæ

A

DIVI THOMÆ AQVINATIS in secundum librum Aristotelis, de anima, præclarissima commentaria.

Lectio. I.

POSTQVAM Aristo. posuit opinionẽ aliorum de anima in primo libro, in secundo accedit ad determinandũ de anima ſm propriam opinionem, et ueritatem. Et circa hoc duo facit. Primo dicit de quo est intentio sua, continuans se ad præcedentia. Secũdo prosequitur suam intentionem. ibi ⸗ Dicimus itaque unum quoddam &c. ⸗ Dicit ergo primo q̃ in primo lib. dicta sunt ea quæ tradita sunt a prioribus de anima. Sed oportet iterũ. q. redeundo a principio determinare ueritatem. Quod quidem pp̃ suam difficultatẽ magis oportet tentare q̃ securitatẽ de ueritate inuenienda præsumere. Et cum supra in prooemio quæsitum fuerit, utrũ prius de anima ipsa determinandũ sit, aut de partibus eius, quasi hãc quæstionem determinans, dicit q̃ in principio dicendum est quid est anima, in quo notificatur ipsa animę essentia. Postea autem determinabitur de partibus siue potentĩs ipsius. Et quasi hmõi rõnem assignans subiungit, ⸗ & quæ utiq̃ erit communissima ratio ipsius. ⸗ Cum enim ostenditur quid est anima traditur id quod est cõmune. Cum autem determinatur de unaquaq; partium aut potentiarũ ipsius, traditur id qđ est spãle circa aĩam. Hic est autem ordo doctrinę, ut a communibus ad minus communia procedatur, sicut ostendit Philosophus in principio physic.

B

Deinde cum dicit.

Lectio. 2. Diuisio ẽtis Diuisio sub Bartur. Diuisio 2ª eius.

Dicimus itaq; genus unum quoddam eorum quæ sunt, ipsam substantiam esse, atq; huius, aliud ut materiam, quod quidem per se non est hoc aliquid, aliud formam & speciẽ, qua quidem iam hoc aliquid dicitur & tertium id quod ex istis constat atque oomponitur. Est autem materia quidem potentia, forma uero actus, atq; perfectio. Quæ quidem bifariam dicitur, quædam enim est ut scientia, quædam & contemplatio.

C

Tex cõ. 2.

Dicimus itaq; unum quoddam genus eorum quæ sunt substantiam. Huius autem aliud quidem sicut materiam, quæ secũdum se quidem non est hoc aliquid, aliud autem sicut formã & speciem, secundum quam dicitur iam hoc aliquid, & tertiã quæ ex his. Est autem materia quidem potentia, species autem entelechia. Et hoc dupliciter, hoc quidem sicut scictia, illud autem, sicut considerare.

Lect. xvi. Diffinitio ẽtis aut accẽs aut ppõ, aut cõmunis ẽtis nobili ordinatur.

D

Prosequitur suam intentionem quã proposuerat. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quid est anima. In secunda determinat de partibus siue potentĩs eius. ibi. ⸗ Potentiarum autẽ aiæ &c. ⸗ Prima diuiditur in duas. In prima ponit diffinitionem animæ quæ est quasi demõstrationis conclusio. In secunda ponit diffinitionem animæ quæ est quasi demonstrationis principium. ibi. ⸗ Qm̃ autem ex certis quidem &c. ⸗ Sciendũ est. n. q̃ sicut dicitur in primo posteriorum, omnis diffinitio aut est conclusio demonstrationis, sicut hæc, tonitruum est cõtinuus sonus in nubibus, aut est demonstrationis principium, sicut hæc tonitruum est extinctio ignis in nube, aut est demonstratio, positione, ideſt ordine differens, sicut hæc, tonitruũ est continuus sonus in nubibus, propter extinctionẽ ignis in nube. In hac enim ponitur & demonstrationis conclusio, & principium, & non ſm ordinem syllogismi. Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ponit diffinitionẽ primam animæ. In secunda manifestat eam. ibi. ⸗ Vniuersaliter igitur dictum &c. ⸗ Prima diuiditur in duas. In prima præmittit quasdam diuisiones, ex quibus habetur uia ad inuestigandum diffinitionem animæ. In secunda inuestigat animæ diffinitionem. ibi. ⸗ Quare omne corpus &c. ⸗

Sciendum autẽ est q̃ (sicut docet Philosophus in. vñ. metaphysico.) hæc est differentia inter diffinitionem substãæ & accidentis, q̃ in diffinitione substãæ nihil ponitur, q̃ sit extra substantiam diffiniti, diffinitur enim unaquæq; substãtia per sua principia materialia uel formalia. In diffinitione autem accidentis ponit aliquid quod est extra essentiã diffiniti. s. subiectum, oportet. n. subiectum poni in diffinitione accidentis. Sicut cũ dicitur. simitas est curuitas nasi. Et hoc ideo est, quia diffinitio significat quod qd est res, substantia autem est quid completum in suo esse & in sua specie, accidens autem non habet esse completum, sed dependens a substãa. Sicut ẽt nulla forma est qd cõpletum in spẽ, sed complemẽtũ spẽi competit substãæ compositæ. Vñ substãtia composita sic diffinitur, q̃ in eius diffinitione nõ ponitur aliquid, quod sit extra essentiam eius. In omni autem diffinitione formę ponitur aliquid, quod est extra essentiã formæ. s. proprium subiectum eius, siue materia. Vnde cũ anima sit forma oportet q̃ in diffinitione eius ponat materia, siue subiectum eius. Et ideo in prima parte ponit duas diuisiones, quarum prima necessaria est ad inuestigãdũ id quod in diffinitione animæ ponitur, ad exprimendã essentiam eius. Alia quæ est necessaria ad inuestigandum id qđ ponitur in diffinitione animæ ad exprimendum subiectũ ipsius. ibi. ⸗ Substantiæ autem maxime &c. ⸗ Circa primum innuit tres diuisiones, quarũ prima est secundum q̃ ens diuiditur in decem prædicamenta. Et hoc innuit per hoc quod dicit, q̃ substantia dicitur esse unum genus entium. Secunda diuisio est secundum q̃ substãtia diuiditur in materiã & formam & compositum. Materia quidẽ est, quæ secundum se non est hoc aliquid. sed in potentia tantum, ut sit hoc aliquid. Forma autẽ est, secundum quã iam est hoc aliquid in actu. Substantia uero composita est, q̃ est hoc aliquid. Dicitur. n. esse hoc aliquid. i. aliquid demõstratum quod est completum in esse & specie, & hoc cõuenit soli substantiæ compositæ in rebus materialibus. Nã substantiæ separatæ q̃uis non sint compositæ ex materia & forma, sunt tñ hoc aliquid cum sint subsistentes in actu & completæ in natura sua. Anima autem rationalis, quantum ad aliquid potest dici hoc aliquid, secundum hoc quod potest esse per se subsistens. Sed quia non habet speciem completam, sed magis est pars speciei, non omnino conuenit ei quod sit hoc aliquid. Est ergo differentia inter materiam & formam, quod materia est ens in potentia, forma autem est endelechia. i. actus, quo. s. materia fit actu, unde ipsum compositum est ens actu. Tertia diuisio est q̃ actus dicitur dupliciter. Vno modo sicut scientia est actus. Alio modo sicut considerare est actus. Et differentia horum actuum ex potentĩs perpẽdi potest. Dicitur enim aliquis in potentia grammaticus, antequam acquirat habitum grammaticæ, discendo uel inueniendo quę quidem potentia in actum reducitur, quando iam aliquis habet habitum scientię. Sed tunc est iterum in potentia ad usum habitus, cum non considerat in actu, & hæc potentia in actum reducitur cum actu considerat. Sic igitur & scientia est actus, & consideratio est actus. Deinde cum dicit.

E

Lect. i. & 4. Tex cõ. 4 Tex cõ. 18 Subã et accẽs dicendis dimittur modis destruuntur.

F

Pria diuisio

ſcda diuisio

Hoc aliquid quid.

G

Tertia diuisio. Actꝰ duplex

Maxime autem corpora, uidentur esse substantiæ, & ipsorũ ea magis quæ naturalia sunt. Hæc enim cæterorum principia sunt. Naturalium uero corporum, quædam habent uitam, quædam non habent, sed ea uocant. Vitam autem dicimus nutritionem, accretionem, atq; decretionem, quæ quidem per idipsum fit quod uiuere dicitur.

Tex.cõ. 5.

Diuisio naturaliũ corporũ qđ sit vita.

H

Substantiæ autem maxime esse uidentur corpora, & horũ physica, hæc enim aliorum principia. Physicorum autem, alia quidem habent uitam, alia autem non habent. Vitam autem habere dicimus id quod per seipsum, alimentum, & augmentum, & decrementum habet.

Text.cõ.3

Ponit diuisiones ex quibus inuestigatur id quod poni-

Universidad de Deusto

I Altera substantie diuisio.

tur in diffinitione animæ,pertinens ad eius subiectum. Et innuit tres diuisiones.Quarum prima est,ꝙ substantiarum quædam sunt corpora,& quædam non sunt corpora. Inter quas substantias maxime sunt manifestæ corporales substantię.Nam substantiæ incorporeæ quæcūq; sint,immanifestæ sunt,eo ꝙ sunt a sensibus remotæ & sola ratione inuestigabiles.Hoc est ergo quod dicit.ꝙ { corpora maxime uidentur esse substantiæ. } Secūda diuisio est,ꝙ corporum,quædam sunt corpora physica,idest naturalia,quædam non naturalia,sed artificialia.Homo enim & lignum, & lapis sunt naturalia corpora domus & securis sunt artificialia.Magis autem uidentur substantiæ corpora naturalia q̄s artificialia quia corpora naturalia sunt principia artificialium. Ars enim operatur ex materia q̄s natura ministrat,forma aūt quæ per artem inducit,est forma accidentalis,sicut figura uel aliquid hmōi. Vnde corpora artificialia non sunt in genere substantiæ per suam formam,sed solum per suam materiam quæ est naturalis.Habent ergo a corporibus naturalibus quòd sint substantię. Vnde corpora naturalia sunt magis substantiæ,quàm corpora artificialia,sunt enim substantiæ non solum ex parte materiæ, sed etiam ex parte formæ. Tertia diuisio est,ꝙ corporum naturalium,quędam habent uitam,& quædam non hñt. Istud autem dicitur habere uitam,quod per seipsum habet alimentum,augmentum,& decrementum. Sciendum aūt est ꝙ hæc explanatio magis est per modum exempli, q̄m p modū diffinitionis. Non.n.ex hoc solo ꝙ aliquid habet augmentum & decrementum ,uiuit,sed etiam ex hoc ꝙ sentit & intelligit,& alia opera uitæ exercere potest. Vnde in substantiis seperatis est uita,ex hoc ꝙ habent intellectum & uoluntatē,ut patet in.xi.metaphy.licet non sit in eis augmentum & alimentum Sed quia in istis generabilibus & corruptibilibus,anima quæ est in plantis, ad quam pertinent alimentum & augmentum,ut in fine primi dictum est,principium est uitæ,ideo hic quasi exēplariter exposuit,hīs uitā,id quod habet alimētum & augmentum. Propria autem rō uitæ est ex hoc ꝙ aliquid est natum mouere seipsum,large accipiendo motū,prout etiā intellectualis operatio motus quidam dicitur.Ea enim fine uita esse dicimus,quę ab exteriori tantum principio moueri possunt. Deinde cum dicit.

K Diuisio corporum naturalium.

L Lib.xii. Tex.c.40

Vita qd.

Tex.c.4

M

Quare corpus omne naturale,particeps uitæ substantia est & ita substantia,ut compositum. Atq; cum tale etiam sit corpus, idest habens uitā:corpus profecto non erit anima.Corpus nāq; non subit rationem eorum,quæ sunt in subiecto,sed ut subiectū potius est,& materies.Necesse est igitur animam substantiam esse,perinde atq; formam corporis naturalis, potentia uitam habentis.Substantia uero actus est, & perfectio. Talis igitur corporis est perfectio,atq; actus.

Quare omne corpus physicum,participans uita substātia erit.Substantia autem sit sicut compositum.Quoniam autem corpus est tale,nempe uitam habens,non utiq; erit corpus, anima. Non enim eorum quæ in subiecto sunt corpus.Magis autem sicut subiectum,& materia est. Necesse est ergo,animam substantiam esse,sicut speciem corporis physici potentia uitam habentis. Substantia autem actus, huiusmodi igitur corporis actus.

Inuestigat animæ diffinitionē,suppositis præmissis diuisionibus.Et circa hoc tria facit.Primo inuestigat partes diffinitionis.Secundo ponit diffinitionem.ibi. { Si autem aliquod commune &c. } Tertio ex diffinitione data, excludit quādam dubitationem ibi. { Vnde non oportet q̄rere &c. } Circa primum duo facit. Primo inuestigat particulas diffinitionis quę pertinent ad essentiam animę.Secundo ea quæ pertinent ad essentiam subiecti.ibi. { Tale autem quod cunq; organicum. } Circa primum duo facit.Primo inuestigat hanc particulam,ꝙ anima est actus Secundo hanc ꝙ est actus primus.ibi { Hic autem dicitur dupliciter. } Cōcludit ergo primo ex prædictis quòd cum corpora physica maxime uideantur esse substātiæ,& omne corpus habens uitam,sit corpus physicum, necesse est dicere ꝙ oē corpus habens uitā sit substantia. Et cum sit ens actu necesse est quod sit substantia cōposita. Quia uero cum dico corpus habens uitam duo dico,scilicet ꝙ est corpus,et ꝙ est hmōi corpus.s. hīs uitā,nō pōt dici ꝙ illa pars corporis habentis uitam,quæ dicitur corpus, sic aia.Per animam.n.intelligimus id quo hīs uitam uiuit. unde oportet ꝙ intelligatur sicut aliquid in subiecto existens,ut accipiatur hic large subiectum.non solum prout subiectum dicitur aliquid ens actu,per quem modum accidens dicitur esse in subiecto,sed etiam ꝫm ꝙ materia prima,quę est ens in potentia. dicitur subiectum.Corpus aūt quod recipit uitam magis est sicut subiectum & materia, q̄m sicut aliquid in subiecto existens. Sic igitur cum sit triplex substantia.s.cōpositum,materia,& forma, & anima non est ipsum compositum, quod est corpus habens uitā nec; est materia,quæ est corpus subiectum uitæ,relinquitur,per locum a diuisione,ꝙ anima sit substantia sicut forma.uel species talis corporis.s.corporis physici habentis in potentia uitam.Dixit aūt { habentis uitam potentia. } & non simpliciter habentis uitam.Nā corpus habens uitam intelligitur substantia composita uiuens.compositum autem non ponitur in diffinitione formæ,sed materia.Materia autem corporis uiui est id,quod cōparatur ad uitam sicut potentia ad actum,& hoc est anima, actus secundū quem corpus uiuit.Sicut si dicerem ꝙ figura est actus,nō quidem corporis figurati in actu,hoc.n.est compositū ex figura & corpore.sed corporis quod est subiectum figuræ,quod comparatur ad figuram sicut potētia ad actum. Et ne aliquis crederet ꝙ anima sic esset actus,sicut aliqua forma accidentalis actus est ad hoc remouendum, subdit ꝙ anima est sic actus,sicut substantia est actus,idest sicut forma.Et quia omnis forma est indeterminata materia,sequitur quod sit forma talis corporis quale dictū est. Sciendum aūt est ꝙ hęc est differentia formæ substantialis ad formam accidentalem,ꝙ forma accidentalis nō facit ens actu simpliciter,sed ens actu tale uel tantum utpura magnum uel album uel aliquid aliud huiusmodi. Forma autē substantialis facit esse actu simpliciter. Vnde forma accidentalis aduenit subiecto iam prꝫexistenti actu Forma autem substantialis non aduenit subiecto iam prꝫexistenti in actu sed existenti in potentia tantum, scilicet materiæ primæ.Ex quo patet ꝙ impossibile est unius rei esse plures formas substantiales,quia prima faceret ens actu simpliciter,& oēs aliæ aduenirent subiecto iam existenti in actu, unde accidentaliter aduenirent subiecto tam existenti in actu,non enim faceret ens actu simpliciter, sed secundum quid. Per quod tollitur positio Auicebron in libro fontis uitæ qui posuit ꝙ ꝫm ordinem generum & specierum est ordo plurium formarum subaliū in una & eadem re utputa ꝙ in hoc indiuiduo hominis est una forma,per quā est substantia & alia per quā est corpus & tertia per quā est animatum corpus,& sic de alīs.Oportet enim secundum præmissa dicere ꝙ una & eadem forma substantialis sit,p quam hoc indiuiduum est hoc aliquid siue substantia, & per quam est corpus & animatum corpus,& sic de alīs. Forma enim perfectior dat materiæ hoc,quod dat forma minus perfecta,& adhuc amplius.Vnde anima non solum facit esse substantiam & corpus,quod etiam facit forma lapidis,sed etiam facit esse animatum corpus.Nō ergo sic est intelligendum ꝙ anima sit actus corporis, & ꝙ corpus sit eius materia & subiectum quasi corpus sic constitutum per unam formam,quę faciat ipsum esse corpus,& superueniat ei anima faciens ipsum esse corpus uiuum, sed quia ab anima est,& quod sit,& quod corpus sit & quod sit corpus uiuum.Sed hoc quod est esse corpus,quod est imperfectius,est quid materiale respectu uitę.Et inde est quod recedente anima,non remanet idem corpus speciem oculus & caro in mortuo,non dicuntur nisi æquiuoce,ut patet per Philosophum in septimo metaphysi. Recedente

N

Subiectū duplex ꝫ factu et ita potentia.

O

Tex.c.5

Tex.c.6 B

Q

Differt inter formā substātiale & accidentale

P

C

In compositō inest vnica substantialis forma.

D

Lectio.2. Tex.c.3 f

A

cedente.n.anima,succedit alia forma substātialis quę dat aliud esse specificū,cum corruptio unius non sit sine generatione alterius. Deinde cum dicit.

Sed cum perfectio atq; actus bifariam dicatur,ut diximus, quidam enim est ut scientia,quidam ut contemplatio,patet animam actum esse,perinde atq; scientiam. Nam ex eo quia anima inest,& somnus & uigilia est,& uigilia quidem contemplationi,somnus autem scientiæ,operatione uacanti similis est. Altera autem alteram in eodem,scientia inquam contemplationem, generatiōe præcedit. Quapropter anima primus est actus, perfectioq; corporis naturalis,potentia uitam habentis.

Tex.c.5

Hic autē dicitur dupliciter. Alius quidem.sicut scientia,alius autem,sicut considerare.Manifestum ergo quod sicut scientia. Nam existente in corpore anima ipsa,& somnus & uigilia est. Proportionale autem uigilantia quidem ipsi considerare, somnus autem,ipsi habere, & non operari.Prior autem generatione,in eodem,scientia est. Vnde anima est actus primus corporis physici,potentia uitam habentis.

Tex.c.6 B

Venatur ꝫm particulam diffinitionis & dicit ꝙ actus dr̄ dupliciter,alius sicut scientia,& alius sicut cōsiderare ut supra expositum est.Et manifestum est ꝙ aīa est actus sicut scientia,quia in hoc ꝙ aīa inest,inest animali,& somnus,& uigilia.Et uigilia quidē assimilatur consideranti, quia sicut consideratio est usus scientiæ, ita uigilia est usus sensuū,sed somnus assimilat habitui scię,qū aliquis ꝫm ipsum non operatur in somno.n.quiescūt uirtutes animales. Horum aūt duorum actuū,scientia est prior generatione, in eodem.Comparatur.n.consideratio ad scientiam, sicut actus ad potentiam. Actus autem ut habetur in.ix.metaphysi.natura est prior potentia.Est.n.finis & complementum potentiæ.Sed ordine generationis & tēporis,uniuersaliter loquēdo actus est prior potētia. Nam id qū est in potentia,reducit in actū per aliqd ens actu.Sed in uno & eodē potentia est prior actu.Nam aliquid est primo in potentia, & postea actus fit.Et propter hoc dicit ꝙ { scientia est prior generatione,in eodem,q̄m consideratio. } Vnde concludit ꝙ cum anima sit actus sicut scientia, quod sit actus primus corporis physici potentia uitam habentis. Sciendum autem quod Philosophus dicit animam esse actum primū,non solum ut distinguat aīam ab actu qui est operatio,sed etiam ut distinguat eā a formis elemētorum,quæ semper habent suam actionem nisi impediantur. Deinde cum dicit.

Lectio.3 Tex.c.3 g

Ratio ista habetur.2. de anima.t.c.20. textus.2.li

Et talis plane,ut partes ipsius sint instrumenta. Enimuero partes quoq; plantarum,instrumenta sint controuersia sunt, quamuis uideantur penitus simplices esse. Eius enim quod circa fructum est quod tegmen est folium: & fructus etiam. Radices præterea uicem subeunt oris, utrisque nanque trahitur alimentum.

Tale autem quod sit organicum. Organa autem,& plantarum partes sunt,sed penitus simplices,ut folium,fructiferi cooperimentum. Fructiferum autem,fructus. Radices uero ori similes,sunt,utraq; enim trahunt alimentum.

Venatur particulā quæ est ex parte subiecti,& quia dixerat quod aīa est actus corporis physici habentis uitam in potentia,etiam dicit qđ tale est oē corpus organicū. Et dicitur corpus organicum,quod habet diuersitatem organorum.Diuersitas aūt organorū necessaria est in corpore susciptente uitam pp diuersas operationes animæ. Anima enim cum sit forma perfectissima inter formas rerū corporaliū,est principium diuersarum operationum,& ideo requirit diuersitatem organorum in suo perfectibili. Formæ uero rerū inanimatarū.propter sui imperfectionē sunt principia paucarū operationum,unde non exigunt diuersitatē organorum in suis perfectionibus.Inter animas autem anima plantarum imperfectior inuenitur,unde in plantis minor est diuersitas organorum q̄m in animalibus.Et ideo ad ostendendū ꝙ omne corpus suscipiens uitam est organicum,accipit argumentū ex plantis,in quibus est minor diuersitas organorum.Et hoc est quod dicit,ꝙ etiā plantarum partes sunt diuersa organa.Sed partes plātarum sunt penitus simplices.idest consimiles,non.n.est in eis tanta diuersitas,sicut in partibus animalium.Pes.n.animalis ex diuersis partibus cōpositus est.s.carne,neruo,osse,& huiusmodi.Sed partes organicæ plantarum non habent talē diuersitatem partium ex quibus cōponantur.Et quod partes plantarū sint organicæ,manifestat per hoc quod diuersæ partes sunt ad diuersas operationes.Sicut folium est ad cooperimentū corticis uel fructiferi, id est illius partis in qua fructus nascitur.Cortex autē uel fructiferū,ad cooperimentum fructus.Radices autem in plantis sunt proportionabiles ori animalium,quia utraque attrahunt alimentum,scilicet radix in plantis, & os in animalibus. Deinde cum dicit.

B

Si igitur commune quid,de omni anima sit dicendum, ipsa perfectio prima, & primus actus est corporis naturalis,cuius partes sunt instrumenta.

F

Si autem aliquid cōmune de omni anima oportet dicere, erit utiq; primus actus corporis physici organici.

Tex.c.6. y

Colligit ex omnibus prædictis diffinitionem aīæ,& dicit quod si aliqua diffinitio cōmunis debeat assignari,que cōueniat omni animæ.erit hęc. { Anima est actus primus corporis physici,organici. } Non autem oportet addere, potentia uitam hīs.Loco enim huius ponitur organicū ut ex dictis patet. Deinde cum dicit.

Idcirco non quærere oportet,si unum sit,anima atq; corpus sicut neque ceram & figuram,neq; omnino materiem cuiusq;, & id cuius materies est.Nam cum unum. & esse multifariam dicatur, actus est id quod proprie unum est,atque proprie est.

G

Vnde non oportet quærere,an unum sint,anima & corpus sicut neque ceram, & figuram,neque omnino uniuscuiusq; materiæ,& id cuius materia.Vnum enim & esse cum multipliciter dicantur,quod proprie est,actus est.

Ex diffinitione data,soluit quandam dubitationē.Fuit enim a multis dubitatum,qūo ex anima & corpore fiere unum.Et quidam ponebant aliqua media esse quibus aīa corpori uniretur,& quodammodo colligaretur. Sed hæc dubitatio iam locum non habet,cum ostensum sit, quod non oportet quærere si ex anima & corpore sit unum, sicut nec dubitatur circa ceram & figuram neque omnino circa aliquam materiam,& formā cuius est materia.Ostēsum est enim in.8.metaphy.quod forma per se unitur materię,sicut actus eius,& idem est materia uniri formæ qđ materiam esse in actu.Et hoc est etiam quod hic dicit,qđ cum unum & ens multipliciter dicatur.s.de ente in potentia.& de ente in actu,id quod proprie est ens & unum,est actus.Nā sicut ens in potentia nō est ens simpliciter,sed secundum quid,ita non est unum simpliciter sed secundum quid,sic n. dī aliquid unum sicut & ens.Et ideo sicut corpus hēt esse per aīam,sicut p formam,ita & unitur aīæ immediatæ,inquantum anima est forma corporis.Sed in q̄ntum est motor,nihil prohibet aliquid esse medium, prout una pars mouetur ab anima,mediante alia.

Lectio.3. Tex.c.5.6.

H

Vniuersaliter igitur diximus quidnam anima sit. Est enim ea substantia quæ est ratio,hæc autem est quiditas corporis talis.Et perinde sane atque si quid instrumentorum artis naturale corpus esset ceu securis.Eius nanq; substantia,ipsius esset(ut patet)securis,ratio,idque esset anima,quæ seperata, non esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

ulterius(ut patet)securis, nisi nomine tantum, at nunc est securis. Non.n talis corporis substantia ratioque est ipsa anima, sed naturalis(ut diximus) talis, quod in se motus statum suæ principium institum habet.

Tex.cō.8. Vniuersaliter igitur dictum est quid sit anima, Substantia enim est, quæ secundum rationem. Hæc autem est quid est esse, huiusmodi corporis: sicut si aliquid organorum, physicum esset corpus: ut dolabra. Erat enim dolabræ esse, substantia ipsius: & anima, hoc. Separata autem hac non utique æ amplius dolabra esset: nisi æquiuoce: nunc autem est dolabra. Non enim huiusmodi corporis quod quid est esse & ratio, anima: sed physici talis, habetis seipso principium motus & status.

Lectio 11.

POSITA diffinitione animæ Philosophus hic eā manifestat. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat diffinitionem præmissam. Secūdo ex diffinitione manifesta, quandam ueritatē cōcludit ibi. ¶ Quia quidem igitur non sit aīa &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo manifestat diffinitionem animæ, quantum ad id quod in diffinitione prædicta ponitur ex parte ipsius animæ. Secundo ꝯitum ad id quod ibi ponitur ex parte subiecti. ibi ¶ Est autem non abiciens aīam &c. ¶ Circa primū duo facit. Primo manifestat diffinitionē aīæ ex similitudine rerū artificialiū. Secūdo ex partibus eius. ibi. ¶ Considerare aūt in partibus oportet &c. ¶ Quia. n. formæ artificiales accidentia sunt, quæ sunt magis nota quo ad nos q̄ formæ substantiales, utpote sensui propinquiora, ideo conuenienter rationem aīæ quæ est forma substantialis per cōparationem ad formas accidētales manifestat. Similiter etiā partes animæ siue potentiæ eius manifestiores sunt quo ad nos, q̄ ipsa anima, procedimus. n. in cognitione aīæ ab obiectis in actus, ab actibus in potentias, per quas anima ipsa nobis innotescit, unde cōuenienter etiam per partes rō manifestatur. Dicit ergo primo, q̄ dictum est in uniuersali quid sit anima, cū prædicta diffinitio oī aīę conueniat.

Quo differat accidentalis forma a substali. Dictū est. n. q̄ aīa est substantia, quę est forma a qua accipitur rō rei. Est aūt dīa inter formā quę est substantia, & formā quæ nō est substantia. Nā forma accidentalis quæ nō est in gñe substantiæ, nō pertinet ad essentiā siue quiditatē subiecti, nō. n. albedo est de essentia corporis alīi. Sed forma substantialis est de essentia siue de quiditate subiecti. Sic igitur aīa dr̄ forma substalis, quia est de essentia siue de quiditate corporis animati Et hoc est q̄d subdit. ¶ Hæc autem ¶ .i. substantia q̄ est ſm rationē ¶ est quod quid erat esse huic corpori. ¶ .i. corpori constituto in specie per talē formam. Ipsa. n. forma pertinet ad essentiam rei, quæ significatur per diffinitionem significātem de re quid est. Et q̄ formæ substantiales, cuiusmodi sunt formæ corporum naturaliū sunt latentes, manifestat hoc per formas artificiales, quæ sunt accidentales. Et hoc est quod subdit ¶ sicut si aliquid organorum ¶ .i. artificialiū instrumentorum, utputa dolabra ¶ esset corpus physicū ¶ naturale, forma sua hoc mō se haberet ad ipsum, sicut dictū est. Et ideo subdit. ¶ Erat quidem. n. dolabræ esse substantia ipsius ¶ .i. forma dolabræ, (ſm quam accipitur rō dolabræ quam quidem rationem nominat esse dolabræ, eo quod secūdum eam dolabra dicitur esse (dolabra) hæc inquam forma, esse substantia dolabræ. Et hoc ideo dicit quia formæ corporū naturaliū sunt in genere substātiæ. Et ulterius si dolabra non esse solum corpus physicum, sed etiā corpus animatum, forma dolabrę esset anima, & ea separata, non esset amplius dolabra nisi æquiuoce, sicue separata, anima nō est caro ut oculus, nisi æquiuoce. Nunc aūt q̄a dolabra non est corpus naturale, necesse forma est q̄d q̄d erat esse tali corpori, remota forma dolabrę adhuc est dolabra. i. substantia dolabræ. Suba. n. corporū artificialiū est materia eorum, quæ remanet sublata forma artificiali, licet non remaneat ipsum corpus artificiale in actu. Et quia dixerat q̄ aliter nunc est in dolabra, & aliter esset si esset corpus physicum animatum, assignat rationem huius dicens, q̄ hoc iō est, quia ¶ aīa nō est q̄d quid est esse & ratio ¶ .i. forma huiusmodi corporis. s. artificialis ¶ sed corporis physici huiuscemodi ¶ .s. habētis uitam. Et ut manifestet quid sit esse physicū corpus, subiungit ¶ habentis in seipso principium motus & status. ¶ Naturalia. n. sunt, quæ in seipsis principium motus & status habent. Hmōi. n. principium, natura dicitur. Vti habes libr. physico. 2. Deinde cum dicit.

Atq; id quod dictum est in partibus etiā inspicere licet. Nā si oculus esset animal, eius utiq; anima uisus ipse nimirum esset. Hic est. n. ut patet, oculi substantia, quæ sese habet ut ratio, oculus aūt est materies uisus. Qui cum defecerit non ulterius erit oculus, nisi nomine tantum, & perinde atq; lapideus, uel etiā pictus. Id igitur quod de parte dictum est: ad totū corpus uiuens accommodare oportet. Est enim hic profecto rationum similitudo. Nam ut pars sese habet ad partem: sic totus sensus ad totum sensitiuum corpus. ut talis est rationis.

Considerare autem in partibus oportet, quod dictum est. Si enim esset oculus, animal: anima utiq; ipsius uisus esset. Hic. n. substantia est oculi, quæ est secundum rationem. Oculus autem materia uisus est: quo deficiente, non est adhuc oculus nisi æquiuoce, sicut lapideus, aut depictus. Oportet igitur accipere q̄d est in parte, in toto uiuente corpore, Proportionaliter namq; habet sicut pars ad partem, totus sensus ad totum corpus sensitiuum, secundum quod huiusmodi.

Manifestat diffinitionem animę ex partibus dicens, q̄d id quod dictum est de tota anima, & de toto corpore uiuente, oportet considerare in partibus utriusq;, quia si oculus esset animal oporteret quod uisus esset aīa eius. quia uisus est substātialis forma oculi, & oculus est materia uisus. sicut corpus organicum, materia animæ. Deficiēte autem uisu non remanet oculus nisi æquiuoce, sicut oculus lapideus, aut depictus, æquiuoce dicitur oculus. Et hoc ideo est, quia æquiuoca sunt quorū nomen solum cōe est & rō substantiæ oculi, nō remanet nisi nomē oculi æquiuoce dictum. Quod ergo inuenitur in parte uiuētis corporis, oportet accipere in toto uiuente corpore. s. quod sicut uisus est forma substantialis oculi, & eo remoto non remanet oculus nisi æquiuoce, ita anima est forma substantialis uiuentis corporis, & ea remota non remanet corpus uiuū nisi æquiuoce. Sicut. n. se habet una pars animæ sensitiuæ ad unā partem corporis sentiriui, sic se habet totus sensus ad totum corpus sensitiuum inquantum huiusmodi. Deinde cum dicit.

Non est aūt id potentia uiuens, quod abiecit animam, eaq; uacat, sed quod ipsam habet, Semē uero fructusue id nimirū est quod pōt tale corpus euadere. Vt igitur inciſio, uisioq;, sic est uigilia, actus, & ut uisus rursus instrumētiq; uis, sic est anima actus, Corpus autem est id, quod (ut diximus) est potentia uiuēs. Verū ut pupilla, uisusq; oculus est, sic aīa et corpus ē aīal.

Est aūt non abiciens animā, potētia ens, ut uuat, sed quod habens. Semen autem & fructus, potentia tale corpus est. Sicut igitur inciſio & uisio, sic & uigilantia, actus. Vt autem uisus & potentia organi, anima. Corpus autem, quod potentia. est. Sed sicut oculus est pupilla & uisus, & ibi anima & corpus, animal.

Exponit præmissam diffinitionem de anima quantum ad hoc quod dixerat quod est actus corporis habentis uitam in potentia. Dicitur. n. aliquid esse in potentia dupliciter. Vno mō, cum non habet principiū operationis. Alio modo cum habet quidem, sed non operatur secundum ipsum. Corpus autem, cuius actus est anima, est habens uitam in

A tam in potentia, non quidem primo modo, sed secundo. Et hoc est quod dicit, q̄d corpus ¶ potētia ens ut uiuat ¶ idest habens uitam in potentia, cuius est actus anima non sic dicitur esse in potentia ad uitam, quod ¶ sit abiciens animam ¶ .i. carens principio uitę quod est anima, sed q̄d est habens hmōi principium, Sed uerum est quod semen & fructus in quo conseruatur semen plantæ est in potentia ad hmōi corpus uiuū q̄d habet animam, nondū enim semen habet animam, Vnde sic est in potentia sicut abiciens animam Et ut ostendat quō est in potentia ad uitā corpus cuius actus est anima, subiungit quod ita uigilantia ē actus aīe sensitiue sicut incisio est actus culelli, & uisio est actus oculi. Q̄libet. n. istorū ē operatio & usus principū habiti. Sed aīa est actus primus sicut uisus & q̄cunq; potētia organi q̄libet. n. horū est principiū operationis. Sed corpus quod est perfectum per aīam, est potentia hīs q̄dem actū primū, sed aliqn carēs actu secundo Sed sicut oculus est aliqd cōpositū ex pupilla, sicut materia, & uisu sicut forma, ita aīal est compositū ex anima, sicut forma & ex corpore, sicut materia. Deinde cum dicit.

B Aīam igitur nō sepabilē ee a corpe, uel ptes ipsius nōnullas si partibilis sit, nō obscurū esse uidetur. Corporis nanq; partiū patet aliquas animæ, partes, actū esse. Nil tamē uetat, ut alique partiū sint separabiles anime, propterea q̄d corpis nullius sint actus. At obscurum est, nec dum patet, si perinde corporis anima sit actus, ut gubernator actus est nauis. Hoc igitur pacto uniuersaliter de anima determinatum descriptumue sit.

Tex.c.3 Q̄d quidē igitur nō sit aīa sepabilis a corpe. aut partes q̄dā ipsius, sit partibilis naturaliter est, nō immanifestū est. Quarū dā. n. actus partiū est ipsarū. At uero secdm quosdā nihil prohibet, pp id quod nullius corporis sunt actus. Amplius aūt immanifestū si sit corporis actus, anima sicut nauta nauis. Figuraliter quidem igitur hec definita de anima sint, atq; descripta.

C Cōcludit quādā ueritatē ex præmissis, quia. n. oīsum est q̄d aīa est actus toti⁹ corpis, & ptes sunt actus partiū, actus aūt & forma nō separanť ab eo, cuius est actus uel forma manifestū est q̄d aīa nō pōt separi a corpore, uel ipsa tota, uel aliquæ ptes eius, si nata est aliquo mō hre partes. Manifestū est. n q̄d aliquæ partes aīæ sunt actus aliquarū partiū corporis, sicut dictum est q̄d uisus est actus oculi. Sed secundū quasdā ptes nihil phibet aīam separi, qa q̄dā partes aīæ nullius corporis actus sunt, sicut infra pbabitur de his q̄ sunt circa intellectū. Et qa Plato ponebat q̄d aīa est actus corporis nō sicut forma, sed sicut motor, subiungit q̄d hoc nondum est manifestū, si aīa sic sit actus corporis sicut nauta est actus nauis. s. ut motor tm̄. Deinde epilogando colligit q̄ dicta sunt, & dicit q̄d ſm p̄dicta determinatū est de aīa, & posita est aīæ descriptio figuraliter quasi extrinsece & superficialiter & incōplete. Cōplebit. n. determinatio de aīa, qn̄ pringet usq; ad ītima ut determinet natura uniuscuiusq; partis ipsius animæ.

At enim cum ex obscuris quidem, magis autem manifestis, fiat id notum quod est dilucidum ac notius ratione, enitendum est rursus hoc pacto de ipsa anima pertractare.

Quoniam autem ex incertis quidem, sed tamen manifestioribus, certum fit id quod est secundum rationem notius, tentandū est iterum sic aggredi de ipsa. Lect. III.

D POSTQVAM Plūs posuit diffinitionē aīæ hic intendit demōstrare ipsam. Et prio dicit de quo est intētio. Secdo ꝓsequit intētū ibi. ¶ Dicamus igit principiū &c. ¶ Circa primū duo facit. Prio determinat modū demonstrationis quo uti intēdit in demonstrando. Secdo manifestat qūo q̄dā diffinitiones sunt demōstrabiles. ibi ¶ Nō. n. solū q̄d ¶ &c. ¶ Circa primū sciēdū est, q̄ eū ex notis oportet in cognitionē ignotorū deuenire, ois aūt demōstratio adducit cā notificādi aliud, necesse ē q̄ ois demōstratio ꝓcedat ex notioribus quoad nos, qbus ꝓ demōstrationē fit aliqd notū. In quibusdā āt eadē sunt notiora quo ad nos & ſm naturā, sicut in mathematicis, q̄ sunt a materia abstracta, & in his demonstratio ꝓcedit ex notioribꝰ simplr, & notioribus ſm naturā. s. ex causis in effectus, unde dr̄ demonstratio ꝓꝓ quid. In quibusdā uero nō sunt eadē magis nota simplr, & quo ad nos. s. in naturalibus, in quibus plerunq; effectus sensibiles sunt magis noti suis causis, & iō ut in naturalibus, ī pluribꝰ ꝓcedit ab his, q̄ sunt minꝰ nota ſm naturā, & magis nota quo ad nos, ut dr̄ in 1 physi. Et hoc mō demōstrationis intendit hic uti. Et hoc est q̄ dicit, q̄d quia illud q̄d est certū ſm naturā, & q̄d est ſm rōnē notius, fit certius quo ad nos ex his q̄ sunt incerta ſm naturā, certiora aūt quo ad nos, per istum modū rēctā dum est iterū aggredi de aīa, demonstrando diffinitionem eius supra positam. Deinde cum dicit. Lectio.1.

Rōnē. n. diffinitiuā non solū esse significare, ut complures dicere diffinitiones uidētur, sed etiā in ipsa cām inesse ac apparere oportet. Nūc aūt diffinitionū cōplures, ut cōclusiones esse uidentur, ueluti quid est quadratio, cōsectio figure laterum æqualium, angulorū, æqualis altera ex parte longiori figuræ. Atq; diffinitio talis conclusionis occupat locū. At ea quæ quadratio nem inuentionem esse mediæ dicit, ipsis rei profecto causam (ut patet) assignat,

Non enim solum quod sit, oportet diffinitiuam rōnem ostendere, sicut plures terminorū dicunt, sed causam inesse, & apparere. Nūc aūt sicut cōclusiones, rōnes terminorū sunt, ut quid ē tetragonismus, æquale altera pte lōgiori, orthogoniū esse æquilaterale. Talis aūt terminus, rō conclusionis. Dicens autem q̄ tetragonismus est mediæ inuentio, rei causam dicit.

Assignat rōnē p̄dicte intētiōis, oñdēdo q̄d aliq̄ diffōnes sunt demōstrabiles. Et hoc est q̄d dicit, q̄d iō oportet iterū aggredi de aīa, qa oportet q̄d rō diffinitiua nō solū dicat hoc q̄d est qa, sicut pties terminorū. i. diffōnē dicūt, sed oportet ēt q̄d ī diffōne tangat cā. & q̄d ꝓ diffinitionē dicentem, ꝓꝓ qd demōstretur diffinitio q̄ dicit solū quia. Inueniuntur aūt multę rōnes terminorū. i. diffōnes q̄ sunt sicut cōclusiones. Et ponit exēplū in geometricalibus. Ad cuius intelligentiam sciendū est, q̄d figurarū quadrilaterarū, q̄dā hīt oēs angulos rectos, & uocantur Orthogonia i. superficies rectorū angulorū q̄dā aūt non hīt angulos rectos, & uocanť Rhomboydes. Sciendum est aūt q̄d orthogoniorū q̄dā consistit ex oibus lateribus æqualibus et uocať quadratū siue tetragonism⁹, q̄dā āt nō hēt oia latera æqualia in quo tñ quælibet duo latera sibi opposita sunt æqualia, & uocatur hmōi. Orthogonium altera par te longius, sicut patet in sequentibus figuris. E F G



H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Item sciendū est ꝙ in qualibet superficie rectorū angulorū, duæ rectæ lineæ quę angulum rectum concludunt dñr tota superficiē continere, quia cū alia duo latera sint æqualia eis, unumquodq; suo opposito, necesse est ꝙ una prædictarū lineatum rectum angulū concludentium mēsuret longitudinem superficiei rectāgulę, & alia latitudinē, unde tota superficies rectangula consurgit ex ductu unius in alium. Vnde si imaginaremur, ꝙ una earum moueretur per aliam, consurgeret talis superficies. Item sciendum est, ꝙ cum in orthogonio quod est altera parte longius, duæ lineæ continentes ipsum, sint inæquales. si accipiatur inter eas linea media in ꝓportione, & ducaē in seipsam, fiet quadratum æquale altera parte longiori. Et quia hęc demonstrationibus geometricis diffusum esset ostēdere, sufficiat hoc ad presens manifestare in numeris. Sit igitur orthogonium altera parte longius, cuius maius latus sit nouē palmorum, minus uero quatuor. Accipiatur autē linea media in proportione inter ea, quæ. ſ. sunt sex palmorum. Quia sicut se habēt sex ad nouem ita quatuor ad sex.
K Quadratum autem huius lineæ erit æquale prædicto orthogonio altera parte longiori. Quod etiam in numeris patet. Nam quater nouem sunt triginta sex. Similiter etiā sexies sex sunt triginta sex. Hoc est ergo quod dicit, ꝙ si quęratur quid est tetragonismus, idest quadratū quod est æquale altera parte longiori assignabitur talis diffinitio, ut dicatur ⁊ esse orthogonium ⁊ .i. superficies rectorum angulorum ⁊ æquilaterale ⁊ .i. habens omnia latera æqualia &c. ⁊ Talis autem terminus ⁊ .i. talis diffinitio est ⁊ ratio conclusionis ⁊ .i. per demonstrationem conclusa. Si autem aliquis sic diffiniat, dicens ꝙ ⁊ quadratū est inuētio medię ⁊ .i. lineę medię in ꝓportione inter duo latera inęqualia orthogonij altera lōgioris. i. orthogonium consituitur ex tali linea inuēta q inquā sic diffinit ⁊ dicit cām rei. ⁊ Attendendū est aūt ꝙ hoc exemplū quod hic inducit, est simile ei, quod intendit circa aīam, ꝯtū ad aliquid. ſ. ꝯtum ad hoc ꝙ demonstret diffinitio aię, non aūt ꝯtum ad hoc ꝙ demonstretur demonstratione dicente ꝓpter quid. Deinde cum dicit.

L Supra 1. i. tex. 9. motu, ac sensu ea seiungi affirmauit, Te. cō. 13. *Dicamus igitur, hic considerationis initio sumpto, animatū ab inanimato, uita seiungi. Atq; cum multifariā uiuere dicatur etiā si unū tantū istorū insit, uiuere illud dicimus cui ineſt, ut intellectus, sensus, motus loco, ac status, & insuper motio nutrimento accommodata, & accretio, decretione.*

Dicamus igitur, principium aciipientes intentionis, rei determinari animatū ab inanimato, in uiuēdo Multipliciter aūt ipso uiuere dicto. & si unum aliquod horū insit solū, uiuere ipsum dicimus, ut intellectus, & sensus, motus, & status secundū locum. Adhuc autem motus, & status secundum alimentum, et decrementum, & augmentum.

Incipit demonstrare diffinitionem animæ superius positam modo prædicto scilicet per effectum. Et utitur tali demonstratione. Illud quod est primum principium uiuendi. est uiuentium corporum actus, & forma. Sed anima est primum principium uiuendi his quæ uiuunt, ergo est corporis uiuentis actus. & forma. Manifestum est aūt, ꝙ hęc demōstratio est ex posteriori. Ex eo. n. ꝙ aīa est forma corporis uiuētis, est principiū operū uitæ, & nō ecōuerso. Circa hoc ergo duo facit. Primo ostēdit, ꝙ aīa est principiū uiuēdi. Scdo ꝙ primū principiū uiuēdi est forma corporis uiuētis, ibi ⁊ Qm aūt quo uiuimus, & sentimus. ⁊ Circa primū tria facit. Primo distinguit modos uiuētiū. Scdo ondit, ꝙ aīa est uiuendi principiū, ibi ⁊ Vm & uegetabilia oia &c. ⁊ Tertio manifestat qđo se hēant ptes aiæ adinuicē ſm quas est principiū operū uitæ, ibi ⁊ Vtrū aūt unūquodq; horum. ⁊ Dicit ergo primo, ꝙ ad prosequendum ntām intentionē, qua intēdimus demōstrare diffinitionē aīæ, oportet hoc quasi principiū accipere, ꝙ aīatum distinguitur ab inanimato in uiuēdo. Animata. n. uiuunt, sed inanimata non uiuunt. Sed cū multiplex sit modus uiuendi, si unus tantū eorū insit alicui, dicitur illud uiuens, & animatū. Ponit aūt quatuor modos uiuēdi, quorū unus est per intellectum, secundus per sensum, tertius ꝓ motum, & statum localem, quartus per motum alimēti, et decrementi, & augmenti. Iō aūt quatuor tantū modos ponit uiuēdi. cum supra quinq; genera operationum aīæ posuerit. quia hic intendit distinguere modos uiuendi, ſm gradus uiuentium. qui distinguuntur ſm hæc quatuor. In quibusdam. n. uiuentium inueniunt tm alimentum, augmētū, & decrementum. ſ. in plantis. In quibusdā autem, cum his inuenitur sensus sine motu locali, sicut in animalibus imperfectis sicut sunt ostreæ. In quibusdā autem, ulterius inuenitur motus ſm locum, sicut in animalibus perfectis, q̄ mouentur motu progressiuo, ut bos, & æquus. In quibusdā autē, cum his ulterius inuenitur intellectus. ſ. in hominibus. Appetitiuum autē, quod est quintū præter hęc quatuor, non facit aliquam diuersitatem in gradibus uiuentium, Nam ubicunq; est sensus, ibi est & appetitus. Deinde cum dicit. Infra text. com. 20.

O *Quapropter, & uniuerse plantæ uidentur uiuere, quippe cū uideātur in seipsis uim habere talē, atq; principiū, quo ad cōtraria loca, tā incremēta, q̄ decremēta suscipiūt. Non. n. sursum quidem accrescunt, deorsum aūt non accrescunt, sed ad utrāq; similiter differentiam, & omni ex parte, semperq; nutriuntur, & conſq; uiuunt, quousq; possunt alimentum accipere.*

Vnde & uegetabilia omnia uidentur uiuere. Vīr aūt in seipsis hēntia potētiam, & principiū hmōi, per quod, augmentum, & detrimentum suscipiunt, secundum contrarios locos. Non enim sursum quidem augentur, deorsum autem non, sed similiter ad utraq;, & in omnes partes continue aluntur, & uiuunt, quousq; possunt accipere alimentum. Te. cō. 14

P Manifestat quod anima est principium uiuendi secundum omnes modos prædictos. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, quomodo anima est principium uiuendi in plantis. Secundo in animalibus, ibi ⁊ Animal autem propter sensum &c. ⁊ Tertio ostendit quid dictum sit, & quid restat dicendum, ibi ⁊ ꝓpter quā aūt cām &c. ⁊ Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ aīa est principiū uiuendi in plātis, & dicit ꝙ cum dictum sit ꝙ qbuscunq; ineſt unū quatuor p̄dictorum modorum uiuentium dicūtur uiuere, sequitur ꝙ oīa uegetabilia uiuant. Oīa. n. in seipsis hūt potentiam quandā, & principium, quo suscipiunt motum augmēti, & decremēti. Et quod hoc principium nō sit natura, sed anima manifestum est. Nam natura non mouet ad contraria loca, motus autem augmenti & decremēti est ſm contraria loca. Augent. n. uegetabilia oīa, non solum sursum & deorsum, sed utroq; mō. Manifestū est ergo ꝙ principium horum motuum nō est natura, sed anima. Nec solum uegetabilia uiuunt, dum augent, & decrescunt, sed quæcunq; nutriuntur tandiu uiuunt, quandiu possunt accipere nutrimentum, per quod fit augmentum. Secundo ibi. Te. cō. 15 Tex. 16

Q *Atque hæc quidem uis, a cæteris seiungi, separariq; potest cæteræ autem in ipsis mortalibus ab ista nequeunt separi, quod quidem in ipsis perspicitur plantis. Nulla enim prorsus in ipsis (ut patet) alia præter, hāc animæ potētia, atq; officiū ineſt. Viuere igitur, ob hoc principium uiuentibus competit.*

Separari aūt hoc ab aliis possibile ē, alia aūt ab hoc, impossibile est in rebus mortalibus, Manifestū est aūt in his, quæ uegetātur. Neq;. n. una ineſt ipsis potētia alia animæ. Viuere igitur, propter hoc principium ineſt omnibus uiuentibus. Te. cō. 15 Tex. 16

Ostendit

A Scda aīæ diffinitio. Tex. com 25. *eius quod scientiæ, capax est, illa uero sanabilis. Videtur. n. in patiente, & disposito, actiuorum ineſſe actio. Anima aūt hæc quo uiuimus, & sentimus, & mouemur, & intelligimus primo. Quare ratio quædam utiq; erit, & species: sed non ut materia, & ut subiectum. Tripliciter enim dicta substantia sicut diximus, hæc quidem species, illud uero ut materia, aliud autem ex utrisque. Horum autem materia quidem potentia, species autem actus, postea quod ex utrisq;, animatum, neq; corpus est actus animæ, sed ipsa corporis cuiusdam.*

Ostenso, ꝙ anima est primum uiuendi principiū cōcludit ex hoc, diffinitionē prius assignatā. Et circa hoc duo facit. Primo demonstrat propositum. Secundo ex ueritate demonstrata, quasdam conclusiones ulterius inducit, ibi ⁊ Propter hoc bene opinantur &c. ⁊ Circa primum ponit talem demonstrationem. Duorum, quorū utroq; dicimur esse aliquid, aut operari, unum. ſ. quod primum est. est quasi forma, & aliud quasi materia. Sed anima est primū
B quo uiuimus, cum tamen uiuamus anima & corpore, ergo anima est forma corporis uiuentis. Et hæc est diffinitio superius de anima posita, ꝙ aīa est actus primus physici corporis potentia uitam habentis. Manifestum est autem ꝙ medium huius demonstrationis est quædam diffinitio animæ. ſ. anima est quo uiuimus primum. Circa hāc autem demonstrationem. 4. facit. Primo ponit maiorē dicens, ꝙ quo uiuimus, & sentimus dicitur dupliciter. ſ. altero, sicut forma, & altero sicut materia. Sicut & quo scimus dicitur dupliciter, duobus. n. dicimur scire, quorum unum est scientia, & aliud est anima. Et similiter quo sanamur dicitur de duobus quorū unū est sanitas, & aliud est aliqua pars corporis, uel etiam totum corpus. Vtrobiq; aūtem unum est quasi forma, & aliud quasi materia. Nā scientia & sanitas sunt formæ, & quasi actus susceptiuorum, scientia quidem forma scientifici. i. partis animæ, in qua est scientia, sanitas uero est forma corpotis sanabilis. Ideo autem dicit ⁊ sanabile, & scientificum ⁊ ut ostendat aptitudinem in subiecto ad tales formas. Semper. n. actiuorum actus. i. formæ, quæ inducūtur ab agentibus in materia, uidentur esse in patiēte & dispositō. i. in eo, quod est natum pati actiones agentis a tali agente, & quod est dispositum ad consequēdum finem passionis. ſ. formam, ad
C quam patiendo perducitur. Secundo ibi ⁊ Anima autem hoc. ⁊ Ponit minorem propositionem & dicit, ꝙ anima est primum quo & uiuimus, & sentimus, & mouemur, & intelligimus. Et referuntur hæc. 4 ad quatuor genera uitę de quibus superius fecerat mentionē. Viuere. n. refert ad principium uegetatiuū, qa superius dixerat, ꝙ uiuere propter hoc principium ineſt omnibus uiuentibus. Sciendū est autem ꝙ quamuis sanitate & corpore dicamur esse sani, tamen sanitas est primū quo sani dicimur esse. Non. n. dicimur esse scientes, quia aīa non dicimur esse scientes, nisi inquantum habet scientiam. Similiter etiā & corpore nō dicimur esse uiuentes, nisi inquantū habet aīam, & ꝓpter hoc, hic dicitur ꝙ ⁊ aīa ⁊ est primū quo uiuimus, & sentimus &c. Tertio ibi ⁊ Quare ratio quædam. ⁊ Ponit conclusionē, & pendet hucusq; cōstructio ab illo loco ⁊ qm̄ autem quo uiuimus &c. ⁊ Concludit ergo ex prædictis, ꝙ anima se habet ut ratio & species, & non sicut materia & subiectum. Quarto ibi ⁊ tripliciter. n. dicta suba &c. ⁊
D Ostendit conclusionem sequi ex præmissis. ⁊ Non. n. videbat magis sequi de anima, ꝙ sit forma, ꝙꝫ de corpore, cum utroq; uiuere dicamur. Vnde ad perfectionem dictę demōstrationis subiungit, ꝙ cum substantia dicatur tripliciter, ut supra dictū est. ſ. de materia, & forma, & cōposito ex utrisq;, quorū materia est potentia, & species, siue forma est actus, & compositum ex utrisq; est animatum, manifestū est ꝙ corpus non est actus animę, sed magis anima est actus corporis alicuius, corpus enim est in potentia, respectu animæ. Et ideo cum consequatur ex prædicta demōstratione, ꝙ uel corpus, uel anima sit species, & corpus, ut dictum est non sit species animæ, sequitur ꝙ anima sit spe-
E cies corporis. Deinde cum dicit.

Idcirco recte admodum putant ij. quibus anima, neq; esse sine corpore, neq; corpus aliquod esse uidetur. Etenim ipsa corpus quidem non est, est autem corporis aliquid. Tex. commen. 16.

Et propter hoc bene opinantur, quibus uidetur neque sine corpore esse, neq; corpus aliquod anima. Corpus enim non est, corporis autem aliquid est.

Inducit quasdam conclusiones ex præmissis, quarū prima est, ꝙ bene opinati sunt, quibus uisum est, ꝙ aīa non sit sine corpore, neq; sit corpus. Nō enim est corpus, quia nō est materia, sed est aliquid corporis, quia est actus corporis. Et quia omnis actus est in eo, cuius est actus, infert consequenter ibi.

Et ineſt ob hoc in corpore, atq; in corpore tali, non in quouis sine discrimine ullo quemadmodum ueteres ad corpus ipsam accommodabant, nihil prorsus dete minātes, quodnam illud & quale sit corpus, atq; non recte, ut patet. Quippe cū nō uideatur, quoduis sine ullo discrimine quodcūq; suscipere. Hoc autem pacto, cum rōne etiā fit sane. Actus enim uniuscuiusq;, in eo: quod est potentia, & in propria materia suapte natura fieri, esseq; solet. Animam igitur pfectionem quandam eius, & actum, ac rationem esse, quod potentiam habet, ut huiusmodi fit, ex hisce, quæ diximus, innoteſcit. F Actus ois ꝓpria materia fieri naturaliter consuescit.

Et propter hoc, in corpore est, & in corpore tali, & non sicut priores ad corpus aptabant ipsam nihil diffinientes in quo & quali, quamuis non uideatur, quoduis subiectū cuiusuis formæ capax esse. Sic autem fit, & secundum rationem. Vniuscuiusq;. n. actus in eo, quod in potentia existit, & in propria materia apte, naturaliterq; fit. Quod quidem igitur actus est quidam, & ratio potentiam habentis, ut tale fit, manifestum ex his est.

Secundam conclusionem. ſ. ꝙ anima est in corpore, & tali corpore. ſ. physico, organico, & hoc nō est per modū quo priores physici loquebantur de anima, & unione eius ad corpus, nihil determinantes in quo uel quali corpore esset, & uere hoc est, sicut nunc dicimus ꝙ anima est G
in determinato corpore, cum non uideatur anima accipere quodcūq; corpus cōtingat, sed determinatū. Et hoc rōnabiliter accidit, qa unusquisq; actus natus est fieri in propria, et determinata materia. unde & anima oportet ꝙ in determinato corpore recipiatur. Vltimo aūt epilogādo cōcludit, ꝙ anima est actus quidā & ratio habentis esse huiusmodi scilicet potentia uiuentis.

Animantiū autem quibusdam omnes insunt potentiæ dictæ, quibusdā nōnulle sunt, et quibusdā una tantū ineſſe uidetur atq; potentias animæ diximus has, nutritiuum, sensitiuum, appetitiuum, loco motiuum, atq; intellectiuum.

Potentiarum aūt animæ, quæ dictæ sunt, alijs quidem insunt oēs alijs uero quædam harū, quibusdam uero una sola. Potētias autem dicimus uegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum. motiuum secundum locum intellectiuum. Lect. V. Potētię alię quęq; sunt. Tex. commen. 27.

POSTQVAM Arist. diffiniuit aīam in cōi, nūc accedit ad determinādū de partibus eius. Non aūt habet aliter aīa partes, nisi ſm ꝙ eius potentiæ, partes eius dūr, prout alicuius potētis multa, partes dici possunt, prās ad singula. Vnde determinare de partibus eius est determinare de singulis potētijs eius. Diuidit āt hęc pars in duas. In prima determinat de potentijs animæ in communi, distinguendo eas adinuicem. In secunda determinat de singulis earum: ibi ⁊ Quare primū de alimento, & generatione &c. ⁊ Prima autem pars diuiditur in duas. In prima distinguit potentias aīæ adinuicem. In secunda ostendit qd de potentijs aię, & quomodo, & quo ordine determinan- H Cur potentię aię pars nolent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I dum sit,ibi ¶ Quare & secundum unumquodq; quærendum &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo distinguit potentias animæ abinuicem. Secũdo ostendit quomodo ratio cõis animæ se habet ad partes prædictas,ibi ¶ Manifestum igitur est quoniã eodem &c. ¶ Circa primũ duo facit. Primo enumerat potentias animæ. Secundo ostendit quomodo seinuicem consequantur,ibi ¶ Ineſt autem &c. ¶ Dicit ergo primo,q; de potẽtijs animæ,quæ supra nominatæ sunt,quibusdam insunt omnes,sicut hominibus,quibusdam quædam harum,sicut alijs animalibus quibusdam una tantũ,sicut plantis. Et quia superius non nominauerat eas potentias sed partes animę ideo manifestat,q; per potentias idem intelligit, quod supra per partes. Quarum quidem sunt quinq; genera. s. uegetatiuũ sensitiuum,appetitiuum,motiuũ secundum locum intellectiuum. Oportet aũt hæc duo uidere. Primo quidem quare ponuntur hic quinq; genera potentiarum,animæ,præcipue cum consuetum sit dici triplicem esse animam,uegetabilem,sensibilem & rationalem. Secundo considerare oportet,quare hinc ponit.5.cum superius posuerit tantum quatuor. Sciendum autem circa primum, q; cum omnis potentia dicũtur ad actum proprium,potentia operatiua dicitur ad actum, qui est operatio. Potẽtiæ autem animæ sunt operatiuæ talis. n. est potentia formæ. Vnde necesse est secundum diuersas operationes animæ,accipi diuersitatem potentiarum. Operatio autem animæ,est operatio rei uiuentis. cum igitur unicuiq; rei competat propria operatio secundum q; habet esse,eo q; unumquodq; operatur, inquantum est ens. oportet operationes animæ considerare,ſm q; inuenitur in uiuentibus. Huiusmodi autem uiuentia inferiora,quorum actus est anima,de qua nunc agitur habent duplex esse. Vnum quidem materiale,in quo conueniunt cum alijs rebus materialibus,aliud autem immateriale, in quo communicant cum substãtijs superioribus aliqualiter. Est autem differentia inter utrunque esse, quia ſm esse materiale,qđ est per materiã contractum, unaq;q; res est hoc solũ qđ est sicut hic lapis nõ est aliud q̃ hic lapis. ſm uero esse immateriale,quod est amplũ, et quodammodo infinitum inquantum non est per materiã terminatum,res non solum est id qđ est,sed etiã est quodãmodo alia. Vnde in substãtijs superioribus immaterialibus sunt quodãmodo oĩa,sicut in uniuersalibus causis. Hmõi autem immateriale esse,habet duos gradus in ijs inferioribus. Nam quoddam est penitus immateriale. s. esse intelligibile. In intellectu. n. res habent esse, & sine materia, & sine conditionibus materialibus indiuiduantibus, & etiã absq; organo corporali. Esse autem sensibile est medium inter utrunq;. Nam in sensu res habet esse sine materia nõ tamen absq; conditionis materialibus indiuiduãtibus, neque absq; organo corporali. Est enim sensus particularium intellectus uero uniuersalium. Et quantum ad hoc duplex esse,dicit Philosophus in tertio huius. q; anima est quodãmodo oĩa. Operationes igitur,quæ competunt uiuẽti ſm esse materiale sunt operationes quæ attribuuntur animæ uegetabili,quæ tamen licet ad id ordinent,ad quod etiã ordinantur actiones in rebus inanimatis. s. ad consequendum esse, & conseruandum,tamen in uiuentibus hoc fit per altiorem & nobiliorem modum. Corpora. n. inanimata generantur & conseruantur in esse,a principio motiuo extrinseco,animata uero generãtur a principio intrinseco quod est in semine,conseruantur uero a principio nutritiuo intrinseco. Hoc. n. uidetur esse uiuentium proprium, q; operentur tanq̃ ex seipsis mota. Operationes autẽ quæ attribuuntur rebus uiuentibus,ſm esse penitus immateriale,pertinẽt ad partẽ animæ intellectiuam, quæ uero attribuuntur eis,ſm esse medium,pertinent ad partem animæ sensitiuam. Et ſm hoc triplex esse, distinguitur communiter triplex anima,scilicet uegetabilis,sensibilis,& rationalis. Sed quia omne esse,est secũdum aliquam formã oportet q; esse sensibile,sit secundum formam sensibilem. & esse intelligibile,secundum formam intelligibilem. Ex unaquaq; autem forma sequitur aliqua inclinatio & ex inclinatione operatio. sicut ex forma naturali ignis,sequitur inclinatio ad locum qui est sursum,secundum quam ignis dicitur leuis,& ex hac inclinatione sequitur operatio. s. motus qui est sursum. Ad formã igitur tam sensibilem sequitur inclinatio quędam,quę dicitur appetitus sensibilis,uel intellectualis,sicut inclinatio consequens formam naturalem. dicitur appetitus naturalis. Ex appetitu autem sequitur operatio,quæ est motus localis. Hæc igitur est ratio,quare oportet esse quinq; genera potentiarum animæ quod primo quærebatur. Circa secundum sciendũ est q; supra Aristo. intendens ostendere q; anima est principiũ uiuendi in omnibus uiuentibus,distinxit ipsum uiuere ſm gradus uiuentium,& non secundum operationes uitæ secundum quas distinguũtur hæc genera potentiarum. Appetitiuum autem non constituit aliquem diuersum gradũ in uiuentibus,quia omnia quæ habẽt sensum, habent appetitum,& sic remanent tantum quatuor gradus uiuẽtiũ, ut supra ostensum est. Deinde cum dicit.

N Potma oĩs aliquã ex separat in clinationẽ, seu appetitum.

Appetitus triplex sensitiuus intellectiuus,naturalis. 4. gradꝰ uitiũ sunt. Sed potentiarum aliæ gña quę. 2 text 14. ad 17. Te 20. 25

O

Et plantis quidem nutritiuum ineſt duntaxat. Alijs autem & idipsum,& sensitiuum,Quod si sensitiuum ineſt,& appetitiuũ etiã ineſt. Nam appetitus,cupiditas est,& ira,atq; uoluptas. Animalia uero cuncta unum ex sensibus habent, tactum in quam ipsum,atq; cui sensus ineſt,ei uoluptas etiã & dolor ineſt,et per ceptio iocundi,atq; molesti. Quibus autẽ hoc insunt, ea cupiditatem etiam habent,hæc enim appetitio est eius,quod afficit uoluptate.

Ineſt autem plantis uegetatiuum solum, alteris autẽ & hoc & sensitiuum,si autem sensitiuum, & appetitiuum. Appetitus enim desiderium est & ira,& uoluntas. Animalia autem omnia habent unum sensum tactum. Cui autem sensus ineſt,huic et lætitia,& tristitia,& dulce,& triste. Quibus aũt hæc, & cõcupiscentia. Delectabilis enim rei appetitus est hæc.

Ostendit qũo prædictæ potentię consequuntur seinuicem manifestans quod supra dixerat q; potentiarum quibusdam insunt oẽs,quibusdam quædam, quibusdam una sola. Vbi considerandum est q; ad hoc q; uniuersum sit perfectum nullus gradus perfectionis in rebus intermittitur, sed paulatim natura de imperfectis ad perfecta procedit. Propter quod etiam Arist. in 8. meta. assimilat species rerum numeris qui paulatim in augmentũ proficiunt. Vnde in uiuentibus quædam habent unum tantum prędictorum. s. plante,in quibus est solum uegetatiuum, quod necesse est in oĩbus uiuentibus materialibus esse, quia huic potentiæ attribuuntur operationes pertinentes ad esse materiale. Alijs autem. s. animalibus ineſt uegetatiuum & sensitiuum. Si autẽ est ibi sensitiuum,oportet q; ad sit tertiũ, scilicet appetitiuum. Quod quidem diuiditur in tria. s. desiderium quod est secundum uim concupiscibilem,& iram quæ est secundũ uim irascibilem,qui duo appetitus pertinent ad partem sensitiuam,sequuntur. n. apprehensionem sensus. Tertium aũt est uoluntas quod est appetitus intellectiuus consequens. s. apprehensionem intellectus. Quod autem appetitiuum insit oĩbus animalibus probat duplici ratione. Quarum prima est,q; omnia animalia habent ad minus unũ sensum. s. tactum,quibus aũt ineſt sensus, ineſt letitia & tristitia,delectatio et dolor. Lętitia. n. & tristitia magis uidentur sequi apprehensionem interiorem. Sed delectatio,& dolor consequuntur apprehensionem sensus, & præcipue sensus tactus. Et si est lætitia,& tristitia, necesse est q; sit aliquid triste,& dulce. i. delectabile & dolorosum, oportet enim omne quod sentitur secundum tactũ esse uel conueniens,& sic est delectabile,uel nociuum, & sic est dolorosum,Quibuscunq; autem ineſt aliquid delectabile & triste,his ineſt,& concupiscentia,quæ est appetitus delectabilis,ergo de primo ad ultimũ,omnibus animalibus quibus ineſt sensus tactus,ineſt appetitus. Secundam

P

Text.c18 Lec.iij.

Q

A cundam rationem ad idem ostendendum ponit ibi.

Alimenti præterea sensum habent. Tactus. n. sensus est alimenti,nam siccis,& humidis,& calidis,atq; frigidis aluntur uiuentia cuncta. Horum autem,ut patet,sensus est tactus, cæteris uero sensibilibus per accidens nutriuntur. Nihil enim cõducit ad alimentum sonus,uel color,& odor,sapor autem unum quid, est eorum,quæ tactu percipiũtur. At uero fames, sitisue cupiditas est,sicci quidem,& calidi fames,frigidi uero, & humidi sitis. At sapor,horum quasi quoddam est condimentũ. Verum hæc declaranda posterius sunt. Nunc eousq; sit dictum,animantium inquam biscæ,quæ tactum habent,& appetitiũ ineſſe. De imaginatione uero non patet,sed de hoc postea considere mus oportet. Nonnullis insuper & loco motiuum etiam ineſt et alijs ratiocinatiuũ,ac intellectus,ut hominibus,& siquid sit aliud tale,uel etiam præstabilius.

Quid sit fames, & sitis.

Tex.c.28

B

Adhuc autem alimenti sensum habent,tactus. n. alimenti sensus. Siccis. n. & humidis,& calidis & frigidis aluntur omnia uiuentia,horum autem sensus est tactus,sed alijs sensibilis secũdum accidens aluntur. Nihil. n. ad alimentũ confert sonus,neq; color neq; odor. Humor autem unum aliquod est tangibilium, esuries autem,& sitis,est concupiscentia,& esuries quidem calidi & sicci,siccis aũt frigidi & humidi,sapor uero,ut delectamentum horum est. Certificandum autem de his posterius est. Nunc autem intantum dictum sit,q; animalibus habentibus tactũ & appetitus insit. De phantasia autem immanifestum est, posterius autem intendendum est. Quibusdam autem adhuc ineſt & secundum locum motiuũ. Alteris autem,intellectiuũ, & intellectus,ut hominibus,& si aliquod alterum huiusmodi est, aut etiam honorabilius.

Tex.c.29

C

Quæ talis est. Omnia animalia habent sensum,quo cognoscunt suum alimentum. s. sensum tactus. qui est sensus alimẽti. Et quia necessarium est omnibus animalibus uti alimento,ut dictum est, ideo necessarium est, q; habeant sensum tactus quo percipiant alimentum sibi conueniẽs. Quod autem tactus sit sensus alimenti,manifestum est,sicuti. n. corpora uiuentia cõstant ex calidis,& humidis,& frigidis,& siccis. ita ex his nutriunt,tactus aũt est sensus discretiuus horũ. ¶ Sed aliorũ sensibiliũ ¶ .i. alijs sensibilibus nõ nutriuntur uiuentia,nisi ſm accidens,inquantũ uidelicet coniunguntur tãgibilibus. Sonus. n. & odor,& color nihil conferunt in alimentum inquantum huiusmodi, sed solum inquantum contingit colorata,& odorata, & sonantia,esse calida,uel frigida,humida uel sicca. humor autem ideſt sapor est quoddam de numero trangibilium qualitatum,sicut,& gustus est quidam tactus. Sic igitur patet quod omnia animalia habent sensum alimenti, quibuscunq; autem ineſt sensus alimenti,his ineſt esuries, & sitis, quorum utrunque est concupiscentia alimenti, esuries quidem est concupiscentia calidi, & sicci, quod habet rationem cibi, sitis autem frigidi & humidi, quod habet rationem potus. Sapor autem est quoddã horum delectamentum,sapor. n. delectabilis indicat conuenientem proportionem calidi & frigidi,humidi,& sicci in alimento. Vnde magis pertinet ad delectationem alimenti,q̃ ad necessitatem. Sic igitur ubicunq; est sensus tactus, est etiam appetitus. Quomodo autem phantasia se habet ad appetitiuum,& sensitiuum,posterius dicetur. Quibusdam autem animalibus,supra hæc tria. s. uegetatiuum, sensitiuum,& appetitiuum,ineſt etiam motiuum secuudũ locum. Alijs uero supra hæc quatuor,ineſt etiam intellectiuum,& intellectus ipse. s. hominibus, & si aliquod aliud genus rerum est simile hominibus, aut etiã honorabilius hominibus,inuenitur autem aliquid honorabilius hominibus,quibus ineſt intellectus,est enim in substantijs separatis,& in corporibus cœlestibus,si ramẽ sunt animata,licet in uiuentibus mortalibus non est aliquod genus. uiuentiũ habentium intellectum,nisi in specie humana. Cum enim intellectus non habeat organum corporale, non possunt diuersificari habentia intellectum secundum diuersam cõplexionem organorum,sicut diuersificãtur species sensituorum,secundum diuersas complexiones,quibus diuersimode se habent ad operationes sensus. Deinde cũ dicit.

D

E

Perspicuũ igitur est,unam animæ rõnem esse,perinde atq; figuræ. Neq;. n. ibi figura ulla præter triangulum est, & eas quæ deinceps sunt collocatæ,neque hic anima ulla præter eas, quas diximus. At ut in figuris una communis ratio fieri potest quæ cũctis quidem figuris accommodabitur,nullius aũt erit figuræ proprie ratio,sic & in animabus dictis fieri potest. Qua propter ridiculum est,& in his,& in cæteris rebus,communẽ quærere rationem,quæ quidem nullius eorũ quæ sunt,erit propria ratio nec in propria cuiquam accommodabitur & indiui dua specie,rationem eam omittentes diffinitionẽue quæ cuilibet hoc pacto competere, accommodarique potest. At uero quẽ admodum in figuris,sic & in anima fit. Nã tam in figuris quã in animantibus,in eo quod deinceps est collocatum,id ineſt potentia,quod illo est prius. In quadrato nanq;, triangulus, & in sensitiuo uegetatiuum ineſt,ut patet.

F

Manifestum igitur est,q, eodẽ modo una utiq; erit ratio animæ,& figuræ. Neq;. n. ibi figura est præter triangulum,& figuras,quæ consequenter sunt,neq; hic anima præter prædictas est fiet autem utique & in figuris ratio communis,quæ conueniet quidẽ omnibus,propria autem nullius erit figuræ. Similiter autem & in dictis animabus. Vnde ridiculum est, quærere communem rationem,& in his et in alteris quæ nullius erit,eo rum quæ sunt propria ratio,neq; secundum propriam et indiui duam speciem,tali definitione omissa. Similiter autem se habẽt ei,quod de figuris est,et quæ secundum animam sunt. Semper enim in eo quod est consequenter,est in potentia quod prius est et in figuris,et inanimatis,ut in tetragono quidem trigonũ est, in sensitiuo autem uegetatiuum.

Tex.c.30

G

Ostendit qualiter se habet prædicta diffinitio animæ ad partes enumeratas. Et ad huius intellectum,sciendũ est q; Plato posuit uniuersalia esse separata secundum esse,tã in illis,q̃ se hñt consequẽter,non posuit unã idẽ cõmunẽ, sicut in numeris, & figuris, non. n. posuit unam ideam numeri præter omnes numeros,sicut posuit unam ideam hominis,præter omnes homines,eo q; numerorum species naturali ordine consequenter se habent. Et sic prima earũ scilicet dualitas est causa omnium consequentium. Vnde non oportet ponere aliquam ideam communem numeri, ad causandum speciem numerorum. Et similis ratio est de figuris. Nam eius species consequenter se habent,sicut & species numerorum,trigonum. n. est ante tetragonum, & tetragonum ante pentagonum. Dicit ergo manifestũ esse q; eodem modo una est ratio aĩæ,sicut una est ratio figuræ,sicuti enim inter figuras non est aliqua figura, quæ sit præter triangulum,& alias species consequentes, utpote quæ sit communis omnium figurarum,ita nec in proposito est aliqua anima,quasi separata existens præter omnes prædictas partes. Sed quamuis non sit una figura separata ineſſe,præter omnes figuras,etiam secundum Platonicos,qui ponunt species communes separatas,tamen inuenitur una ratio communis,quæ conuenit omnibus figuris & non est propria alicuius earum,ita est,& in animabus. Et ideo ridiculum est,q; homo quærat unam rationẽ cõmunem,tam in animabus,q̃ in alijs rebus,quæ non conueniat alicui animarum,quæ sunt in rerum natura particulariter. Neque etiam est conueniens,q; homo quærat diffinitionem animæ,secundum unamquanque speciem ani-

H

Tres aĩæ qui nõ potentialiũ ac operationũ gña sortũtur,sunt.

L Diuersitas potẽtiarum aĩæ ex diuersitate operationũ sumitur.

Tex.c.23 Lec.iij.

M

Universidad de Deusto
Biblioteca

I mæ, & dimittat diffinitionem communem omnibus animabus. Ergo neq; diffinitio communis animæ prętermittenda fuit, neq; sic est assignanda diffinitio communis animę, ꝙ non conueniat singulis animabus. Et quia dixerat, ꝙ eodem modo se habet ratio animæ, sicut ratio figuræ, ostendit conueniendam inter utrunq;, & dicit ꝙ similiter se habent figuræ, & animę admicē, in utrisq; enim illud quod est prius, est in potentia in eo quod est consequenter. Manifestū est enim in figuris ꝙ trigonum, quod est prius, est potentia in tetragono. Potest enim tetragonum diuidi in duos trigonos. Et similiter in anima sensitiua uegetatiuum est, quasi quædam potentia eius, & quasi anima esse. Et similiter est de alīs figuris, & alīs partibus animæ.



K

L

Quapropter in singulis quærendū est, quænam sit cuiusq; anima, ut quænam sit anima plantæ, quæ bestiæ, quæ denique hominis.

Quare & secundum unumquodque quærendum quænam sit uniuscuiusque anima, aut quæ plantæ, & quæ hominis, aut bestiæ.

Lectio. VI.

POSTQVAM Philosophus enumerauit genera potentiarum animę, & quomodo se habet diffinitio communis animæ supra posita, ad partes eius: hic ostēdit quid aliud modo determinandum sit, & quo ordine. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quid determinandum restat de aīa. Secundo ostendit quo ordine determinare oporteat, ibi ⁊ Necessarium autem est debentem. ⁊ Circa primū ondit duo restare ad determinādum, quorū unum concludit ex prædictis. Dictum est supra, ꝙ sicut non est quærenda talis diffinitio communis animæ, quæ nulli animæ partium conueniat, ita non debemus esse contenti diffinitione communi, sed oportet propriam diffinitionem cuiuslibet partis animę inquirere. & ex hoc cōcludit, ꝙ hoc, secundum unumquod ⁊; animatum quærendū est, quę sit uniuscuiusq; anima, ut scilicet sciatur quid est aīa plantæ, & quid aīa hominis & qd aīa bestiæ, & hoc est scire de unaquaq; parte animæ, quid sit. Secundo ibi.

Lectio v.

M

Quędam aīalia solū tactum hūt

Quam autem ob causam deinceps sic se habent, considerare oportet. Sensitiuum nanq; sine uegetatiuo non est. At a sensitiuo, uegetatiuum in plantis seiungitur. Rursus sine tactu, nullus cæterorum sensuum est. At ipse tactus, sine cæteris est. Cōplura nanque sunt animalium, quæ neq; uisum, neq; auditum, neq; sensum habent odoris. Et eorum rursus quæ sentiunt quædam habent loco motiuum, quædam non habent. Extrema autem, atq; minima, rationem habent, & mentem. Quibus enim mortalium inest ratio, ijs insunt continuo, & cætera cuncta. At quibus unumquodq; illorum inest, hisce nō omnibus inest & ratio. Sed quædam imaginatione uacant, quædam hac sola uiuūt. De intellectu uero contemplatiuo alia ratio est. Quæ cum ita sint, patet horum cuiusque rationem animæ maxime rationem propriam esse.

N

Sol⁹hō re
compētib⁹
tibus rōne
ac mēte ꝑ
ditus est.

Propter quam autem causam consequenter sic se habent, cōsiderandum est. Sine. n. uegetatiuo, sensitiuum non est⁹. ¶A sensitiuo autem separatur uegetatiuum in plantis. Iterum autem, sine eo quod potest tangere, aliorum sensuum nullus est. Tactus autem sine alijs est. Multa. n. animalium, neq; uisum, neq; auditum habent, neq; odoratus sensum. Et sensitiuorum autem, alia quidem habent secundum locum motiuum, alia uero nō habēt, ultimum autem, & minimum, rationem & intellectum, ut homo, aut huiusmodi aliud. Quibus. n. inest ratiocinatio, corruptibilium his & reliqua omnia. Quibus autem illorum unūquodq; non omnibus ratiocinatio, sed quibusdam quidem neq; imaginatio, alia autem hac sola uiuunt. De speculatiuo autem intellectu, alia ratio est. Quod igitur de horum unoquoq; ratio hæc propriissima, & de anima sit, manifestum est.

Vegetatiu

Tactus.
Tex.c.3.6

O

Lectio.v.

Ponit aliud quod restat ad determinandum. Dictū est enim supra, ꝙ partes animę consequenter se habent adinuicem sicut species figuræ. Sed considerandum est propter quam cām partes aīæ hoc modo se habeant consequenter. Huiusmodi. n. causam in fine libri assignabit. Exponit autem qualiter se habeant consequenter, quia sensitiuum non potest esse sine uegetatiuo, sed uegetatiuum separatur a sensitiuo in plantis. Nec est mirum, quia supra dictum est, quod opera uegetatiui ordinantur ad adipiscendum, & conseruandum esse naturale, quod subiacet. q. fundamentum. Iterum etiam cōsequentia quædam inuenitur in ipsis sensibus, quia sine sensu tactus, nullus aliorum sensuum esse potest, tactus autem inuenitur sine alijs sensibus. Multa. n. animalium, neq; uisum habent, neq; auditum neq; sensum odoratus, sed solum tactū. Et hoc etiam rationabiliter accidit. Nā tactus est sensus perceptiuus eorum, quæ pertinent ad consistentiā animalis, ex quibus. ſ. animal constat, & nutritur. Alia uero sensibilia non conferunt, ad hoc nisi per accidens. Vnde alīj sensus non sunt de necessitate animalis, & propter hoc non inueniuntur in oibus animalibus, sed in perfectis. Est etiā considerandā consequentia sensitiui, & motiui. Nam motiuum autem potest esse sine motiuo, aliqua enim habentium sensum, habent etiam motū ſm locum, sed aliqua non habent. Sed intelligendum est de motu progressiuo animalium, secundum ꝙ animalia mouentur de loco ad locum. Hic enim motus non inest omnibus animalibus. Sed quæ carent hoc motu, habent aliquem motum locale scilicet dilatationis & constrictionis, sicut apparet in ostreis. Illud autem quod est ultimum inter oēs partes aīę & minimum, quia non diuiditur in diuersa secundum speciem est quod habet rationem & intellectum, quia quibuscunq; de numero corruptibilium inest ratio, his insunt & omnia alia prædicta. Hoc autem dicit, ut præseruet se a substantijs separatis, & a corporibus cœlestibus, ſi sunt animata, quia cum sint sine generatione & corruptione, non indigent uegetatiuo. Iterum, eorum intellectus per se speculatur ea, quæ sunt secūdum se intelligibilia, unde nō indigent sensibus ad cognitionem intellectiuam consequendam. Sed in mortalibus habentibus intellectum, necesse est omnia alia præexistere, sicut quædam instrumēta & præparatoria ad intellectū, qui est ultima perfectio intenta in operatione naturæ. Non autem omnibus quibus inest aliquod prędictorum, inest & ratio. Et quia imaginatio uidetur habere quandam affinitatē ad intellectū, cum supra dictum sit, ꝙ intellectus uel est phantasia quędam,

P

Lectio.v.

Q

A dam, uel non sine phantasia, addit de imaginatione, & dicit ꝙ quibusdam animalibus non solum non inest intellectus, sed nec etiam imaginatio.

dub. ad hominem. Lec. 4. Lect. 5. T.cō.256

Videtur tamen hoc esse cōtrariū ei quod supra dixerat, quia si pars decisa habēt sensum & appetitum, habet etiā phantasiā, si tamen phantasia est idem cum imaginatione ut uidetur. Dicendū est igitur, ꝙ animalia imperfecta (ut in tertio dicetur) habent quidem phantasiam, sed indeterminatam, quia. ſ. motus phantasię non remanet in eis post apprehensionem sensus, in animalibus autem perfectis remanet motus phantasię, etiam abeuntibus sensibilibus. Et ſm hoc, dicit hic ꝙ imaginatio non est eadem omnibus aīalibus. Sed quædam aīalia sunt, quæ hac sola uiuunt, carentia. ſ. intellectu. & directa in suis operationibus p imaginationem, sicut nos dirigimur per intellectū. Et licet nō oibus animalibus insit imaginatio, sicut nec intellectus, tamen de intellectu speculatiuo est alia rō, ꝙs de imaginatione. Differunt, enim adinuicem, ut infra patebit. Manifestū est igit ꝙ de unaquaq; parte animæ proprīssime dicitur hæc diffinitio, quæ assignata est de anima. Deinde cum dicit.

Libro. 3. T.cō.157

B

Necesse est autem, eum qui de hisce considerationem facturus est, quidnam sit uniuquodq; ipsorū accipere deniq; quærere, perserutariq; de hisce quæ sequuntur, ac comitantur.

Tecō.33

Necessarium autem est, debentem de his perserutationem facere, accipere unumquodq; eorum quid est postea sic de habitis & de alijs inuestigare.

Ostendit quo ordine determinandum sit de partibus animæ. Et assignat ordinem, ꝙtum ad duo. Primo quantum ad hoc quod ille qui debet de partibus animę ꝑscrutari primo debet accipere unumquodq; horum, quid est, & postea debet considerare de habitis id est consequentibus partibus, & de alīs quę sunt considerāda circa partes animę. & circa ipsa aīata, sicut de organis & de alīs huiusmodi. Et iste ordo necessarius est, quia si simul de omnibus determinaretur, esset confusa doctrina. Secundum tangit ibi.

Quod si dicere oporteat, quid unumquodque ipsorum sit, ut quid sit intellectiuum, uel sensitiuum, uel nutritiuum, antea dicendum est, quidnam sit intelligere, quid sentire. Nam operationes, actiones suæ potentijs utribusque priores sunt ratione, Quod si ita sit, atq; prius etiam obiecta, quam ista contemplari oporteat primum profecto de illis propter eandem causam, ut de alimento, de sensibili, de intelligibili determinare oportet.

C

Si autem oportet dicere, quid unumquoque ipsorum, ut quid intellectiuum, aut uegetatiuum, prius adhuc dicendum, quid sit intelligere, & quid sentire. Priores enim potentijs, actus et operationes, & secundum rationem sunt. Si aūt sic, adhuc his priora opposita oportet considerare, de illis primum utique oportebit determinare, propter eandem causam, ut de alimento, & sensibili, & intelligibili.

Dicens quod si oportet de aliqua parte aīę dicere qd est, scilicet quid est intellectiuum, aut sensitiuum, aut uegetatiuū, prius oportet dicere de actibus, scilicet quid sit intelligere. & quid sentire. Et hoc ideo quia secundum rationem diffinitiuam, actus & operationes sunt priores potentijs. Potentia. n. ſm hoc ipsum quod est, importat habitudinem quandam ad actum, est. n. principium quoddam agendi uel patiendi unde oportet quod actus ponantur in diffinitionibus potentiarum. Et si ita se habet circa ordinem actus & potentiæ, & actibus adhuc sunt priora op posita ideſt obiecta. Species enim actuum & operationū, sumuntur secūdum ordinem ad obiecta. Omnis enim animæ operatio, uel est actus potentiæ actiuæ uel passiuæ.

D

Obiecta quidem potentiarum passiuarum comparantur ad operationes earum, ut actiua, quia reducunt potentias in actum, sicut uisibile, uisum, & omne sensibile, sensum. Obiecta uero potentiarum actiuarum cōparantur ad operationes ipsarum, ut fines. Obiecta enim potentiarum actiuarum, sunt operata ipsarum. Manifestū est autem quod in quibuscunq; prætet operationes, sunt aliqua operata, quod operata sunt fines operationum, ut dicitur in primo Ethi. sicut domus quæ ædificatur, est finis ædificationis. Manifestum est igitur quod oē obiectum comparatur ad operationem animæ, uel ut actiuum, uel ut finis. Ex utroque autem specificatur operatio. Manifestum est enim qđ diuersa actiua secundum speciem, habent operationes specie differentes, sicut calefactio est a calore, & infrigidatio a frigore. Similiter etiā ex termino & fine specificat operatio, sicut sanatio & egrotatio differunt specie, secundū differentiā sanitatis & egritudinis. Sic igitur obiecta sunt priora operationibus animę in uia diffiniendi. Vñ et prius oportebit determinare de obiectis, ꝙs de actibus, propter eandem causam, propter ꝙs & de actibus prius determinatur ꝙs de potentijs. Obiecta autem sunt, sicut alimentum respectu uegetatiui, & sensibile respectu sensus, & intelligibile respectu intellectus. Sed sciendum est quod ex obiectis diuersis non diuersificantur actus & potentiæ animæ, nisi quando fuerit differentia obiectorum inquantum sunt obiecta ideſt secundum rationem formalem obiecti, sicut uisibile ab audibili. Si autem seruetur eadem ratio obiecti, quecunq; alia diuersitas non inducit diuersitatem actuum secundum speciem, & potentie. Eiusdē enim potentiæ est uidere hominem coloratum & lapidē coloratum, quia hæc diuersitas, per accidens se habet in obiecto, inquantum est obiectum.

E

Lect.1.

F

Sciendū est etiam quod intellectus noster possibilis est in potentia tantum, in ordine intelligibilium, sic aūt actu per formam a phantasmatibus abstractam, nihil autem cognoscitur, nisi secundum quod est actu, unde intellectus possibilis noster cognoscit seipsum, per speciem intelligibilem, ut in tertio habetur, non autem intuendo essentiam suam directe. Et ideo oportet quod in cognitionem animæ procedamus ab his quæ sunt magis extrinseca, a quibus abstrahuntur species intelligibiles, per quas intellectus intelligit seipsum, ut scilicet per obiecta cognoscamus actus, & per actus potentias, & per potentias, essentiam animæ. Si autem directe essentiam suam cognosceret anima per seipsam, esset contrarius ordo seruandus in animæ cognitione, quia quanto aliquid esset propinquius essentie animæ, tanto prius cognosceret ab ea.

G

Lectio. 8 Tex.c. 8.

Quare de alimento, de generatione hęc, primo dicendum esse uidetur. Nutritiua nanq; anima & cæteris inest, & prima est: & maxime cōis animæ uis, et potentia, qua cuncta uiuentia uiuūt, cuius sunt operatiōes, officiaue, generare, nutrimētoq; uti.

De potentia uegetatiua.

Quare primū de alimento, et generatione dicendū est. Vegetatiua enim anima et alijs inest, et prima: et maxime communis potentia est animæ: secundum quam inest uiuere omnibus cuius sunt opera, generare, et alimento uti.

Tecō.34

H

Lectio. VII.

POSTQVAM Philosophus distinxit potentias animę abinuicem & ostēdit quid & quo ordine de eis tractandum sit, hic secundum prætaxatum ordinem de eis determinat. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de singulis partibus animæ, quid sit unaquæq;. In secunda assignat causam quare talem consequentiam habent adinuicem. ibi ⁊ Vegetabilem igitur habent animam &c. in penultimo capitulo libri. ⁊ Prima diuiditur in partes quatuor. In prima determinat de uegetatiuo. In secunda de sensitiuo. ibi. ⁊ Determinatis autem his dicamus cōiter de oi sensu &c. ⁊ In tertia de intellectiuo. ibi. ⁊ De parte autem animæ qua cognoscit &c. ⁊ In quarta de motiuo

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum locum ibi. ¶ De moueꝛe autem, ꝙ forte animę sit &c. ¶ De appetitiuo autem non facit specialem tractatum, quia appetitiuum non constituit aliquem specialem gradum uiuentium, & quia simul cum motiuo de eo determinatur in .3. Prima aũt pars diuiditur in duas. In prima præmittit quædam quæ sunt necessaria ad cognitionem partis uegetatiuæ. In secũda determinat de parte uegetatiua ibi. ¶ Quoniam autem eadem potentia aiæ uegetatiuæ & generatiuæ &c. ¶ Prima diuiditur in duas. In prima dicit de quo est intẽtio. In secũda manifestat: q̃dã q̃ præexiguntur ad cognitionẽ partis uegetatiuæ. ibi, ¶ Naturalissimum n. operum &c. ¶ Concludit ergo primo ex prædictis ꝙ cum dicendum sit primo de obiectis & actibus, q̃ de potentiis, & primo de prima potentia, q̃ de cõsequentibus. sequitur, ꝙ primo dicendum est de alimento quod est obiectum animæ uegetatiuæ, & de generatione, quæ est actus eius. Ideo primo dicendum est de obiecto, & actu huiusmodi partis quam aliarum, quia ista pars est prima inter alias partes aiæ in subiectis in quibus inuenitur cum alijs, est enim quasi fundamentum aliarum, sicut esse naturale ad quod pertinent operationes eius. est fundamentum esse sensibilis & intelligibilis. Et alia ratio est, quare prius de ea dicendum est, quia ipsa est communis omnibus uiuentibus. ipsa enim separatur ab alijs, sed aliæ non separantur ab ea. & de cõmunibus prius est agẽdum. Huiusmodi autem partis opera sunt generare & alimento uti, & ideo de istis primo agendum est. Deinde cum dicit.

Hæc enim operatio, maximæ omnium operationum, uiuentibas est naturalis: uiuentibus inquam bisce, quæ sunt perfecta non membris capta, quæq; non sine semine oriuntur, nũquodque inquam aliud sibi simile procreare, animal qui tẽ animal, planta autem plantam, ut sint semper, hoc pacto, conditionẽq; subeant: quoad possunt, diuinam, id enim ipsum appetunt uniuersa, gratiaq; ipsius omnia agunt, quæcunque secundum naturam agunt. Duplex est autem id, causa cuius cætera fiunt atq; unum est quod, alterum quo. Cum igitur semper esse conditionemq; diuinam subire continuation: nequeant animantia, quia fieri nequit, ut caducorum atq; mortalium quicquam, idem unumq; numero semper permaneat, ut unumquodq; potest, sic æternitatis, cõditionisq; diuinæ particeps est, aliud quidem magis. aliud autem minus. Permanet que, non ipsum, sed tale: quale est ipsum, numero quidem non unum, specie autem unum.

Naturalissimum enim operum uiuentibus, quæcunq; perfecta, & non orbata, aut generationem spontaneam habent, facere alterum quale ipsum, animal quidem animal planta autem plãtam, quatenus ipso semper, & diuino esse, & immortali participent, secundum q̃ possunt. Omnia illud appetunt, & illius causa agunt omnia, quæcunq; agunt, secundum naturam. Id autem, cuius causa fit aliquid, dupliciter est, hoc quidem cuius, illud uero quo. Quoniam igitur communicare non possunt ipso semper, & diuino, continuatione, propterea qđ nihil contingit corruptibilium idem & unum numero permanere, secundum q̃ potest participare unumquodq;, sic communicat, hoc quidem magis, illud uero minus. Et permanet, non idẽ, sed numero quidem non unum, specie autem unum.

Determinat quædam quæ præexiguntur ad cognitionem partis uegetatiuæ Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit ꝙ generare pertinet ad partem uegetatiuam, quod ideo necessariũ fuit, quia supra huic parti non attribuit generationem, sed solum augmentum & decremẽtũ. In secunda ostendit ꝙ opera potentię uegetatiuæ sint ab anima, quod ideo necessarium fuit quia cum his operibus deseruiant qualitates actiuæ uel passiuæ, posset alicui uideri ꝙ essent a natura, & nõ ab anima. & præcipuæ quia in plantis est uita occulta & latens, & hoc ibi. ¶ Est autẽ anima uiuentis corporis &c. ¶ Primum ostendit tali ratione. Omnis operatio quæ naturaliter inuenitur in omnibus uiuentibus, pertinet ad potentiam uegetatiuam secundum quam primo uiuere inest omnibus ut dictum est, sed generare naturaliter inest omnibus uiuentibus, ergo pertinet ad potentiam uegetatiuam. Dicit ergo ꝙ ideo generare est opus animæ uegetatiuę, quia inter alia opera est magis naturale omnibus uiuentibus. Et dicitur naturalissimũ quia in hoc conuenit etiam cum alijs rebus inanimatis, q̃ generationem habent, licet alio modo, habent enim inanimata generationem ab extrinseco generante sed uiuentia a principio intrinseco, inquantum generantur ex semine quod proficit in rem uiuam. Sed ab ista generalitate uiuentium excipiuntur tria, quibus hoc opus non competit. Primo illa quæ sunt imperfecta, sicut pueri non generant. Quod enim põt alterũ facere tale quale ipsum est, in uno quoq; genere, perfectum est. Secundo excipit illa quę patiuntur aliquem defectum alicuius principij naturalis, sicut sunt spadones & frigidi. Tertio animalia & plantæ quæ generantur sine semine ex putrefactione. In his enim, propter sui imperfectionem sufficit ad eorum productionem, agens uniuersale. f. uirtus corporis cœlestis & materia disposita. In animalibus autem perfectis plura requirũtur principia, non enim agens uniuersale sufficit, sed requiritur agens proprium uniuocum. Dicit ergo ꝙ uiuentia possunt facere alterum, quale ipsa sunt ¶ quęcunq; sunt ꝑfecta ¶ ad excludendum pueros ¶ & non orbata. ¶ ad excludendũ eunuchos, & habentes similes defectus, ¶ aut quæcunq; non hñt generationem spontaneam. ¶ ad excludendum ea, quæ generantur ex putrefactione, quæ dicuntur quasi sponte nasci, quia producuntur ex terra sine semine, per illam similitudinem qua dicitur: aliqs spõte facere illud, ad quod ab extrinseco non inducitur. Sic autem intelligitur ꝙ res uiua facit alterũ, quale ipsum est quia animal facit animal & planta plantam. Et ulterius secundum speciem tale animal facit tale animal, ut homo generat hominem & oliua oliuam. Ideo autem est natura le uiuentibus facere alterum tale, quale ipsum est ¶ ut sem per participent, secundum ꝙ possunt, diuino & immortali ¶ .i. ut assimilẽtur ei secundum posse. Considerandũ est enim ꝙ sicut sunt diuersi gradus ꝑfectionis in aliquo uno & eodem, quod exit de potentia in actum, ita etiam sunt diuersi gradus perfectionis in diuersis entibus, uñ quanto aliquid fuerit magis perfectũ, tãto perfectioribus magis assimilatur. Sicut igitur unumquodq; q̃ uñ fuerit exiẽs de potentia in actum, cum fuerit in potentia, ordinatur ad actum, & appetit ipsum naturaliter, & cum fuerit in actu minus, ꝑfecto desiderat actũ ꝑfectiorẽ, ita unũqđq; qđ est in inferiori gradu rerum, desiderat assimilari superioribus, q̃tum potest. Et hoc est quod subiungit ꝙ ¶ omnia appetunt illud ¶ .i. assimilari diuino & immortali ¶ & illius causa agunt, quæcunque naturaliter agunt. ¶ Sed intelligẽdum est ꝙ id cuius causa agitur dicitur dupliciter. Vno modo id cuius causa agitur directe sicut sanitatis cã agit medicus. Alio mõ sicut quo. Quod põt intelligi dupliciter. uno modo ut intelligamus ꝙ finis, dicitur & subiectum habens id cuius causa agitur, ut si dicamus ꝙ finis medicinæ est non tantum sanitas, sed etiam corpus habens sanitatem. Alio modo ut dicamus ꝙ finis est, non tãtum principale intentũ, sed etiam illud quo illud adipiscimur, ut si dicamus quod finis medicinæ est calescere corpus, quia a calore habetur æqualitas complexionis, quæ est sanitas. Sic igitur & hic potest dici, quod ipsum esse ꝑpetuum est id cuius causa agitur, uel res habens perpetuitatem, cui naturalia intendunt assimilari per generationẽ, in quo. f. est perpetuitas, uel etiam ipsa generatio, qua perpetuitatem, adipiscuntur. Quia igitur non possunt communicare inferiora uiuentia ipsi esse sempiterno & diuino, ꝑ modum

modum continuationis ideſt ut maneant eadem numero, propter hoc ꝙ nihil corruptibilium cõtigit unũ & idem numero permanere semper: cum necessitas corruptionis sit necessitas absoluta utpote proueniens ex ipsa materia, nõ ex fine, sequitur ꝙ unumquodq; communicet perpetuitate secundum ꝙ potest, hoc quidem magis, quod est diuturnius illud uero minus, quod est minus diuturnum, & tamen permanet semper per generationem, nõ idem simpliciter. ¶ sed ut idem ¶ .i. in simili secundum speciem. Vnde exponens quod dixerat, subdit ꝙ non permanet unum numero, quod est esse unum simpliciter. sed permanet idem specie, qa unumquodq; generat sibi simile secundum speciem. Deinde cum dicit.

Tex.36 *Est autẽ anima, corporis causa, principiũq; uiuentis. Atqui cum multifariam hæc dicantur, anima pari modo tribus determinatis modis causa est. Nam est causa, a qua profluit motus, est etiam gratia cuius cætera fiunt, est insuper ut forma corporum animatorum, substantiaue.*

Est autem anima, uiuentis corporis causa & principium. Hæc autem multipliciter dicuntur. Attamen anima secundum determinatos modos tres, causa dicitur. Et enim unde motus, et cuius causa, & sicut substantia animatorum corporum, anima est causa.

Ostendit ꝙ opera quæ attribuunt potentiæ uegetatiuę sunt ab anima. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit ueritatem. Secundo excludit errorem. ibi ¶ Empedocles aũt non bene dixit &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo ꝓponit quod intendit, & dicit ꝙ anima est principium & cã uiuẽtis corporis. Et cum principium & cã dicatur multipliciter, anima dicitur tribus modis principium & cã uiuentis corporis. Vno modo, sicut uñ est principium motus. Alio modo, sicut cuius cã. i. finis. Tertio, sicut substantia. i. forma corporum animatorum. Secundo ibi.

Atq; causam, ut substantiam, animãtium esse, non est obscurum. Causam nanq; cunctis ut sint, formã ipsam atq; substãtiã esse patet. At uiuere uiuentium est esse, cuius sane causa est (ut constat) atque principium, anima.

Tex.37 Quod igitur sit sicut substantia, manifestum est. Causa. n. ipsius esse, omnibus substantia est. Viuere autem uiuẽtibus esse est. Causa autem & principium horum, anima.

Viuere est uiuẽtiũ cã. Probat quod supposuerat. Et primo ꝙ anima sit causa uiuẽtis corporis, ut forma, et hoc duplici ratione, quarum prima talis est. Illud est causa alicuius ut substãtia. i. ut forma, quod est causa essendi. Nam per formam unumquodque est actu. Sed anima uiuentibus est causa essendi, ꝑ animam enim uiuunt & ipsum uiuere, est esse eorum. ergo anima est causa uiuentis corporis ut forma. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea, actus eius quod est potentia, ratio est eiusdem, ut anima uiuentis est corporis actus.

Tex 26. 6 *Amplius autem eius quod est in potentia, ratio actus est.*

Quæ talis est. Id quod est actus alicuius est ratio et forma eius, quod est in potentia. Sed anima est actus corporis uiuentis, ut ex superioribus patet. ergo anima est ratio & forma uiuentis corporis. Secundo ibi.

Actꝰ finis & ꝓpter quid. *Patet etiam animam esse causam, ut id, gratia cuius cætera fiunt. Nam ut mens, sic & natura, alicuius gratia facit: quod quidem ipsius est finis, atq; tale est in ipsis uiuentibus, anima: secundum naturam. Vniuersa nanq; naturalia corpora, tã animalium, quam etiam plantarum, ipsius animæ sunt instrumẽta. Quo fit, ut ipsa sint animæ, sine controuersia, gratia. Duplex est autem id (uti diximus) causa cuius cætera fiunt, atque unum est quod, alterum quo.*

Ꝓpter tex. 15. *Manifestum autem est ꝙ & cuius gratia, anima causa est. Sicut. n. intellectus, gratia huius facit eodem modo & natura, & hoc est ipsius finis. Tale est autem in animalibus anima secundum naturam. Omnia enim physica corpora, animæ instrumenta sunt, sicut animalium, sic & plantarum, tanquam gratia animæ existentia. Dupliciter autem dicitur cuius gratia id, & cuius, & quo.*

Ostendit ꝙ anima est causa, ut finis, & ꝙ sit causa ut finis uiuentium corporum, sic ostendit. Sicut. n. intellectus operatur propter finem, ita & natura ut probat in .2. phy si. Sed intellectus in his quæ fiunt per artem, materiam ordinat & disponit propter formam, ergo & natura. Cum igitur anima sit forma uiuentis corporis, sequitur ꝙ sit finis eius. Et ulterius non solum aia est finis uiuẽtium corporum, sed etiã omnium naturalium corporum in istis inferioribus, quod sic probat. Videmus. n. quod omnia naturalia corpora sunt quasi instrumenta animę. non solum in animalibus, sed etiam in plantis. Videmus. n. qđ homines utuntur ad sui utilitatem, animalibus & rebus inanimatis, animalia uero plantis, & rebus inanimatis, plantæ aũt rebus inanimatis, inquantum. f. alimentum & iuuamẽtum ab eis accipiuntur. Secundum autem quod agitur unumquodq; in rerum natura, ita natum est agi. Vnde uidet qđ omnia corpora inanimata sint instrumenta animatorum, et sint propter ipsa. Et etiam animata minus perfecta, sint propter animata magis perfecta. Et consequenter distinguit id cuius cã est, sicut & supra. Tertio ibi.

Aia est cã efficies omniũ mouentiũ, q̃ laian tiũ. fuerit. *At uero constat animam id etiam esse, unde primum motus ad locum accommodatus emergit, uerum hæc uis non uniuersis inest uiuentibus. Fit etiam per animam & alteratio et accretio, sensus. n. alteratio quædam esse uidetur, sentitq; nihil, quod non habeat animam, eadem est & de acceretione decretioneue ratio. Nihil. n. incrementa naturaliter decrementaue suscipit, quod non nutritur, & nihil prorsus nutritur, quod non uitæ particeps sit.*

Te. c. 38. *At uero & unde principium qui secundum locũ motus, anima est, non omnibus autem uiuentibus inest potentia hæc. Est autem et alteratio et augmentum secundum animam. Sensus. n. quædam alteratio esse uidetur. Nihil autem sentit, quod non habet animam. Similiter autem et de augmento et decremento se habet: nihil enim decrementum patitur, neque augmentũ physice, nisi alatur, alitur autem nihil, quod non communicet uitã.*

Ostendit quod aia est principium mobilis corporis, sicut unde motus. & utitur quasi tali ratiõe. Omnis forma corporis naturalis. est principium motus proprij illius corporis, sicut forma ignis est principium motus eius. Sed qdam motus sunt proprij rebus uiuentibus. f. motus localis quo animalia mouent seipsa. motu processiuo secundum locum, licet hoc non insit omnibus uiuentibus, & similiter sentire est alteratio quædam, & hoc non inest nisi habentibus animam. Item motus augmenti & decrementi non inest, nisi illis quæ aluntur, & nihil alitur, nisi habens animam. ergo oportet quod anima sit principium omnium istorum motuum.

Empedos. opinio. *Atq; in hac parte, sententia Empedo. est posti habenda, qui quidem hoc non recte dixit, hoc addens, ideo incrementa plantas suscipere, tum in radicibus infra, tum in ramis etiam supra quia terra deorsum sua pte natura, & ignis sursum identidem pergit.*

Empedocles autẽ non bene dixit hic addens augmentum accidere plantis, deorsum quidem radicem mittentibus, propterea quod terra sic fertur secundum naturam, sursum autem propter ignem similiter.

Lectio. VIII.

SVPERIVS ostendit Philosophus quod opera q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

I attribuuntur potentiæ uegetatiue, sunt ab anima. Nũc excludit quosdam errores, contra determinatam ueritatem. Et diuiditur in partes duas ſm duos errores quos remouet. Secũda pars incipit. ibi. ¶ Videtur aũt quibuſdã ¶ Circa primũ duo facit. Primo ponit errorem. Secundo improbat ipſum. ibi. ¶ Neq; n. ſurſum & deorſum. ¶ Sciendum eſt igitur circa primum quod ſicut Empedo. alias uti litates quę in rebus uiuentibus proueniunt non dixit procedere ex intentione naturę, ſed ex neceſſitate materię, puta q̃ pedes animalium ſic ſunt diſpoſiti non ut ſint utiles ad greſſum, ſed quia ſic contigit materiã diſpoſitam fuiſſe circa pedes, ita etiam & augmentum uiuẽtium nõ attribuit animæ, ſed motui grauium & leuium. Videbat enim q̃ uiuentia augẽtur in diuerſas partes, puta ſurſum & deorſum, quod apparet manifeſte in plantis, quæ radices in deorſum mittunt, & rami in ſurſum eleuantur. Dicebat igitur q̃ augmentum plantarum in deorſum cauſatur ex motu terræ quæ eſt in compoſitione plantæ, & naturaliter deorſum fertur, propter ſui grauitatem. Augmentum autẽ in ſurſum cauſatur ex motu ignis qui propter ſui leuitatẽ naturaliter ſurſum fertur. Deinde cum dicit.

Primum nanq; non recte accipit in plantis differentias dictas, infra inquam ac ſupra. Non enim eadem ſunt omnium rerum, & uniuerſi, ſupra & infra ſed quam habet rationem in animalibus caput, eam ſubeunt in plantis radices, ſi inſtrumenta diuerſa, uel eadem operationibus, officiſq; ẽ dicere aſſererẽque oportet.

Neque enim ſurſum & deorſum bene accipit. Non enim idẽ omnibus ſurſum & deorſum, & omni, ſed ſicut caput animalũ ſic radices plantarum ſunt, ſi congruit, inſtrumenta dicere altera & eadem, operibus. Nam quæ ad idem opus accommodantur, eadem inſtrumenta eſſe iudicamus.

Reprobat prædictam opinionẽ dupliciter Et primo quidem per hoc q̃ non bene accipit ſurſum & deorſum. Ad cuius euidentiam ſciendũ eſt quod ſurſum & deorſum, & aliæ poſitionum differentiæ. ſ. ante & retro, dextrum & ſiniſtrum in quibuſdam quidem diſtinguuntur ſecundum naturã in quibuſdam uero ſolum poſitione quo ad nos. In quibus. n. ſunt determinatæ partes, quæ ſunt naturaliter principia aliquorum motuũ, in his diſtinguuntur prædictæ poſitionum differentiæ ſecundum naturam, ſicut in uniuerſo, ad cuius medium naturaliter feruntur grauia, ad circunferentiam feruntur naturaliter leuia. Vnde in uniuerſo ſurſum & deorſum naturaliter diſtinguuntur. Et ſurſum dicitur locus ad quẽ ferunt leuia & deorſum ſiue medium ad quem feruntur naturaliter grauia. In uiuentibus etiam & mortalibus, ſecundum motum augmenti & decrementi, & determinantur ſurſum & deorſum. Nam ſurſum dicitur illa pars unde uiuentia alimentum accipiunt, deorſum aũt pars oppoſita, uñ ſuperfluitates emittũtur. Aũ uero & retro determinaẽ in qbuſdam aialibus, uel uiuẽtibus ſm ſenſum dextrũ & ſiniſtrũ ſm motũ localẽ. In his uero in quibus non eſt aliqua determinata pars, principiũ aut terminus alicuius motus, in eis non determinantur poſitionum differentiæ ſecundum naturam, ſed ſolũ poſitione quo ad nos ſicut in rebus inanimatis. Vnde eadem columna dicitur ſiniſtra & dextra, ſecundum quod eſt homini dextra uel ſiniſtra. In quibuſdam autem uiuentiũ in quibus determinatur ſurſum & deorſum ſecundum naturam, eodem modo determinantur ſicut in uniuerſo, ut in homine cuius ſuperior pars. i. caput eſt uerſus ſurſum uniuerſi, inferior autem eſt uerſus deorſum ipſius. In plantis autem eſt econuerſo, nam radices plantarum ſunt proportionabiles capiti, ad eundem enim actum ordinantur. nã ſicut animalia cibum accipiunt ore, quod eſt in capite, ita plantæ radicibus. Inſtrumenta autem dicuntur eadem & altera, ſiue ſimilia & diſſimilia, ex operibus quæ ſunt fines eorum, unde radices plantarum ſunt ſimiles capitibus animalium, & tamen ſunt uerſus deorſum. Vnde modo contrario ſe habet ſurſum & deorſum in plantis, & in uniuerſo. In brutis autem animalibus non eodem modo ſe habet quia eorum capita non ſe habent uerſus ſurſum uniuerſi, neq; deorſum ipſius. Hoc eſt ergo quod dicit, qđ ſurſum & deorſum non eſt idem omnibus. ſ. uiuẽtibus, & omni. i. uniuerſo. Sed Empedo ſic accipit ſurſum & deorſum, ac ſi eodem modo eſſet in omnibus uiuentibus & in uniuerſo. Si enim motus augmenti ſecũdum quem determinatur ſurſum & deorſum in uiuentibus, ſit ſecundum motũ grauium & leuium ſecundum quem determinatur ſurſum & deorſum in uniuerſo, ſequetur quod eodem modo ſit ſurſum & deorſum in omnibus uiuentibus, & in uniuerſo. Et ideo etiam ipſe in plantis augmentum radicum dicit eſſe deorſum. Secundo ibi.

Deinde quod eſt, quod continet terram, ignemue, quæ quidem in contraria loca feruntur, Diſtrahent enim profecto niſi aliquid ſit, quod ipſa prohibeat, atq; detineat. Quod ſi ſit aliquid, ideſt profecto anima ipſa. Quo fit, ut ipſa ſit augendi cauſa, nutriendiue, non elementa, quemadmodum ille putabat.

Adhuc autem, quod eſt continens ea quæ in contraria ferũtur, ignem & terram. Diſtrahentur enim niſi aliquid ſit prohibens. Si uero erit, hoc eſt anima, & cauſa augmenti & alimenti.

Reprobat prædictam poſitionem alio modo. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, qđ cum elementa non ſint actu in mixto, ſed in uirtute, non habet in elementum ſeorſum proprium motũ, ſed totum mixtum mouetur motu elemẽti prædominantis in ipſo. Si autem quodlibet elementum haberet proprium motum, ut Empedo. ponere uidebatur, cum naturalis motus elementorum ſit ad contraria loca, ſequeretur quod totaliter abinuicem ſepararentur, niſi eſſet aliquid continens elementa quod non ſineret totaliter abſcedere elementa abinuicem. Illud autem quod continet elementa ne totaliter abinuicem ſegregentur, maxime uidetur eſſe cauſa alimenti & augmenti. Sed augmentum ſecundũ diuerſas partes contingit ex diuerſis motibus elementorum. Non. n. poſſet imaginari qualiter eſſet augmẽtum, elementis in contraria moris, niſi per hoc quod manent adinuicem coniuncta, quia ſi totaliter ſepararentur, eſſet diuiſio, non augmẽtum. Illud igitur principaliter eſt cauſa augmenti, quod continet elementa ne totaliter abinuicem ſeparentur, hoc autem eſt anima in rebus uiuentibus. Anima igitur eſt principium augmenti. Deinde cum dicit.

D Quia posuerat similitudinem inter sentire in actu, & cõsiderare, uult ostẽdere differentiam inter ea, cuius quidem differentiæ causam assignare incipit, ex differentia obiectorum, scilicet sensibilium, & intelligibilium, quæ sentiũ

B sunt et considerantur in actu. Sensibilia. n. quæ sunt actiua operationis sensitiuæ. s. uisibile, & audibile, & alia huiusmodi, sunt extra animam Cuius causa est, quia sensus secundum actum sunt singularium. q̃ sunt extra aiam, sed scientia est uniuersalium quæ quodammodo sunt in aia. Ex quo patet q̃ ille qui iam habet scientiam, nõ oportet q̃ quęrat extra, sua obiecta, sed habet ea in se, unde potest considerare ea cũ uult, nisi forte per accidens impediatur. Sed sentire non potest aliquis cum uult, quia sensibilia nõ hẽt in se, sed oportet q̃ adsint ei extra. Et sicut est de operatione sensuũ, ita est in scientijs sensibilium, quia etiã sensibilia sunt de numero singularium, & eorũ quæ sunt extra animam. Vnde homo non potest considerare secundũ scientiam, omnia sensibilia quæ uult, sed illa tantum, quæ sensu percepit. Sed secundum certitudinem determinare de his, iterum erit tempus. Sin autem, ubi agetur de intellectu, & de comparatione intellectus ad sensum. Circa ea uero, quæ hic dicuntur, considerandum est quare sensus sit singularium, scientia uero uniuersalium, & quomodo uniuersalia sint in anima. Sciendum est igitur circa primum, q̃ sensus est uirtus in organo corporali, intellectus uero est uirtus immaterialis, quæ non est actus alicuius organi corporalis. Vnumquodq; autem recipitur in aliquo p modum sui, cognitio autem ois fit per hoc q̃ cognitũ est aliquo modo in cognoscente. s. secundum similitudinem, nã cognoscens in actu, est ipsum cognitum in actu, oportet igitur q̃ sensus corporaliter, & materialiter recipiat similitudinem rei, quæ sentitur. Intellectus autẽ recipit similitudinem eius, quod intelligitur incorporaliter, & immaterialiter. Indiuiduatio autem naturę cõmunis in rebus corporalibus, & materialibus, est ex materia corporali, sub determinatis dimensionibus contenta, uniuersale aũt est per abstractionem ab hmõi materia, & materialibus conditionibus indiuiduantibus. Manifestum est igitur, quod similitudo rei recepta in sensu representat rem, secundũ qd̃ est singularis recepta autem in intellectu, representat rem ſm rõnem uniuersalis naturæ, & inde est quod sensus cognoscit singularia, intellectus uero uniuersalia, & horum sunt scientiæ. Circa secundum uero considerandum est, qd̃ uniuersale potest accipi dupliciter Vno modo potest dici uniuersale ipsa natura communis prout subiacet intentioni uniuersalitatis. Alio modo secundum se. Sicut & album potest accipi dupliciter, uel id cui accidit esse album, uel ipsummet, secundum quod subest albedini. Ista autem natura cui aduenit intentio uniuersalitatis, puta natura hominis habet duplex esse, unum quidem materiale, secundum qd̃ est in materia naturali, aliud autem immateriale, secundum quod est in intellectu. Secundum igitur, qd̃ habet esse in materia naturali, non potest ei aduenire intentio uniuersalitatis, quia per materiam indiuiduatur. Aduenit igit ei uniuersalitatis intentio, secundum, qd̃ abstrahitur a materia indiuiduali. Non est autem possibile qd̃ abstrahatur a materia indiuiduali realiter, sicut Platonici posuerunt. Non. n. est homo naturalis. i. realis, nisi in his carnibus, & in his ossibus, sicut probat Philosophus in. 7. Metap. Relinquitur igitur qd̃ natura humana non habet esse præter principia indiuiduantia, nisi tantum in intellectu. Nec tamen intellectus est falsus dum apprehendit naturam communem præter principia indiuiduãtia, sine quibus esse nõ potest in rerum natura Non enim apprehendit hoc intellectus. s. q̃ natura communis sit sine principijs indiuiduãtibus, sed apprehendit naturam communem non apprehẽdendo principia indiuiduantia. & hoc non est falsum. Primum autem esse falsum, sicut si ab homine albo separarẽ albedinẽ hoc mõ, q̃ intelligerem eum non esse album, esset. n. tunc apprehensio falsa, si autem sic separarem albedinem ab homine, q̃ apprehenderem hominem, nihil apprehendendo de albedine eius, non esset apprehensio falsa. Non. n. exigitur ad ueritatẽ apprehensionis, ut qui apprehendit rem aliquam apprehendat omnia quæ insunt ei.

B

Tex.c 1. & inde. Quare sensus ẽ singulariũ & intellectꝰ uniuersaliũ.

F

Quomodo utria sint in aia & qũo i rebus. Vide dupliciter põt considerari.

G

Lectio. 7. Tex c 23. Lege ifem li 3 1 tex. xi. &c. 35.

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Sic igitur intellectus abstr. falsitate abstrahit genus a speciebus, inquantum intelligit naturam generis non intelligendo differentias. Et similiter abstrahit speciem ab individuis, inquantum intelligit naturam speciei, non intelligẽdo individualia principia. Sic igitur patet, ꝙ naturæ communi non potest attribui intentio uniuersalitatis nisi secũdum esse q̃ habet in intellectu, sic.n. solum, est unum de multis, prout intelligitur præter principia, quibus unum in multa diuiditur, unde relinquitur ꝙ uniuersalia secundum ꝙ sunt uniuersalia, non sunt nisi in anima. Ipsæ autẽ naturæ quibus accidit intentio uniuersalitatis, sunt in rebus. Et propter hoc, nomina cõia significantia nãturas ipsas, prædicãtur de individuis non aũt nomina significãtia intentiones. Socrates.n. est homo, sed nõ est species, q̃uis homo sit species. Deinde cum dicit.

Cur hęc vera sit, Socr. est hõ, ñ ita ista, Soc. est species. Duplex potẽtia, remota, & ꝓpinqua.

K *Nunc id sit a nobis determinatum, cum simplex inquam nõ sit id, quod dicitur esse potentia, sed aliud quidẽ sit, ut puer, quẽ militare posse, dicere licet, aliud autem ut hi\sce, qui iam ætate, militariq; arte, aptus euasit ad militandum, sensitiuum similiter sẽhabere. Atq; cum ipsorum differentia nomine careat, determinatũ autem̃ sit, ipsa esse diuersa, & quapacto diuersa sunt necesse est, ipso pati, ac alterari, tanquam proprijs nominibus uti. ipsum autem sensitiuum potentia tale est, quale iam ipsum sensibile est actu, sicuti diximus. Patitur igitur, cum est non simile. At passum, euasit simile, & est tale, quale est illud.*

Text. 61. *Nunc autem tantum sit diffinitum, quod cum non simpliciter sit id, quod potentia dicitur, sed aliud quidem, sicut si dicamus, puerum posse militare, aliud autem, sicut in ætate existentem, sic habet & sensitiuum. Quoniam autem innominata est ipsorum differentia, Determinatum est autem de his, quod altera sunt, & quomodo altera. Vt i necesse est ipso pati, & alterari tanquam proprijs nominibus. Sensitiuum autẽ, potentia tale est, quale iam actu est sensibile, sicut dictum est. Patitur igitur non simile existens, passum autem, essimilatum est, & est tale, quale illud.*

Text. 62 L Recolligit quod dictum est de sensu. Et dicit, ꝙ nũc tãtum sit diffinitum, ꝙ non simpliciter dicitur id, quod est in potentia sed multipliciter. Vno.n. modo dicimus puerũ posse militare, secundum potẽtiam remotam. Alio modo posse dicimus militare, q̃n iã est in ætate perfecta & hoc secundum potẽtiam propinquam. Et similiter se habet in sensitiuo, Dupliciter.n. est aliquis in potentia ad sentiẽdũ aliquid, ut iam dictum est. Et licet non sint nomina posita in quibus harum differentia potentiarum ostẽdatur, tamẽ determinatum est, ꝙ iste potentiæ sunt alterꝫ abinuicẽ, & quomodo sint alterꝫ. Et licet alterari & pati non propriæ dicatur aliquid, secundum ꝙ exit de potentia secunda in actum, prout habens sensum sit actu sentiens, tamen necesse est uti hoc ipso, quod est pati & alterari, ac si essent nomina propria. & conuenientia, quia sensitiuum in potentia, est tale, quale est in actu sensibile. Et ꝓpter hoc sequitur, ꝙ secundum ꝙ patitur a principio, non est simile sensus sentienti. sed secundum ꝙ iam est passum, est assimilatum sensibili, & est tale, quale est illud. Quod quia distinguere nescierunt antiqui philosophi, posuerunt sensum esse compositum ex sensibilibus.

De sensuũ obiecto. Sẽsibile tripliciter. M *At enim de unoquoq; sensu, deinceps a sensibilibus cuiusque proficiscentes, dicamus oportet. Atq; prius ipsa sensibilia distinguenda esse uidentur. Sensibile itaq; tripliciter dicitur. Sensibilium enim quædam per se, quædam per accidens sentiũtur. Et illorum, rursus alia sunt uniuscuiusq; propria sensus, alia communia cunctis.*

Text. c. 63 *Dicendum autem est secundum unumquemq; sensum, de sensibilibus primo. Dicitur autem sensibile tripliciter. quorũ duo quidem dicimus per se sentiri: unum autem per accidens. Duorum autem, aliud quidem proprium est uniuscuiusq; sensus, aliud autem commune omnium.*

N

Lectio. XIII.

POSTQVAM ostendit philosophus, quo se habet sensus ad sensibilia, incipit determinare de sensibili, & sensu. Et diuiditur in partes duas. In prima parte determinat de sensibilibus. In secunda de sensu, ibi. ¶ Quod autẽ uniuersaliter de omni sensu &c. ¶ Prima diuiditur in duas partes. In prima distinguit sensibilia propria ab alijs modis sensibilium. In secũda determinat de sensibilibus proprijs secundum unumquemq; sensum, ibi ¶ Cuius quidem est usus &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo ponit diuisionem sensibilium. Secundo exponit membra diuisionis, ibi ¶ Dico autem proprium quidem &c. ¶ Dicit ergo primo ꝙ antequã determinetur de sensu quidnam sit, oportet primo dicere de sensibilibus secundum unumquemq; sensum, quia obiecta sunt prærua potentijs. Sensibilia uero tribus modis dicuntur. Vno quidem modo per accidẽs & duobus modis per se, quorum uno dicuntur sensibilia illa, quę propria, sunt singulis sensibus, alio modo dicuntur sensibilia illa quæ cõiter sentiuntur ab omnibus quæ sentiunt. Deinde cum dicit.

Quid sit ꝓprium sensibile. *Atq; proprium id sensibile dico, quod alio sensu sentiri non potest, & circa quod error fieri nequit. ut color respectu uisus, & sonus, auditus, sapor, & gustus. Tactus autem plures differentias habet quidem, iudicat tamen de illis, ut cæterorum sensuum quisque de suo sensibili, & non decipitur. Visus enim non erat esse colorem, aut auditus esse sonum, sed quid sit id, quod est infectũ colore, uel ubi, aut quid sonans. Huiusmodi igitur sensibilia dicuntur uniuscuiusq; propria sensus.*

Dico autem proprium quidem, quod non contingit altero sensu sentiri, & circa quod non contingit errare, ut uisus, coloris, & auditus, soni, & gustus, saporis. Tactus autem plures habet differentias. Sed unusquisq; sensus iudicat de his, & non decipitur, neq; uisus, quoniã color: neq; auditus, quoniã sonus sit, sed quid est coloratũ, aut ubi. aut quid sonans. Huiusmodi igitur dicuntur propria uniuscuiusq; sensus obiecta.

Exponit membra diuisionis. Et primo exponit q̃ sunt sensibilia propria. Et dicit ꝙ sensibile proprium est, quod ita sentitur uno sensu, ꝙ nõ potest alio sensu sentiri, & circa quod nõ potest errare sensus, sicut uisus proprie est cognoscitiuus coloris & auditus soni & gustus humoris. i. saporis sed tactus habet plures differentias appropriatas sibi, cognoscit.n. calidũ & humidum, frigidum, & siccũ, graue, & leue. & huiusmodi multa. Vnusquisq; autem horum sensuum iudicat de proprijs sensibilibus, & non decipitur in eis, sicut uisus non decipitur ꝙ sit talis color, neq; auditus decipitur de sono. Sed circa sensibilia per accidẽs uel communia, decipiuntur sensus, sicut decipitur uisus, si uelit iudicare homo per ipsum, quid est coloratũ, aut ubi sit. Et similiter decipitur quis, si uelit iudicare per auditum quid est, quod sonat. Hæc igitur sunt propria sensibilia uniuscuiusq; sensus. Secundo ibi.

Quid sit cõmune sẽsibile. *Communia uero sunt hæc, motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Talia nanque nullius sunt propria sensus, sed omnibus communia sunt. Etenim tactu, motus quidam sensibilis est, atque uisu.*

Q *Communia autem sunt motus, quies, numerus, figura, magnitudo, hmõi enim nullius sensus sunt propria, sed communia omnibus, Tactu enim motus aliquis sensibilis est, & uisu. Per se igitur sunt sensibilia hæc.*

Text. c. 64

Exponit secundum membrum diuisionis dicens, quod communia sensibilia sunt ista quinque, motus, quies, numerus

A merus, figura, & magnitudo. Hæc.n. nullius sensus unius sunt propria, sed sunt communia omnibus. Quod non est sic intelligendum quasi omnia ista sint omnibus cõia, sed quędam horum, scilicet numerus, motus, & quies, sunt cõmunia omnibus sensibus. Tactus uero, & usus percipiũt omnia quinq;. Sic igitur manifestum est quæ sint sensibilia per se. Tertio ibi.

Sensibile p accs qd. Per accidens autem sensibile dicitur ut si albũ Diarii filius sit. *Per accidens enim hoc sentitur, quia albo quod sentitur, id accidit: Quapropter & nihil ipse sensus ab huiuscemodi sensibilibus patitur, ut talia sunt. Eorum autem quæ per se sentiũtur, illa sunt proprie sensibilia, quæ propria sunt, & ad quæ substãtia uniuscuiusq; sensus est apta.*

Text. 65 *Secundum accidẽs autem dicitur sensibile, ut si albũ sit Diari filius. Secundum accidens etenim hic sentitur, quoniam albũ esse, huic accidit, quod sentitur, unde sensus nihil patitur a sensibili: quatenus tale est. Sensibilẽ autem secundum se ex proprie propria sensibilia sunt, & ad quæ substantia uniuscuiusq; sensus est naturaliter accommodata.*

B Exponit tertiũ membrũ diuisionis, & dicit ꝙ ꝑm accidens sensibile dicitur, ut si dicamus ꝙ Diarius, uel Socrates est sensibile per accidẽs, quia accidit ei esse albũ. Hoc enim sentitur per accidẽs, quod accidit ei, quod sentitur ꝓ se, accidit autem albo, quod est sensibile per se ꝙ sit Diarius, unde Diarius est sensibile per accidẽs. Vnde nihil patitur sensus ab hoc, inquantum huiusmodi Quamuis autẽ sensibilia communia, & sensibilia propria sint per se sensibilia, tamen propria sensibilia sunt proprie per se sensibilia quia substantia uniuscuiusq; sensus, & eius diffinitio est in hoc, quod est aptum natum pati a tali sensibili, Ratio autem uniuscuiusq; potentiæ consistit in habitudine ad proprium obiectum. Dubitatur autem hic de distinctione sensibilium communium, a sensibilibus per accidẽs. Sicut.n. sensibilia per accidens non apprehenduntur, nisi inq̃ntum sensibilia propria apprehenduntur, nisi inquantum sensibilia communia, nunquam enim uisus apprehendit magnitudinem, aut figuram, nisi inq̃uantum apprehendit colorã tum uidetur ergo ꝙ sensibilia communia sint etiam sensibilia per accidens. Dicunt igitur quidam ꝙ huiusmodi communia sensibilia non sunt sensibilia per accidens, propter duas rationes. Primo quidem quia huiusmodi sensibilia communia sunt propria sensui communi, sicut sensibilia propria, sunt propria singulis sensibus. Secundo, quia sensibilia propria non possunt esse sine sensibilibus communibus, possunt autem esse sine sensibilibus per accidẽs. Vtraq; autem rãtio incompetens est. Prima quidem quia falsum est ꝙ ista sensibilia communia sint ꝓpria obiecta sensus communis. Sensus.n. communis est quædam potẽtia, ad quam terminantur immutationes omnium sensuum ut infra patebit. Vñ ipossibile est ꝙ sensus cõis hẽat aliq̃d propriũ obiectum, q̃d non sit obiectũ sensus ꝓprij. Sed circa immutationes ipsas sensuum propriorum a suis obiectis, habet sensus cõmunis aliquas operationes proprias, quas sensus proprij habere non possunt, sicut ꝙ percipit ipsas immutationes sensuum, & discernit inter sensibilia diuersorum sensuum. Sensu enim cõmuni percipimus nos uidere, & discernimus inter sensibilia diuersorum sensuũ. f. album & dulce. Præterea Dato ꝙ sensibilia communia essent propria obiecta sensus communis, non excluderẽ quin essent per accidẽs sensibilia. respectu sensuum propriorum. Sic enim agitur de sensibilibus, ꝑm ꝙ habẽt habitudinem ad sensus proprios. nam potentia sensus communis, nondum est declarata. Quod autem est obiectum proprium alicuius interioris potentiæ, contingit esse ꝓ accidens sensibile ut postea dicetur. Nec est mirũ, quia hoc quod est per se sensibile, uni sensuum exteriorũ, est per accidens sensibile respectu alterius, sicut dulce est per accidens, uisibile. Secunda etiam ratio non est competens: Non enim refert ad id, q̃d est sensibile per accidẽs utrum id quod est subiectum sensibilis qualitatis, sit per se subiectum eius, uel non per se. Nullus enim diceret ignem, qui est proprium subiectum caloris, esse per se sensibile tactu. Et ideo aliter dicendum ꝙ sentire cõsistit in quodam pati & alterari, ut supra dictũ est. Quicquid igitur facit dispositionem in ipsa passione, uel alteratiõe sensus, habet per se habitudinẽ ad sensum, & dr sensibile per se. Quod autem nullam facit differentiam circa immutationẽ sensus, dicitur sensibile per accidens. Vñ & in litera dicit Philosophus, ꝙ a sensibili per accidens, nihil patitur sensus, secũdum ꝙ huiusmodi. Differentiam autem circa immutationem sensus potest aliquid facere dupliciter Vno modo quantum ad ipsam speciem agentem, & sic faciunt differentiam circa immutationem sensus, sensibilia per se, secundum quod hoc est color, illud autem est sonus, hoc autem est album, illud uero nigrum. Ipse enim species actiuorum in sensu actu, sunt sensibilia propria ad quæ habet natura lem aptitudinem potentia sensitiua, & propter hoc secundum aliquam differentiam horum sensibilium diuersificãtur sensus. Quædam uero alio faciunt differentiam in trãsmutatione sensuum, non quantum ad speciem agentis, sed quantum ad modum actionis. Qualitates.n. sensibiles mouent sensum corporaliter, & situaliter. Vnde aliter mouẽt secundum ꝙ sunt in maiori uel minori corpore; & secundum ꝙ sunt in diuerso situ. fuel ꝓpinquo, uel remoto uel eodem, uel diuerso. Et hoc modo faciunt circa immutationem sensuum, differẽtiam sensibilia cõmunia. Manifestũ est enim ꝙ secundum omnia hæc quinq; diuersificãt magnitudo, uel situs. Et quia non habent habitudinẽ ad sensum, ut species actiuorum, ideo secundum ea non diuersificantur potentiæ sensitiuæ, sed remanent communia pluribus sensibus. Viso igitur quomodo dicantur per se sensibilia, & communia, & propria, restat uidendum, qua rõne dicatur aliquid sensibile per accidens. Sciendũ est igitur, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid sit sensibile per accidens, primo requiritur ꝙ accidat ei, quod per se est sensibile, sicut accidit albo, esse hominem, & accidit ei esse dulce. Secũdo requiritur, ꝙ sit apprehensum a sentiente, si enim accideret sensibili, ꝙ lateret sententem, non diceretur per accidens sentiri. Oportet igitur ꝙ per se cognoscatur ab aliqua alia potentia cognoscitiua sentientis Et hoc quidẽ uel est alius sensus, uel est intellectus, uel uis cogitatiua, aut uis æstimatiua. Dico autẽ ꝙ est alius sensus, sicut si dicamus, ꝙ dulce est uisibile per accidẽs. inquantum dulce accidit albo, quod appræhenditur uisu, & ipsum dulce per se cõgnoscitur ab alio sensu. f. a gustu. Sed ut ꝓprie loquamur hoc non est uniuersaliter sensibile per accidens, sed per accidens uisibile. sensibile autẽ per se. Quod ergo sensu proprio non cognoscitur, si sit aliquid uniuersale, appræhenditur intellectu. non tamen omne quod intellectu appræhendi potest in re sensibili, potest dici sensibile per accidẽs sed statim quod ad occursum rei sensatæ apprehenditur intellectu. Sicut statim cum uideo aliquem loquentẽ, uel mouere seipsum appræhendo per intellectum, uitam eius, unde possum dicere ꝙ uideo eum uiuere. Si uero appræhẽdatur in singulari, utputa cum uideo coloratum, percipio hunc hominem uel hoc animal, huiusmodi quidem apprehensio in homine fit per uim cogitatiuam, quæ dicit etiã ratio particularis, eo ꝙ est collatiua intentionũ individualiũ, sicut ratio uniuersalis est collatiua rõnũ uniuersaliũ. Nihilominus tamen hęc uis est in parte sensitiua, quia uis sensitiua in sui supremo, participat aliquid de ui intellectiua in homine, in quo sensus intellectui coniungitur. In animali uero irrationaliter fit appræhensio intentionis individualis per æstimatiuam naturalem, secundũ ꝙ ouis per auditũ uel uisum cognoscit filium, uel aliquid hmõi. Differenter tamen circa hoc se habet cogitatiua, & æstimatiua. Nam cogitatiua appræhendit individuũ, ut ex-

Libro 31. Tex. 134. Improbatio de ĩtentionali. Cõmen. & Alberti Tex. 37.

Sẽsibile p accs qd. Sensibile p accs dupliciter cadit cõditionem. G

Cogitatiua uis Rõ participata. Cogitatiua uis & ratio & estimatiua & dicta eandẽ potẽtiam. H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I stens sub natura communi, quod contingit ei, inquantū unitur intellectiuæ, in eodē subiecto, unde cognoscit hūc hominem, prout est hic homo, & hoc lignū prout est hoc lignum. Æstimatiua autem non apprehendit aliquod indiuiduum, secundū q̄ est sub natura communi, sed solū secundum q̄ est terminus, aut principium alicuius actionis uel passionis, sicut ouis cognoscit hunc agnū, non inquātum est hic agnus, sed inquantum est ab ea lactabilis, & hanc herbam, inquantū est eius cibus. Vnde alia indiuidua ad quæ se nō extendit eius actio uel passio, nullo modo apprehendit sua æstimatiua naturali. Naturalis enim æstimatiua datur animalibus, ut per eam ordinentur in actiones proprias, uel passiones, p̄sequēdas, uel fugiēdas.

Tex.c. 66 *Cuius igitur uisus est perceptiuus, id est uisibile. Visibile uero est color, & id quod oratione quidem explicare, ac dicere licet, nomine autē caret, atque idipsum maxime patebit, cum ulterius procedemus.*

K *Cuius quidem est uisus, hoc est uisibile, Visibile autē est color quidem, & id, quod oratione quidem dicere possumus, innominatum autem est. Manifestum autem erit, quod dicimus ubi longius erimus progressi.*

Lectio. XIIII.

POSTQVAM Philosophus distinxit propria sensibilia a communibus sensibilibus, & a sensibilibus secundum accidens, hic determinat de proprijs sensibilibus secundum unumquemq̄ sensum. Et primo de proprio sensibili uisus. Secundo de proprio sensibili auditus, ibi ¶ Nūc autem primum de sono &c. ¶ Tertio de proprio sensibili olfactus ibi ¶ De odore autem &c. ¶ Quarto de proprio sensibili gustus, ibi ¶ Gustabile autē est &c. ¶ Quinto de proprio sensibili tactus, ibi ¶ De tangibili autem, & tactu &c ¶ Circa primum duo facit. Primo determinat de uisibili. Secūdo dicit, qūo uisibile uideatur, ibi ¶ Nūc autem in tantum &c. ¶ Circa primū duo facit. Primo determinat quid est uisibile, distinguens uisibile in duo. Secundo determinat de utroq; uisibili, ibi ¶ Visibile enim est color &c. ¶ Dicit ergo primo q̄ cum dictum sit, q̄ propria sensibilia, sunt quæ unusquisq; sensus propriæ percipit, illud sensibile cuius proprie perceptiuus est uisus, hoc est uisibile. Sub uisibili autem comprehenditur duo. Nā uisibile est color, & est quoddā aliud, quod rōne quidem designari potest, sed non habet proprium nomen sibi impositum quod quidem uisibile competit his, quæ uidentur de nocte, sicut sunt noctilucę, & putredines quercuum, & huiusmodi, de quibus erit manifestum in processu huius tractatus, postq̄s ingressi fuerimus in cognitionem uisibilis, ex cognitione coloris, quod est manifestius uisibile. Deinde cum dicit.

L *Visibile igitur est color, hic autem est id, quod in eo, quod p se, uisibile est. Per se uero, non ratione, sed quia in se causam habet, ut sit uisibile. Color autem omnis motiuus est eius, quod est perspicuum actu, & id, est ipsius natura. Quapropter non est uisibile absq; luce, sed omnis uniuscuiusq; color in lumine sane uidetur. Quamobrem quidnam sit ipsum lumen prius dicere declarareq; oportet.*

Quid sit color.

Sine luce videri nihil potest.

Tex.c.67. *Visibile enim est color, hic autem est, de quo uisibile per se prædicatur, secundum se autem, non ratione, sed quoniam in se ipso habet causam essendi uisibile. Omnis enim color motiuus est eius quod secundum actum est diaphani, & hæc est ipsius natura. Vnde nihil est uisibile sine lumine, sed omnino unusquisq; color per lumen uisibilis est. Quapropter de lumine primo dicendum est quid sit.*

M Determinat de utroq; uisibili. Et primo de colore. Secundo de eo, quod dixit esse innominatum: ibi ¶ Non autem omnia uisibilia &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo color se habet ad hoc, q̄ sit uisibilis. Secundo determinat de his, quæ requirūtur ad hoc. q̄ color uideaſ: ibi ¶ Est igitur aliquid diaphanū &c. ¶ Dicit ergo primo, q̄ cum color sit quoddam uisibile, esse uisibile conuenit ei secundum se. nam color in eo, quod est color, est uisibilis per se. Per se autem dupliciter dicitur. Vno enim modo dicitur propositio per se cuius prædicatum cadit in diffinitione subiecti, sicut ista: Homo est animal animal enim cadit in diffinitione hominis, & qa id, quod est in diffinitione alicuius, est aliquo modo causa eius, in his quæ sunt per se, dicuntur prædicata esse causa subiecti. Alio modo dicitur propositio per se cuius ecō trario subiectum ponit̄ in diffinitione prædicati, sicut si dicatur. nasus est simus, uel numerus est par, simum. n. nihil aliud est, quam nasus curuus, & par nihil aliud est, q̄ numerus medietatem habens. & in istis subiectum est causa prædicati. Intelligendum est ergo, q̄ color est uisibilis per se, hoc secundo modo, & non primo. Nā uisibilitas est quædam passio, sicut simum est passio nasi. Et hoc est qd̄ dicit. q̄ color secundū se est uisibile (non ratione). i. nō ita q̄ uisibile ponatur in eius diffinitione. sed quia in seipso habet causam, ut sit uisibile, sicut subiectum in seipso habet causam proprie passionis. Quod probat per hoc, q̄ omnis color est motiuus diaphani secundum actum. Diaphanum aūt est idem q̄ transparens, ut aer uel aqua, & hoc habet color de sui natura, quod possit mouere diaphanum in actu. Ex hoc autem q̄ mouet diaphanum in actu, est uisibile, unde sequitur q̄ color secūdum suam naturam est uisibilis. Et qa diaphanum non fit in actu, nisi per lumen sequitur q̄ color nō sit uisibilis sine lumine. Et ideo antequam ostendatur qualiter color uideatur, dicendum est de lumine. Deinde cum dicit.

Est igitur aliquid perspicuum. Perspicuum autem id dico quod est quidem uisibile, non est autem (ut simpliciter dicam) per se, sed per alienum colorem uisibile. Atq; res talis est aer, et aqua et solidorū complura, ut uitrum. & glacies, & huiusmodi corpora. Non enim aqua uel aer, ut est aqua uel aer, perspicuum est, sed quia natura eadem inest his utrisq;, & perpetuo superno corpore.

Est igitur aliquid diaphanum. Diaphanum aūt dico, quod est quidem uisibile, non autem secundum se uisibile (ut simpliciter est dicere) sed propter extraneum colorem. Huiusmodi autem est aer, & aqua, & multa solidorum. Non enim secundum quod aqua, neque secundum quod aer, diaphanum est, sed quoniam est natura eadem in his utrisque, & in perpetuo supernо corpore.

Determinat de his sine quibus color uideri non potest scilicet diaphano, & lumine. Et diuiditur in partes tres. Primo ostendit quid sit diaphanum. Secundo determinat de lumine quod est actus eius, ibi ¶ Lumen aūt est huius actus &c. ¶ Tertio ostendit quomodo diaphanū est susceptiuum coloris, ibi. ¶ Est autem coloris &c. ¶ Dicit ergo primo q̄ cum color sit motiuus secundum suam naturam diaphani, necesse est q̄ diaphanum sit aliquid. Est autem diaphanum, quod non habet proprium colorem, ut secundum ipsum uideri possit, sed est susceptiuū extranei coloris, secundum quem aliquo modo est uisibile. Hmōi autem diaphanum est, sicut aer & aqua & multa corpora solida, ut lapides quidam, & uitrum. Licet autem alia accidentia quæ conueniunt elementis & elementatis, cō ueniant eis secundum naturam elementorum, sicut calidū & frigidum, graue. & leue, & alia huiusmodi, tamen diaphanum non conuenit prædictis ex natura aeris aut aq̄, sm̄ q̄ hmōi, sed consequit quandam naturam communē non solum aeri, & aquæ, quæ sunt corpora corruptibilia, sed conuenit etiam cœlesti corpori, quod est perpetuū, & incorruptibile.

A incorruptibile. Manifestū est. n. aliqua cœlestia corpora esse diaphana. Non enim possemus uidere stellas fixas, q̄ sunt in octaua sphæra, nisi inferiores sphęrę planetarum essent transparentes, uel diaphane. Sic ergo manifestū est q̄ diaphanum non est proprietas consequēs naturā aeris aut aquæ, sed aliquam communiorem naturam, ex cuius ꝓprietate, oportet causam diaphanitatis assignare, ut postea apparebit. Deinde cum dicit.

Quid sit lux siue lumē. *Lumen autem actus est huiusce perspicui, ea nimirum ratione, qua perspicuum est. At id est potentia, in quo nunc idipsum inest nunc tenebræ. Atq; lumen quasi perspicui color est, cū est perspicuum actu ab igne, uel ab huiusmodi corpore, quale est ipsum superum corpus, nam huic inest aliquid unum & idem.*

Tex.c. 69 *Lumen autem actus est huiusmodi diaphani, secundū quod est diaphanum. Potentia autem, in quo, hoc est & tenebra. Lumen autem, ut color est diaphani, secundum quod actu diaphanum ab igne, aut hmōi, ut q̄ sursum est corpus. Etenim huic aliquid inest unum & idem.*

B Ostendit quid sit lumen. & primo manifestat ueritatē. secundo excludit errorem. ibi ¶ Quod quidē igitur &c. ¶ Dicit ergo primo q̄ lumen est actus diaphani, sm̄ q̄ est diaphanum. Manifestum est enim q̄ neq; aer, neq; aqua, neq; aliquid hmōi, est actu transparens, nisi fuerit illuminatum. Ipsum aūt diaphanū secundum se, est in potētia respectu luminis, & respectu tenebræ, quæ est priuatio luminis, sicut materia prima est ut potentia respectu formæ & priuationis. Lumē aūt cōparatur ad diaphanum, sicut color ad corpus terminatum, quia utrūq; est actus & forma sui susceptiui. Et propter hoc dicit q̄ lumen est quasi quidam color diaphani, secūdum q̄ diaphanum est actu factum diaphanum ab aliquo corpore lucente, siue illud sit ignis aut aliquid aliud huiusmodi, siue aliquod corpus cœleste. Esse. n. lucens actu & illuminatiuum, cōe est igni & corpori cœlesti, sicut esse diaphanum est commune aeri, & aquæ, & corpori cœlesti. Deinde cum dicit.

C Lumē neq; corpus est, neq; vis corpis de fluxus, *Quid igitur est perspicuum diximus, & quid etiam lumen. Nam neque ignis est, neq; omnino corpus, neque corporis est ullius defluxus. Esset. n. quoddam, hoc quoq; pacto, profecto corpus. sed est ignis uel huiusce modi cuiusdam in perspicuo presentia corporis.*

Quid quidem igitur diaphanū, & quid lumen dictū est, q̄ neq; ignis est, neq; omnino corpus, neque defluxus corporis ullius. Esset enim ut iq; aliquod corpus & ille, aut ignis, aut huiusmodi alicuius præsentia in diaphano.

Excludit falsam opinionē de lumine. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ lumen non est corpus. Secundo improbat quandā solutionem ad rationem quandam, per quam potest probari lumen non esse corpus. ibi ¶ Et non recte Empe. ¶ Circa primum tria facit. Primo ponit intētum & dicit, q̄ cum dictum sit quid est diaphanum, & quid lumen, manifestū est q̄ lumen, neq; est ignis, ut quidam dicebant, ponentes tres species ignis, carbonem flammam, & lumen, neq; aliquod corpus omnino, neq; aliqd defluens ab aliquo corpore, sicut posuit Democritus, lumen esse quasdam decisiones defluentes a corporibus lucidis. f. atomos quosdam. Si essent aliqua defluentia a corpore, sequeretur q̄ essent corpora uel aliquod corpus, & sic nihil aliud esset lumen q̄ præsentia ignis, aut alicuius huiusmodi corporis in diaphano, nihil ergo differt, dicere quod lumen est corpus, aut q̄ est defluxus corporis. Secundo ibi.

D *Fieri nanque non potest, ut in eodem sint duo corpora simul.*

Neque enim possibile est, duo corpora simul in eodem esse.

Probat quod proposuerat tali ratione. Impossibile est duo corpora esse simul. si ergo lumen est corpus impossibile est q̄ lumen sit simul cum corpore diaphano, hoc autē est falsum. ergo lumen non est corpus. Tertio ibi. B

Videtur autem tenebris contrarium esse lumen. At tenebræ priuatio sunt talis habitus, atq; ignis, uel corporis talis absentia a perspicuo. Quare patet, huiusce præsentiam esse lumen. Tex.c. 70

Videtur autem lumen, contrarium esse tenebræ. Est autem tenebra, priuatio huius habitus ex diaphano. Quare palam est q̄ & huius præsentia lumen est.

Probat q̄ lumen sit simul cum diaphano. Contrariorū enim est idem subiectum, lumē aūt & tenebra sunt contraria, secundum modū quo priuatio & habitus est quędam cōtrarietas, ut dicitur in 10. metaphysice. Manifestum est autem q̄ tenebra est quædā priuatio huius habitus. f. luminis in diaphano, & sic subiectum tenebræ est diaphanum. ergo & præsentia dicti habitus. f. lucis, est lumen, ergo lumen est simul cum diaphano. Deinde cum dicit. Lectio septima tex. com. 5. F

Atq; non recte dixit Empedocles, & si quis itidem censuit lumen ferri, atq; extendi tandem inter terrā et continens, nosq; idipsum latere. Hoc enim & rationis metas egreditur, & est præter ea nimirum, quæ apparent. In paruo nanq; spatio, motus fortasse lateret, sed ab ortu solis ad occasum, tanti corporis motum latere, magna nimirum profecto postulatio.

Et non recte Empedocles, neque si aliquis alius sic dixit, q̄ feratur lumen, & extendatur in medio terræ & cōtinentis, nos autem lateat. Hoc enim est & extra eam, que in ratione, ueritatem, & extra ea quæ uidētur. In paruo. n. spatio latere nos posset. Ab oriente autem in occidens latere, magna ad modum quæstio est.

Reprobat quandam rōsionem ad rationem quandam quæ potest fieri contra ponentes lumen esse corpus. Potest. n. contra eos sic argui. Si lumen esse corpus, oportet q̄ illuminatio sit motus localis luminis, deueniens in diaphanum. Nullos autem motus localis cuiuscunq; corporis, potest esse subitus, siue in instanti. ergo illuminatio nō est subito, sed successiue. Cuius contrarium uidemus, quia in eodem instanti, in quo corpus lucidum præsentatur, illuminatur diaphanum totum simul, & non pars eius post partem. Non aūt recte Empe neq; quicunq; alius dixit, q̄ scilicet lumen feratur motu locali, tanq̄ corpus, & extendatur successiue in spatio, quod est medium inter terrā & continens. f. cœlum, & q̄ ista successio nos lateat, sed uideatur nobis q̄ totū illuminetur simul & subito. Hoc. n. dictum est contra ueritatem, quæ potest ratione percipi, quia ad illuminationem diaphani nihil requiritur, nisi dire cta oppositio, absq; obstaculo medio, corporis illuminatis ad illuminabile. Ierū est contra id quod apparet. Posset. n. dici q̄ successio motus localis paruo spacio lateat nos sed q̄ lateat nos successio in motu luminis, ab oriēte usq; ad occidentem horizontis nostri hoc habet magnam q̄stionem, tanq̄ difficile aut omnino impossibile. Quia uero hic agitur de natura luminis, & diaphani, & necessitare luminis ad uidendum, de his tribus considerandum est. Circa naturam igitur luminis diuersi diuersimode opinati sunt, quidam. n. opinati sunt lumen esse corpus, ut in litera dicitur. Ad quod dicendum, moti, sunt ex quibusdā locutionibus, quibus utimur, loquentes de lumine. Cōsueuimus enim dicere, q̄ radius transit per aerem q̄ reuerberatur, q̄ radij se intersecant, quæ omnia uidentur esse corporis. Quæ quidem opinio stare nō potest, propter rōnes, quas Aristo. in litera adducit, & plures alias facile esset adducere. Nō. n. facile esset assignare, quomodo huiusmodi corpus per totum hemisphęrium subito multiplicaretur aut generaretur, uel corrumperetur, quomodo etiam sola oppositio corpis opaci esset causa corruptiōis huius cor- Successio. G De natura luminis diaphani, hominumque ad uidē ū necessitate ob gressio. H Opinio pōtium fuit esse cor pus. Improbatio opinio.

Universidad de Deusto

I

poris in parte diaphani aliqua. Quod autē dicitur de motu luminis, aut reuerberatione ipsius, metaphorice dictū est, sicut etiam possemus dicere, ꝙ calor procedit dū aliqua de nouo calefiunt uel reuerberatur, cū habet obstaculum. Quidam uero alij dixerūt, ꝙ lux est q̄dā natura spiritualis, argumentū sumentes, ꝙ in rebus intellectualibus, nomine luminis utimur, dicimus enim substantijs intellectualibus esse quoddam lumen intelligibile. Sed hoc etiā est impossibile. Impossibile est enim ꝙ aliqua natura spiritualis & intelligibilis cadat in apprehensione sensus, qui cum sit uirtus corporea, nō potest esse cognoscitiuus, nisi rerum corporalium. Si quis autem dicat ꝙ aliud est lumē spirituale? ad eo quod sensus percipit, non erit cum eo contendendum, dummodo hic habeat ꝙ lumen quod uisus percipit, non est natura spiritualis. Nihil enim prohibet unum nomen imponi rebus quātūcunq; diuersis. Quod aūt lumine, & his q̄ ad uisum pertinent, utamur in rebus intellectualibus, contingit ex nobilitate sensus uisus, qui est spiritualior & subtilior inter omnes sensus. Quod patet ex duobus. Primo quidem ex suo obiecto. Nā aliqua cadunt sub uisu, secundum proprietates in quibus communicant inferiora corpora cum cœlestibus, tactus autem est perceptiuus proprietatum, quæ sunt propriæ elementis. Scilicet calidi, & frigidi, & similium, gustus autem & olfactus, proprietatum quæ competunt corporibus mistis secundum diuersam rationem commistionis calidi, & frigidi, humidi, & sicci. Sonus aūt causat ex motu locali, q̄ etiā cōis est corporibus cœlestibus, et inferioribus, licet spēs motus, q̄ causat sonū nō cōperat corpibus cœlestibus sm̄ sniam Aristote. Vnde ex ipsa natura obiecti, apparet ꝙ usus est altior inter sensus, et auditus propinquior, ei et alij sensus magis remoti. Secundo apparet ꝙ sensus usus est spiritualior ex modo immutationis. Nam in quolibet alio sensu non est immutatio spiritualis, sine naturali. Dico autem immutationem naturalem, prout qualitas recipitur in patiente secundum esse naturæ, sicut cum aliquid infrigidatur uel calefit aut mouetur secundum locum. Immutatio uero spiritualis est secundum ꝙ species recipitur in organo sensus, aut in medio per modum intentionis, & non per modum naturalis formæ. Non enim sic recipitur species in sensu secundū illud esse quod habet in re sensibili. Patet aūt ꝙ in tactu, & gustu, qui est tactus quidam sit alteratio naturalis calefit enim & infrigidatur aliquid, per contactum calidi, & frigidi, & non fit immutatio spiritualis tantū. Similiter autē immutatio odoris fit cum quadam fumali euaporatione. Immutatio aucem soni, cum motu locali. Sed in immutatione usus est sola immutatio spiritualis, unde patet ꝙ usus inter omnes sensus est spiritualior, & post hunc auditus & propter hoc hi duo sensus sunt maxie spirituales, & soli disciplinabiles, & his quæ ad eos pertinent, utimur in intellectualibus, & præcipue his, quæ pertinent ad usum. Quidam uero dixerunt, ꝙ lumen non est nisi euidentia coloris. Sed hoc aperte apparet esse falsum in his, quæ lucēt de nocte, & tamen eorum color occultatur. Alij uero dixerunt ꝙ lux est forma substantialis solis, & lumen defluēs, a luce, habet esse intentionale, sicut species colorū in aere. Vtrunque autem horum est falsum. Primum quidem, qa nulla forma substantialis est per se sensibilis, sed solo intellectu comprehensibilis. Et si dicatur ꝙ id, quod uidetur in sole, non est lux, sed splendor, non erit contendendū de nomine, dummodo hoc quod dicimus lucē. i. quod ex usu apprehenditur, non sit forma substantialis. Secundum etiam falsum est, quia quę habent solum esse intentionale, non faciunt transmutationem naturalē, radij autē corporum cœlestium transmutantitotam naturam inferiorē. Vnde dicimus, ꝙ sicut corpora elementaria habent qualitates actiuas per quas agunt, ita lux est qualitas actiua corporis cœlestis, per quā agit, & est in tertia specie qualitatis dicitur & calor. Sed in hoc differt, a calore, quia lux est qualitas primi corporis alterantis, quod non habet cō-

Opinio ponentiū lumē esse naturā spiritualem, improbatio opinio

Sensus visus est spiritualior et subtilior ceteris

K

Immutatio naturalis. quis. Immutatio spūalis sed ulterior qlta quid.

L

Opinio Ponentiū lumē nō esse nisi euidentiam coloris. Et improbatio eiusdem

M

Opinio ponentiū lumē esse formam substantialem solis a qua lumē defluat ut formā ĵ sectionalis. Et improbatio utriusq; opinio.

Lux, quid.

N

Lumē, quid. Radius. q̄d Splēdor q̄d

Cur q̄dam corpa lucida sint, q̄dā diaphana, & ex q̄bus opacā.

O

Vtrū lucidū necessitas luminis ad uidendum opio falsa

improbatio. Determinatio ueritatis

P

Q

Quare quæ dam lucida in tenebris uidentur, & nō lucida, & nō lucida, & nō lumie.

D

trarium, unde nec lux contrarium habet, calori autem est aliquid contrariū. Et qa luci nihil est cōtrariū, in suo susceptibili non potest habere contrariam dispositionem, & propter hoc suum passiuum. i. diaphanum semper est in ultima dispositione ad formam, & propter hoc statim illuminat, non autem calefactibile statim calefit. Ipsa igitur participatio uel affectus lucis in diaphano, uocatur lumen. Et sit secūm rectā lineā ad corpus lucidū, uocat radius. Si autem causetur ex reuerberatione radij ad corpus lucidū, uocatur splendor. Lumen autem, cōe est ad omnem effectū lucis in diaphano. His igitur uisis circa naturam luminis, de facili apparet ratio, quare quędam corpora sunt lucida actu, quædam diaphana, quædam opaca. Nā cū lux sit qualitas primi alterantis quod est maxime perfectū & formale in corporibus, illa corpora quæ sunt maxime formalia, & nobiliora, sunt lucida actu. q̄ autem propinqua his sunt receptiua luminis, sunt diaphana, quæ autem sunt maxime materialia, neq; habent lumen in sui natura, neq; sunt luminis receptiua, sunt opaca. Quod patet in ipsis elemētis. Nam ignis habet lucem in sui natura, licet eius lux non appareat nobis, nisi in natura aliena propter densitatem. Aer autem, & aqua quæ sunt minus formalia, sunt diaphana, terra autem quæ est maxime materialis, est opaca. Circa tertium uero sciendum est, quod quidā dixerunt, quod lumen necessarium est ad uidendum ex parte ipsius coloris. Dicunt enim ꝙ color non habet uirtutem, ut moueat diaphanum, nisi per lumen. Et huius signum dicunt, quia ille qui est in obscuro, uidet ea q̄ sunt in lumine, sed non ecōuerso. Rationem etiam ad hoc adducunt, quia oportet ꝙ cum usus sit unus, ꝙ uisibile non fit nisi per rationem unam, quod non esset, si color esset per se uisibilis, non per uirtutem luminis, & itē lumen esset per se uisibile. Sed hoc est manifeste contra id quod Aristote. hic dicit. ǀ & quod habet in se causam essendi uisibile, ǀ Vñ sm̄ sententiam Arist. dicēdum est ꝙ lumen necessariū est ad uidendum, nō ex parte coloris, eo ꝙ faciat colores esse actu, quos quidam, tm̄ dicunt esse in potentia, cū sunt in tenebris, sed ex parte diaphani, in quantum facit ipsum esse in actu. ut in litera dicitur. Et ad huius euidentiam, considerandum est ꝙ oīs forma inquantū huiusmodi est principium agendi sibi simile. unde cum color sit quædā tm̄ sciendum est ꝙ dria est inter uirtutem perfectā, & imperfectam. Nam forma quæ est perfecte uirtutis in agendo, non solum pōt inducere suā similitudinem in suo susceptibili, sed potest etiam disponere patiens, ut sit proprium eius susceptiuum, quod quidem non potest facere, cū fuerit imperfecte uirtutis. Dicendum est igitur ꝙ uirtus coloris in agendo est imperfecta respectu uirtutis luminis. Nā color nihil aliud est, q̄ lux quædam quodāmodo obscura ex admixtione corporis opaci. Vnde non habet uirtutē, ut faciat mediū in illa dispositione, qua sit susceptiuū coloris, quod tamen potest facere lux pura. Ex quo etiam patet quod cum lux sit quodammodo substantia coloris, ad eandem naturā reducitur omne uisibile, nec oportet ꝙ color per lumen extrinsecum fiat actu uisibile. Quod autē colores illuminati, ab eo qui est in obscuro uideantur, cōtingit ex eo, ꝙ etiam medium illuminatur, quantum sufficit ad immutationem ipsius.

Quia color. Q

Atq; coloris quidem id est susceptiuum, quod colore uacat, soni autem, id quod sono. Vacat autem colore perspicuū ipsum & inuisibile, uel id, quod uix tandem, uidetur, quale id esse uidetur, quale id esse, quod tenebris est affectū, atq; tale est ipsum ut patet perspicuum. Attamen non cum est perspicuum actu, sed cum potentia, eadem enim natura, modo est tenebre, modo lumen.

Tex. 71

Est autem coloris susceptiuum, quod sine colore soni autem absonum. Sine colore autem diaphanū, & inuisibile, aut quod

uix

A

uix uidetur, ut quod tenebrosum est. Huiusmodi autē diaphanum, quidem est, non cum sit actu diaphanum sed cum potētia. Eadē. n. natura, quādoq; quidē tenebra, quādoq; aūt lumen est.

B

Lectio. XV

POSTQVAM Philosophus ostendit supetius qd est color, & qd diaphanū, & quid lumē. Hic ostendit, qūo diaphanum se habeat ad colores. Manifestū est autem ex præmissis ꝙ diaphanū est susceptiuum coloris, est. n. color, motiuus diaphani, ut supra dictū est. Quod aūr est susceptiuū coloris, oportet esse sine colore, sicut quod est susceptiuum soni, oportet esse sine sono, nihil. n. recipit, qđ iam habet, & sic patet ꝙ diaphanū, oportet esse sine colore. Cum autē corpora sint uisibilia per suos colores, sequit̄ ꝙ diaphanū sm̄ seipsum sit inuisibile. Quia uero eadē ē potētia cognoscitiua oppositorum, sequitur ꝙ uisus, qui cognoscit lucē cognoscat & tenebrā. Licet igitur diaphanū secundū se careat colore, & lumine, quorū est susceptiuū, & sic secundū se uisibile non sit. eo modo quo sunt uisibilia, lucida & colorata, tamen potest dici uisibile, sicut uidetur tenebrosum, quod uix uidetur. Diaphanum igitur est hmōi. i. tenebrosum, cum nō est actu diaphanū, sed in potentia tantum. Eadem. n. natura est subiectū, qñq; quidem tenebrarum, quandoque autem luminis. Et sic diaphanum carens lumine, quod ei accidit dum est in potētia diaphanum, oportet ꝙ sit tenebrosum. Deinde cum dicit.

At uero non uniuersa uisibilia, in lumine sunt uisibilia, sed solum uniuscuiusq; proprius color. Nonnulla nanq; in lumine quidem non uidentur, in tenebris autem efficiunt sensum, ut eæ quæ apparent ignea, atq; splendent. Hæc autem nomine carent uno, ut fungus, cornu, piscīū capita, squamæ, oculi, sed nullius horum proprius color uidetur, atq; quam ob causam hæc uisibilia sunt alia ratio est.

C

Non omnia autem, uisibilia sunt in lumine, sed solū uniuscuiusq; proprius color. Quædam. n. in lumine quidem non uidentur, in tenebris autem faciunt sensum, ut quæ ignea uidentur, & lucentia. Non aūt nominata sunt hæc uno nomine, ut quercus putride cornu, capita piscium, & squamæ, & oculi. Sed nullius horum uidetur proprius color. Propter quam igitur causam hæc uidentur, alia ratio.

Qui iā determinatū est de colore, qđ uisu in lumine, determinat de alio uisibili, qđ supra dixit esse innoiatum. Et dicit ꝙ nō oīa sunt uisibilia in lumine, sed solū proprius color uniuscuiusq; corporis in lumine uisibilis est, quędā. n. non uidentur in lumine, sed in tenebris, sicut aialia q̄ in tenebris uidentur ignita, & lucentia, & hæc sunt multa, sed non hñt unū nomen cōe, sicut putredines quercuū, & aliquod cornu alicuius aialis, & capita quorundam piscīū, & squamæ, & oculi quorūdā aialium. Sed licet ista uideātur in tenebris, nullius tm̄ horū ꝓprius color in tenebris uī. Vñr ergo ista in tenebris, & in lumine, sed in tenebris, ut lucentia, in lumine aūt, ut colorata. Sed ꝓp quā cām sic uideant in tenebris lucentia, alia rō est. Nō. n. hic inducitur hoc, nisi quasi ꝓ accidēs, ad oñdēdū cōparationē uisibilis ad lumē. Vī aūt uisibilitatis eorū in tenebris hæc esse rō, qa hmōi ex sua cōpone hñt aliqd lucis, in ḡtum lucidum ignis & diaphanū aeris, & aquę, nō est totaliter in eis cōphensum ꝓ opacū terræ. Sed qa modicū hñt de luce eoꝝ lux ad pñtiam maioris luminis occultat̄. Vñ in lumine nō vñr ut lucētia sed ut colorata tm̄. Lux aūt eorū ꝓp sui debilitatē, nō pōt diaphanū perfecte reducere in actū sēm ꝙ natū ē moueri a colore, uñ sub eoꝝ luce, nec eoꝝ color, nec aliorū uī sed solū lux ipsorū. Lux. n. cū sit efficacior ad mouendū diaphanū, q̄ color, & magis uisibilis, cū minori imutatiōe diaphani uideri potest. Deinde cum dicit.

D

Nunc tantum patet, id inquam q, in lumine uidetur, esse colorem, quo circa sine lumine non uidetur, hæc est enim sane colo-

ris ratio, esse inquam eius motiuum, quod est perspicuum actu. Actus autem perspicui, lumen est, ut diximus. Id ita esse, ex eo tanquam e manifesto signo patere potest. Nā si quispiā id quod habet colorem, super ipsum uisum posuerit, non sane uidebit. Sed color quidem mouet perspicuum, ut aerem, ab hoc autem, cum sit continuus, sensus instrumentum mouetur.

E

Tex c. 73

Nunc autem intantum manifestum est, quoniam quod quidē in lumine uidetur, colorem esse, unde non uidetur sine lumine, hoc enim erat ipsi colori esse, motiuum esse, secundum actum diaphani, actus autem diaphani, lumen est. Signum autem huius, manifestum. Si quis enim ponat habens colorem, super ipsum uisum, non uidebitur. Sed color mouet diaphanū, puta aerem. Ab hoc aūt iā continuo existente, mouetur, quod sensitiuū est.

Ostendit qño color perueniat ad uisum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quid est necessariū ad hoc, ꝙ uisus moueatur a colore. Secundo ostendit aliquid simile, quod est necessarium in alijs sensibilibus: ibi ǀ Eadē autē ratio. ǀ Circa primū duo facit. Primo determinat ueritatē. Secundo excludit errorē, ibi ǀ Non. n. bñ hoc. ǀ Dicit ergo primo, ꝙ ꝓ supradicta, intantū manifestū sit, ꝙ illud ꝙ uidetur in lumine est color, & ꝙ sine lumine uideri nop potest, quia ut supra dictum est, hoc est de ratione coloris, ꝙ sit motiuū diaphani, quod quidē sit ꝙ lumen, quod est actus diaphani, & iō sine lumine color uideri nō pōt. Cuius signū est, qa si aliquis ponat corpus coloratū sup organū usus. non uidebitur, quia nō est ibi diaphanum in actu, quod moueatur a colore. Nā & si pupilla sit quoddam diaphanū, non tñ erit diaphanum in actu, si superponatur sibi corpus coloratum. Oportet autem ꝙ color moueat diaphanum in actu, puta aerem uel aliquid hmōi, & ab hoc mouetur sensitiuum. i. organum usus, sicut a corpore sibi continuato. Corpora enim non se immutant, nisi se tangant. Deinde cum dicit.

Infra t 75 & lib. 3. te. 63 65. 66

F

Non. n. hoc loco recte sentire uidetur Democritus, qui quidem putat, si medium spacium uacuum fiat, formicam, etiam si sit in cœlo, exacte perfecteq; uideri, Etenim id ipsum fieri non potest. Visio nanq; fit, patiente aliquid sensitiuo, at ut patiatur ab ipso colore, qui uidetur, fieri nequit. Restat igitur ut a medio. Quare necesse est aliquod esse medium inter colorem ipsum & usum. Quod si id uacuum fiat non modo non exacte, sed neque quicquam omnino uidetur. Quam igitur ob causam necesse est in lumine colorem uideri, diximus,

G

Tex c. 74

Non. n. bene hoc dicit Democritus opinatus, si esset uacuum medium, perspici utiq; exacte, et si formica in cœlo esset. Hoc enim impossibile est. Patiente. n. aliquid sensitiuo, fit ipsum uidere. Ab ipso igitur, qui uidetur, colore impossibile est. Relinquitur autem quod a medio. Quare necesse est aliquod esse mediū. Vacuo autem facto, non aliquid certe, sed omnino nihil uidebitur. Propter quam igitur causam, colorem necese est in lumine uideri, dictum est.

H

Excludit errorē dicens, ꝙ non bene dixit Democritus, qui opinatus fuit, ꝙ si medium, quod est inter rē uisam, & oculum, esset uacuū, ꝙ posset aliquid ḡtūcunq; paruum uideri per quantācunq; distantiam, puta si formica esset in cœlo, Sed hoc est impossibile, oportet. n. ad hoc, ꝙ aliqd uideat ꝙ organū uisus patiatur a uisibili. Oste̅sum est aūt ꝙ non patitur ab ipso uisibili immediate, qa uisibile superpositum oculo nō uidet. Relinquitur ergo. ꝙ oporteat organum uisus pati a uisibili per aliquod mediū, necesse est ergo esse aliquod medium inter uisibile & uisum. Si autē est uacuū, nihil est mediū, quod posset immutare, & immutari. Relinquitur ergo, ꝙ si esset uacuum, omnino nihil uideretur. Incidit autem in hanc opinionem Democritus,

Universidad de Deusto

I quia putabat, q causa quare distantia impedit uisionem alicuius rei, sit per mediū, qđ resistit imutationi uitibilis, hoc ār est falsum. Nō.n. diaphanū hēt cōtrarietatē ad lumen uel colorem, sed est in ultima dispositione ad eorum receptionem, cuius signum est, q subito immutatur a lumine, uel colore. Qđ aūt, quare distantia impediat uisum est, quia oē corpus ur sub quodā angulo cuiusdam trianguli, uel magis pyramidis, cuius basis est in re uisa, & angulus est in oculo uidentis. Neq; differt ꝯtum ad hoc, utrū uisus fiat extramittendo, ita q lineæ concludentes triangulum uel pyramidem, sint lineę uisuales progredientes a uisu ad rē uisam, uel ecōuerso fiat, dūmodo uisus sit sub prædicta figura triāguli, uel pyramidis. Quod iō necesse est, qa cū res uisa sit maior ꝯtitate, ꝯ pupilla, oportet q ꝓportionaliter diminuēdo, pueniat imutatio uitibilis, usq; ad uisum.

Quare distantia impedit uisum.

K Manifestū est aūt, q quāto latera triāguli uel pyramidis sunt longiora dūmodo sit eadē basis, tāto angulus est minor. & iō ꝯto a remotiori ur, minus ur, & tāta pōt esse distantia, q omnino non uidetur. Deinde cum dicit.

Ignis tā in tenebris ꝯ in lumine videtur.

At ignis in utrisq;, plane uidetur, in tenebris inquam, atq; in lumine. Id autem necessario accidit. Ipsum enim perspicuum ab ob perspicuum fit.

Ignis autem in utrisque uidetur, & in tenebris, & in lumine, & hoc ex necessitate. Diaphanum.n. ab hoc diaphanum fit.

Oñdit qūo uideaī ignis, & lucida corpora, & dicit q vñr nō solū in lumine, sicut colorata sed etiā in tenebris, sicut ila, de qbus supra dixit. Et hoc ex necessitate cōtingit quia ignis habet tantū de lumine, q pōt diaphanū oīno facere in actu, ita ut & ipsum, & alia uideātur. Nec est tm debile lumē eius, q ad pñtiam maioris luminis obūbret, sicut accidit in his quæ sunt dicta supra. Deinde cū dicit.

Eadē aūt est, & de sono, & de odore etiā rō, nihil.n. ipsorū, sensus instrumentum tangens, efficit sensum, sed ab odore quidē, & sono mouetur medium, ab hoc autem utrūq; sensuum instrumentum. Quod si quispiam super ipsum instrumētū sensus, uel id qđ sonat, uel id quod olet, posuerit, nullus profecto sensus efficietur. Simili mō res se habet in tactu, & etiā gustu, sed nō apparet. Quam aūt ob causam, postea dicetur, ac patebit.

L

Tex.c. 75

Eadem aūt ratio est, & de sono: & de odore. Nihil.n. ipsorum tangens sensorium, facit sensum. Sed ab odore quidem & sono, medium mouetur, ab hoc autem sensitiuorum utrunq;. Cū autem super ipsum sensitiuum aliquis apponit olens, aut sonans, nullum sensum faciet. De tactu autem, & gustu habet se ſ militer, non autem utdetur, Propter quam autem causam, posterius erit manifestum.

Oñdit qđ sīt se hēt ī alīs sensibus sicut ī uisu. & dicit qū eadē rō est de sono. & odore, sicut & de colore. Nullū enim eorū sentit, si tangit organū sensus, sed ab odore & sono mouentur media, a medio aūt utrunq; organorū, audituſ. & olfactus. Sed cum aliquis ponit corpus odorās aut sonans, super organum sensus, non sentitur. Et similiter est in tactu & gustu, licet non uideatur, propter causam, quę inferius dicetur. Deinde cum dicit.

Lti 3 text. com 14.

Atq; mediū quidē in sonis est aer, in odoribus aūt nomine uacat. Nam ut perspicuū in colore, cōis est quidā affectus in aere, atq; aqua, sic alius quidā in odoribus est affectus, qui quidē inest in his utrisq;, in aere inquam, & aqua. Videntur.n. & animalium ea, quæ uersantur in aquis, sensum odoris habere. Verū homo cæteraq; animantia, quæ degunt in terra, atq; respirāt nequeunt sine respiratione olfacere. Et causa etiam huiusce posterius explicabitur.

M Quæ respirāta ea nisi respirando fi olfaciāt

Tex c. 76

Medium autem soni quidem, aer est. Odoris autem, innominatum est, Communis.n, quædam passio est aeri, & aquæ, sicut diaphanum colori, sic est habenti odorem, alia quædam passio est communis utrisq; his. Videntur enim animalia aquatica habere odoris sensum. Sed homo & pedibus ambulantia quæcunq; respirant, impossibilia sunt odorate, nisi respirantia. Cā autem de his posterius dicetur.

N

Oñdit qđ sit mediū in his sensibus, & dicit q illud, qđ mouetur a sono est aer, mediū aūt qđ mouet ab odore est aliquid cōe aeri & aquæ, sicut & utrūq; eorū est mediū qđ mouet a colore, sed a colore mouetur utrūq; horū, ſm qđ diaphanū. Passio aūt cōis aeris & aquæ, ſm quā mouentur ab odore est innominata, nō.n. mouentur ab odore, ſm qđ sunt diaphana Et qđ utrunq; horū moueat ab odore manifestat p hoc qđ aīalia aquatica hūt sensum odoris. ex quo manifestū est, quod aq mouentur ab odore. Hō aūt & aialia gresibilia & respirātia, non odorant nisi respirando. Et sic manifestum est, quod aer est mediū in odoratu. Horum autem causa posterius dicetur.

C) Tex.c. 7 De sono q aer medius Sonus de plicitet.

Nūc aūt post hæc de sono et auditu, determinemus oportet. Est itaque sonus duplex. Quidam enim est actu, quidam potentia sonus. Nam corporum quædam eorum non habere dicimus sonum, ut spongiam, lanam, & huiuscemodi, quædam habere, ut æs, & quæcunque solida, leniaque sunt, quia possunt sonare, idest inter se & auditum, sonum efficere.

Tex.c. 7

Nunc autem primum de sono, & auditu determinemus. Est autem duplex sonus. Hic quidem enim actu, quidam autem potentia. Alia enim non dicimus habere sonum, ut spongiam, lanam, pilos. Quædam autem habent ut æs, & quæcunq; plana, & lenia sunt, quoniam possunt sonare. Hoc autem est, ipsius medij, & auditus facere sonum actu.

Lectio. XVI.

P

POSTQVAM Philosophus determinauit de uisibili, hic determinat de audibili. i. de sono. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de sono in cōi. In secunda determinat de quadā specie soni. ſ. uoce. ibi ❴ Vox autē. ❵ Prima in duas partes diuiditur. In prima determinat de sono. In secunda de differentijs sonorū ibi. ❴ Differētię autem sonorū. ❵ Prima diuidit in duas. In prima determinat de sono. In secunda mouet quandam dubitationē circa prædeterminata, ibi ❴ Vtrum autem sonat. ❵ Prima diuiditur in duas. In prima determinat de generatione soni. In secunda ad immutatione auditus a sono, ibi ❴ Vacuum autem. ❵ Si autem queratur, quare determinat hic de generatione soni, cum supra non determinauerit de generatione coloris, sed solū de immutatione sensus, & mediū a calore. Dicendum est, qđ color, & odor, & sapor, & qualitates tangibiles habent esse permanens, & fixum in suo subiecto. Vnde est alia consideratio ipsarum qualitatū secundum se, & ſm quod immutant sensum, & propter hoc alterius est cōsiderationis utrūq;. Vñ Pbs de gñone coloris, & saporis, & odoris. determinat in libro de Sensu. & Sensato. De qualitatibus aūt tāgibilibus, in libro de Generatione. & ꝯtū ad aliqua, in libro Meteor. In hoc aūt libro, non intendit determinare de Sensibilibus, nisi inꝯtū sunt imutatiua sensus. Sonus aūt causatur ex motu, & nō habet esse fixum, & quiescens in subiecto, sed in quadam immutatione consistit, uñ simul determinatur de eo, ſm q generatur in sua specie, & scđm quod imutat sensum Prima aūt pars diuiditur in duas. In prima determinat de prima generatione soni. In secunda de secūda soni generatione, q fit p reflexionē, ibi ❴ Echo aūt fit. ❵ Circa primū duo facit. Prio oñdit, qđ sonus qñq; ē in actu, qñq; i potētia. Secđo oñdit qūo fit son⁹ in actu ibi ❴ Fit āt ſm actū. ❵ Dicit ergo prio, qđ añq determinet de tactu, et de gustu, dicē dū ē de sono, et olfactu, q prio de sono, qa spūalior ē, ut ſupra ostensum

Dubia

Solutio

A Tex.c 92 Sonus 2. ſ potētia, & in actu.

pra ostensum est. Sonus autem dupliciter dicitur, dē enim sonus in actu, et sonus in potentia. Dicimus autē aliquam rē habere sonum, & qñ actu sonat, & qñ habet potentiā sonandi, sicut dicimus, hæc campana bene sonat, ꝯuis nō sonet in actu. Et ſm hunc modum dicimus, qđ quædam non hūt sonū, quia non hūt potentiam sonandi sicut spongia, & hmōi mollia. Quędam aūt dicuntur habere sonum quia pūt sonare sicut æs, & alia hmōi plana, & lenia. Sic ergo patet, q sonus qñque dicitur ſm potentiam, qñque ſm actum. Sed q fiat sonus in actu, hoc pertinet et ad medium, & ad auditū. Omne.n. sensibile, dupliciter dicitur esse in actu. Vno modo, qñ actu sentitur, hoc est dum spēs eius est in sensu, & sic sonus est actu ſm q est in auditu. Alio modo ſm q habet propriam spēm, per quā sentiri pōt, put est in suo subiecto. & sic alia sentibilia fiunt in actu, put sunt in corporibus sensibilibus, sicut color prout est in corpore colorato, & odor, & sapor, prout sunt in corpore odorifero & saporoso Sic aūt nō est de sono. Nā in corpore sonante, non est sonus, nisi in potentia. In medio autē quod mouetur ex percussione corporis sonantis, fit sonus in actu Et pp hoc dicitur, q sonus in actu est mediū & auditus, non aūt subiecti sonabilis. Deinde cum dicit.

Sensibilia, duobus modis sunt in actu.

B Sonus ab alis sensibilib⁹ distat.

Fit autem actu sonus, alicuius semper ad aliquid & in aliquo. Ictus est enim, qui sonum efficit ipsum. Quapropter fieri non pōt, ut si unū sit corpus, sonus efficiatur. Quippe cū aliud sit id, quod uerberat, aliud qđ uerberatur. Quare id, qđ sonat, ad aliquod sonat, sine autem latione, nunquam efficitur ictus.

Qgomodo fiat sonus & a qbus.

Tex.c. 75

Fit autem qui secundum actum sonus, ſemper alicuius ad aliquid, & in aliquo. Percussio enim est faciens, Vnde impossibile est, cum sit unum, fieri sonum. Alterum enim est uerberans, & quod uerberatur. Quare sonans, ad aliquid sonat. Tangit enim aliquid. Cum autem ictu tangitur, sonat. Ictus autem non fit sine motu.

Oñdit qūo sonus fiat in actu. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit, quot cōcurrunt ad hoc, q sonus cōstituatur in actu. Secđo oñdit, qualia esse oporteat, ibi ❴ Sicut aūt diximus. ❵ Dicit ergo primo, q ad hoc, q sonus fiat in actu, oporteat tria cōcurrere. Fit n. ſp alicuius, & ad aliquid, & in aliquo & iō ſi sit unū tantū, nō pōt sonū facere. Et huius rō est, siue lignū, qa percussio est cā soni, oportet igit esse aliquid. i. percutiēs, & aliquid percussum. Et pp hoc dicit, q ❴ sonus ē alicuius ad aliqd ❵. i. percutētis ad percussum. Oportet. n. q illud quod facit sonum, tangat aliqd & cū retigerit suo ictu, generetur tunc sonus. Ictus aūt percutientis nō fit sine motu locali, motus aūt localis nō est sine medio. Vnde relinquitur, quod oportet esse medium, ad hoc q fiat sonus in actu Et hoc est, quod dictū est, q oportet esse sonum non solum alicuius, & ad aliquid, sed etiam in aliquo. Deinde cum dicit.

C

Qgē bñ sonāt ea sonitū, lenia, & cōcaua eē oportet,

Atq; uti diximus, non quorumuis ictus corporum sine ullo discrimine sonus est. Nullum.n. efficit sonum, si percussa fuerit lana, sed æs, & quæcunq; sunt lenia, concauaq;. Aes quidem, quia corpus est lene. Concaua uero, quia per reflexionem, complures post primum efficiunt ictus, quippe cum non possit aer motus, ac agitatus exire.

Sicut aūt diximus. non quorumlibet ictus sonus est, nullum enim faciunt sonum pili, etsi percutiantur, sed æs, & quæcunq; lenia, & concaua sunt. Aes quidem, quoniā lene est. Concaua autem ex repercussione faciunt multos ictus post primū in potenti exire, quod motum est.

D Aes ſ solida corpa.

Oñdit qualia oportet esse ea, q requiruñ ad soni gñonem. Et primo oñdit, qualia oportet esse percutiens, & percussum. Secundo quale oportet esse medium, ibi ❴ Amplius aūt. ❵ Dicit ergo primo, q sicut prædictum est sonus non fit ex percussione quorūcunq; corporum. Dictū est. n. ſupra q pili, & spongie, & hmōi mollia non hñt potentiam sonādi, uñ nullū sonū faciunt, etiā ſi percutiātur. Cuius ratio est, qa mollia cedūt ꝓcutiēti, uñ ex ꝓcussione nō extruditur aer, ut sic in eo posit formari sonus ex ictu percutientis, & resistentia percussi. Sed si hmōi mollia cō primantur, ut aliquā dutitiē habeant, & resistant percutiēti, sequīt sonus licet sonus surdus. Sed æs, & corpora lenia, & cōcaua, sua ꝓcussione faciūt sonū. Necesse est. n. q illa, ex quorū ꝓcussione sonus reddit, sint dura, ut aer extrudaī, q quidē extrusio est cā gñationis soni. Requiritur etiā, q sint lenia, ut sit aer unus sicut infra dicet. Cōcaua aūt ēt ꝓcussa, bñ reddūt sonū, qa in eis intus aer cōcludit, Et cū illud, qđ primo motum est, non possit statim exire, percutit aliūdaerē, & sic ex repercussione fiunt multi ictus & multiplicat sonus. Et pp hoc etiā illa q in sui cōpositione habent aerem bene dispositū. sunt bene sonora, sicut æs, & argentū. In quorū aūt cōpositione aer nō bñ se habet, non sunt bene sonora, sicut plūbū, & alia hmōi, quæ sunt magis feculenta, & terrestria. Deinde cū dicit.

E

F

Quo medio soni ad aures defe tantur.

Præterea auditur quidem sonus & in aere, & in aqua. At uero nec aer est author soni, nec aqua. sed opus est, ut inter sese solidorum corporum, atq; ad aerem ictus fiat. Quod quidē ſ fit, cum aer percussus permanet, neq; diffunditur. Quapropter si cito uchementerq; percutiatur, sonat Opus est enim, ut percutientis motus, diffusionē præueniat aeris, perinde, atque si cumulum, aut ceruum arenæ, cum fertur uclociter, quispiam uerberet.

Tex.c 79

Amplius auditur in aere, & in aqua, sed minus in aqua. Non est autem soni proprius aer, neq; aqua. Sed oportet solidorum percussionem fieri ad seinuicem & ad aera. Hoc autem fit permaneat percussus aer, & non dissoluatur, unde si uelociter & fortiter percutiatur. sonat. Oportet enim præoccupare motum ferientis, fracturam aeris, sicut si congregationem aut cumulum lapillorum percutiat aliquis latum uclociter.

Oñdit quale sit mediū in quo generatur sonus, & dicit q mediū in quo sonus audit est aer et aqua, sed minus audit in aqua, q in aere, uñ ꝓpriſſimū mediū tam in generatione soni, q in auditu, est aer. Et quia mediū in quolibet sensu, qualitatibus sentibilibus ſm illum sensum caret, ut possit oēs recipere, manifestū est q neq; aer, neque aqua habent propriū sonum, sed necessarium est ad soni gñationē, in aere uel aqua, q aliqua corpora firma uel solida, & dura percutiāt seinuicē, & pcutiant aerē. Quod autem simul fiat percussio solidorū adinuicē, & p cōsequēs sonus & ad aera, cōtingit cū aer in sua integritate manet, ut possit ꝓcuti, & non diuidit ante percussionē. Et pp hoc uidemus, q si aliquid tardo motu tangat alterū, non facit sonū, quia prius recedit aer, & dissoluitur, q contactus solidorū corporū fiat. Sed si ꝓcussio sit uelox & fortis, tūc fit sonus, qa ad hoc q fiat sonus, oportet q motus percutientis præueniat diuisionem aeris, ut aer adhuc adunatus siue collectus percuti possit, & in eo sonus generari, Et est simile, sicut cū aliquid uelociter fertur, percutere pōt aer uum lapidum añq dissoluatur, quod nō contingit si tarde moueatur. Et propter hoc etiam, qñ aliquid uelociter fertur in ipso aere, facit sonū ex suo motu, qa ipse aer adhuc adunatus, se habet in ratione percussi, & nō solum mediū. Deinde cum dicit.

Quid echo & qūo fiat

Fit autem echo, sonitus inquam is, qui post sonum resultat, cum aer factus unus, ob uas uel locum, qui terminauit ipsum, atq; dissolui prohibuit, inde resilit, ueluti pila, repulsus.

H Tex.c. 80

Echo autem fit, cum ab aere uno facto propter uas determinans, & prohibens diffundi, iterum aer repellitur, sicut sphera.

Echo gño.

Determinat de secunda generatione soni, quæ fit p reuerberationem, qui quidem sonus uocatur Echo. Primo

I ergo determinat quo generetur. Secundo ostendit quo diuersificetur in sui generatione, ibi ¶ Videtur aũt ¶ Considerandũ est autem circa primum q generatio soni in aere consequitur motum aeris, ut dictũ est. Sic autẽ contingit de immutatione aeris apud generationẽ soni, sicut de immutatione aquæ, cum aliqd in aquã pũcitur. Manifestũ est. n. q fiunt quædam regyrationes in circuitu aquæ percussæ. Quæ quidem circa locum percussionis sunt paruæ, & motus est fortis. In remotis autem gyrationes sunt magnæ & motus debilior. Tandem motus totaliter euanescit, & gyrationes cessant. Si autẽ anteq̃ motus cesset, gyrationes illæ aliquod obstaculũ inueniant, fit motus gyrationis in contrarium, & tanto uehementius quanto propinquius fiunt primæ percussioni. Sic igitur intelligendũ est. q ad percussionẽ corporum sonantium, aer in gyrum mouet & sonus undiq; diffundit. Et in uicino quidẽ gyrationes sunt minores, sed motus fortior. unde sonus fortius percipitur. In remotis autem gyrationes sunt maiores, & motus debilior, & sonus obscurius auditur. Tandem aũt deficit totum. Si autem anteq̃ huiusmodi gyrationes deficiant, fiat reuerberatio aeris sic moti, & sonum deferentis ad aliquod corpus, gyrationes reuertentur in contrarium & sic auditur sonus quasi ex aduerso. Et hęc uocaẽ echo. Quod præcipue fit, quando illud obstans, ad quod repercutit aer motus, est aliquod corpus concauũ, quasi quoddam uas determinans, & concludens aerem in sua unitate & ideo prohibens ipsum diuidi. Tunc. n. ille aer sic unitus & commotus quia non potest ulterius motũ protẽdere, propter corpus obstans, percutit iterum aerem, a quo percutiebatur, & fit motus in contrarium. Sicut accidit cum aliquis proiecit pillam, quæ hic sphera dicitur, & inuenies obstaculum retro resilit. Deinde cum dicit.

Ellegãs cõparatio.

K

Videtur autem talis sonitus fieri semper, sed non semper clarus efficitur. Nam & in sono, perinde atq; in lumine fit. Lumẽ enim semper refrangitur. aliquin non fieret lumen ubiq;, sed essent extra locum eum tenebre, quo radij solis peruenient. Verum non ita semper refrangitur, ut umbram efficiat, qua terminare lumen solemus, quod quidem tum fit, cum ab aqua uel aere, cæterisq; lenibus (ut patet) reflectitur.

L

Videtur autem semper fieri Echo, sed non certa, quia accidit in sono, sicut & in lumine. Etenim lumen semper repercutitur neque enim fieret penitus lumen sed tenebra extra locũ a sole illuminatum. Sed non sic repercutitur (sicut ab aqua, aut aere, aut & ab aliquo alio lenium) ut umbram faciat qua lumen determinamus.

Oñdit quo diuersimode fit echo. & dicit q uñ sp fieri echo sed non sp fit certa. i. manifeste perceptibilis. Et hoc ostendit p sis̃e. Dicit. n. q accidit in sono, sicut in lumine. Lumẽ. n sp repercutit, sed qñq quidẽ est manifesta repercussio luminis, qñq autẽ non. Manifesta quidẽ est repercussio luminis, qñ repercutit ab aliquo corpore fulgido, itaq; cũ quadã claritate fit luminis repercussio, sili mõ prima luminis emissioni. In manifesta autẽ est repercussio luminis, qñ repercutit ab aliquo corpore opaco, quia hmõi repercussio fit sine claritate, & radiorũ emissione. Nisi. n. a corporibus opacis fieret repercussio radiorũ solis, nõ fieret lumẽ penitus. i. in qualibet parte aeris superioris hemisphęrij, sed ubiq; esset tenebra extra solẽ. i. extra loca, ad q directe ueniunt radij solares. Non tñ sic repercutitur lumẽ a corporibus opacis sicut ab aqua uel aere aut aliquo de numero lenium corporũ, & terrorum, a quibus fit repercussio cum claritate & radiorum emissione. Et ideo quia repercussio quæ fit a corporibus opacis, non est similis repercussioni, quæ fit a corporibus fulgidis, repercussio quæ fit a corporibus opacis facit tenebram. i. umbram ex illa parte, ubi determinat lumen manifestum, qđ est ex directa emissione radiorũ solariũ. Si aũt qñ repercussio soni fit ad corpus cõcauũ, in quo natus est multiplicari sonus, fit echo certa. i manifeste comprehensibilis. Quando autem ad alia corpora fit reuerberatio soni, quæ non sunt nata multiplicare sonum non fit echo manifesta.

M

N

Recte autem a ueteribus, audiendi uacuo tribuitur auctoritas, nam aer uacuũ esse, uidetur, Is autem est qui audire facit cum continuus unusq; fuerit agitatus. Verum quia fragilis est, non personat, nisi id, quod est percussum, fit lene. Tum. n. unus, ipso simul ob planitiem ipsam euadit. Lenis nãq; corporis planum est unum. Id igitur sonum efficit, quod mouet usque ad auditum continuatione aerem unum.

Vacuum autem recte dicitur proprium audiendi, Videtur enim esse uacuum aer. Hic autem est faciens audire, cum mouea tur continuus & unus. Sed propter id, quod fragilis est, non sonat, nisi lene sit, quod percutitur, tunc autem unus fit. Simul. n. pp planum, unum. n. est lenis planum. Sonatiuum est igitur id, quod motiuũ est unius aeris, continuitate usq; ad auditum.

Tex. c. 81.

O

Tex. c. 82

Lectio. XVII.

POSTQVAM Philosophus determinauit de generatione soni, hic determinat de immutatione sensus a sono. Et primo quantũ ad immutationem medij. Secundo quãtum ad immutationẽ instrumẽti. ibi ¶ Auditus aũt. ¶ Dicit ergo primo, q quia medium in sono est aer, recte dicitur a quibusdam, q uacuũ est proprium sensui auditus, quia uidetur eis. q uacuum sit aer. Aer aũt facit audire sonum, cum moueatur. existens unus, & continuus, ut in eo possit formari sonus. Et quia ad hoc q formetur sonus, necessaria est unitas, & cõtinuitas aeris, iõ non fit sonus, nisi sonabile, qđ pcutitur, sit lene. Lene. n. est cuius una pars non supereminet alteri. Asperum autem cuius una pars alicui supereminet. Vnde manifestum est, q superficies lenis corporis est simpliciter una. Et propter hoc, aer propter unitatem plani. i. superficiei fit unus, & simul existens. Si autẽ corpus non sit lene, sed asperum, tunc superficies non est una. Et quia aer est frãgibilis. i. facile diuisibilis, sequit̃ q etiam aer non sit unus & continuus, unde non potest in eo formari sonus. Sic igitur patet, q illud est sonans tantũ. i. faciens sonum quod mouet aerem unum, continuum existentem a se usq; ad auditum. Sic ergo patet, q illi, qui dicunt, q uacuũ est proprium sensui auditus dicunt aliqd recte, quia esse proprium auditus, competit aeri, quem uacuum esse dicunt. Non autem dicunt recte quantũ ad hoc q plenum aere dicunt esse uacuũ. Deinde cum dicit.

Lene quid Asperũ qđ

P

Q

De organo auditus.

Inest autem auditui quidam insitus aer, atq; cum auditus in aere sit, cum externus aer mouetur, & internus mouetur ac agitatur. Quapropter animal non omni audit ex parte, neque quouis aer pertransit & penetrat, quippe cum animatum non habeat aerem ubiq;, quo possit quauis sua parte moueri.

Auditus autem connaturalis est aeri, propter id autem quod in aere est, moto exteriori, & qui intus est, mouetur. Propter quod non ubiq; audit animal, neq; ubiq; pertrãsit aer. Nõ enim ubi habet aerem mouenda pars, & animatum, sicut pupilla humidum.

Determinat de immutatione auditus a sono, quantum ad ipsum organum sensus auditus. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, q aer appropriatur organo auditus. Secũdo ostendit, qualis sit aer, qui cõpetit organo auditus, ibi ¶ Per se quidem igitur. ¶ Tertio ostẽdit, quomodo audi tus impedit uel non impeditur ex impedimẽto organi, ibi ¶ Propter hoc autem & aqua. ¶ Dicit ergo primo, q auditus connaturalis est aeri, ita q sicut humidũ aqueũ cõuenit instrõ uisus. ita aer cõuenit instrõ auditus. Et hoc iõ qa si attribuatur aer instrõ auditus, sequit̃ q eadẽ passio soni erit in aere exterius moto & in aere q mouet intus, & est instrm auditus. Et ideo aial non audit in qualibet parte sui

A te sui corporis, neq; aer sonans generat sonum, siue penetrat quãcunq; partem corporis animati, quia animatũ nõ habet in qualibet sui parte aerẽ. at quelibet pars eius possit esse mouenda a sono, sicut etiam animatum habet humidum aqueum, non ubiq;, sed in quadam parte determinata. s. in pupilla. Deinde cum dicit.

Ipse igitur aer uacat ex se sono, quia facile dispergitur, ac dissoluitur. Verum cum prohibetur dissolui motio, tum ipsis est sonus. At is aer, qui in auribus est collocatus, intus est conditus ut sit immobilis, atq; hoc, ut exacte sentiat differentias omnes.

Tex. c. 83

Per se igitur insonabilis aer, propter id, quod facile frangibilis est, accedit. Cum uero prohibeatur diffluere, hmõi motus, sonus est. Hic autem est in auribus ædificatus in hoc, ut immobilis sit, quatenus exacte sentiat omnes differentias motus.

B Diffin.

Ostẽdit qualis sit aer, qui appropriat instrumento auditus. Et dicit, q cum omne habens sonum sit aptum natum resistere percutienti, Manifestum est q aer per se nõ habet sonum, eo q de se non est natum resistere percutienti, sed facillime cedit. Prohibetur enim cessio eius, siue diffluxus ab aliquo corpore solido, & ideo cum hoc accidit motus aeris reddit sonum. Dictum est enim, q ad generationem soni, oportet fieri percussionem duorum solidorũ adinuicem, & ad aerem. Sed aer qui est connaturalis auditui ¶ est ædificatꝰ ¶. i. firmiter dispositus in auribus, cũ hac proprietate q sit immobilis, ad hoc q animal possit sentire per certitudinem omnes differentias motus. Sicut enim humidum aqueum. quod est in pupilla, caret omni colore, ut possit cognoscere omnes colorum differentias, ita oportet q aer qui est intra tympanũ auris, careat omni motu, ad hoc q possit discernere omnes sonorum differentias. Dinde cum dicit.

Et propter hoc in aqua etiam audimus, quia non ingreditur in ipsum insitum aerem, nec in aurem ob obliquitatis ipsius, aqua, Quod si acciderit, non audimus, nec item si ægrotauerit ipsa membrana. Quemadmodum etiam non uidemus, cum ea pellis ægrotat, quæ pupillam complectitur.

C

Propter hoc autem & in aqua audimus, quoniam non ingreditur ad ipsum connaturalem aerem, sed neq; in aurẽ, propter reflexiones ipsius. Cum aũt hoc accidat, nõ audit, neq; si meninga laboret, sic uti neq; tũ uidemus, cũ ea pellis. quæ pupillam tegit, morbo quopiam laborat.

Oñdit quo impediat auditus ex impedimento organi. Ponit aũt duo impedimẽta. fm duo q dixit esse necessaria ad organũ auditus. Quorũ primũ est q sit ibi aer. Scdm est, q ille aer sit imobilis. Primum ergo ipedimentũ est ex hoc, q ipse aer corrũpit̃. Et iõ ex pdictis manifestũ est, q in aqua auditus sit ita duntaxat q aqua nõ ingrediat̃ ad ipsum cõnaturalẽ aerẽ, quẽ dixit ædificatũ eẽ in auribus, sed neq; etiã in aurẽ ingrediatur, qđ impossibile est pp reflexiones, q̃ phibent introitũ aq̃ in aurẽ. Sed cũ hoc accidit, q aqua. s. ingrediat̃ ad naturalem aerẽ, nõ audit aial pp corruptionẽ aeris, q est necessarius ad audiendũ. Sicut ẽt, si corrũpat̃ humidũ pupillæ, ex imissione alicuius extranei, impeditur uisio. Et non solum ex corruptione aeris impeditur auditus, sed etiã ¶ si meninga ¶ idest pellis circũdans aerẽ, aut aliqua pars cõiũcta ¶ laboret ¶. i. ifirmetur etiã uisio impeditur, si impediatur pellis pupille, q̃ cõtinet humorem aqueũ pupille. Quidam aũt libri hñt q in aqua non audimus. Quod est cõtra illud qđ dictũ est, q audimus in aere & in aqua, & contra illud qđ Philosophus dicit in libro de Hist. animalium, q aialia audiũt in aqua. Licet. n. aqua non ingrediatur ad interiorẽ, aerẽ tñ põt eum cõmouere, & sic imprimere in ipsum speciẽ soni. Secundum autem impedimentum auditus, ponit ibi.

Logica D

At enim signũ id, est audiendi, uel non audiendi. Nam auris semper personat, perinde ac cornu. Semper. n. aer insitus motu suo quodã in auribus agitatur. Verũ ipse sonus alienus est, & non proprius. Et propterea ueteres uacuo nos inquiũt audire, ac personãte, quia audimus eo, qđ determinatũ aerem habet.

B

Tex. c 84

Sed signum est audiendi, aut non, sonare semper aurem, sicut cornu. Semper enim quodam proprio motu aer mouetur in auribus, sed sonus extraneus, & nõ proprius. Et propter hoc dicunt nos audire uacuo, & sonanti, quia audimus habente determinatum aerem.

Et hoc impedimentũ puenit ex hoc, q aer qui est in auribus, nõ est immobilis. unde dicit qđ signũ p qđ põt discerni, utrum aliquis sit boni auditus, uel non, est qđ semper audiat tinnitum in auribus, & sonum, sicut auditur cũ apponitur cornu ad aures, propter motum aeris in cornu. Cum enim hoc accidit, homo non est boni auditus, quia aer in auribus sic audiẽtis tinnitum, semper mouetur quodam proprio motu. Sed ab instrumento auditus sonus debet esse extraneus, & non proprius, sicut instrumẽtũ uisus recipit extraneũ colorẽ. & non habet pprium. Si aũt haberet proprium, impediret uisio. Et similiter si aer, q est in auribus habeat proprium motũ & sonũ, impeditur auditus. Quia igitur auditus fit p aerẽ, pp hoc aliqui credẽtes aerem esse uacuũ, dicunt nos audire uacuo, & sonanti, quia. f pars qua audimus, habet aerem determinatum. i. immobilẽ & distinctũ ab aere exteriori. Deinde cũ dicit.

F

Quid sit esse finis soni causa.

Sed utrũ horũ duorũ sonet, uerberans, an id, quod uerberatur. At constat utrunq; sonare, modo aũt diuerso. Sonus. n. motio est eius, quod eo motu moueri potest, quo mouentur ea, quæ resiliunt a corporibus lenibus, cum quispiã percutit. Nec omne quoduis tam uerberatũ, quam uerberans, sonũ efficit, uti diximus. Non. n. (ut patet) sonus efficitur, si acus feriat acum, sed opus est, ut id, quod uerberatur, si planum, quo simul aer inde resiliat, totusue concutiatur.

Tex. c. 86

G

Vtrũ aũt sonet, uerberans, an qđ uerberatur, an utrunq;, modo aũt altero. Est. n. sonus motus possibilis moueri hoc mõ, quo eadem saltantia a lenibus cũ aliquis ea traxerit. Nõ igitur, sicut dictum est, oẽ sonat, quod uerberatur, & uerberans, ut si obijciatur acus acui, sed oportet quod percutitur, planum lene, regulare esse, ut aer subito dissiliat, & moueatur.

Mouet qõnẽ circa generationem soni, utrum cã actiua soni sit uerberans, aut qđ uerberatur. Et determinat quod utrunq; est cã. sed alio & alio mõ, ya. n. consequitur sonus motũ necesse est qđ sicut aliquid est cã actiua motus, ita aliquid est causa actiua soni. Generatur aũt sonus ex motu quo aliqd percutiens, pp resistẽtiã percussi resilit, ea. s. mõ quo ¶ saltantia ¶. i. resilientia mouentur a lenibus & duris, cũ aliquid ¶ ea traxerit ¶. i. fortiter impulerit. Manifestum est igitur qđ primũ pcutiens mouet & iterum percussum, inquantũ facit resilire percutiens, & sic utrunque est causa actiua motus. Et quia in generatione soni necesse est qđ quędã resilitio fiat ex resistentia percussi, nõ oẽ quod uerberat & uerberatur sonat, sicut dictum est prius puta si obijciatur acus acui, non fit sonus. Sed ad hoc qđ gñetur sonus, oportet hoc qđ pcutitur esse regulare. i. esse sic dispositũ, ut aer subito dissiliat ex eius resistẽtia: & moueaẽ, & ex tali motu generetur sonus. Deinde cum dicit.

Acutum & graue sono rum differentiæ sunt

Tex. c. 86

H

Atq; differentiæ sonorum, actu sono manifeste fieri solent. Nam ut abs q; lumine non uidẽtur colores, sic neq; acutum, graue q; sine sono discernitur.

Differentiæ autem sonantium, in sono secundum actũ ostenduntur. Sicut. n. non uidentur colores sine lumine, sic neq; sine sono acutum & graue.

Determinat de differẽtijs sonorũ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo percipiantur. Secundo, quomodo nominentur, ibi ¶ Hæc autem dicuntur. ¶ Dicit ergo primo, qđ diuersæ res sonantes faciũt diuersos sonos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Sed huiusmodi differentię ſonantium, ſecundum q̃ natæ ſunt facere diuerſos ſonos, non manifeſtantur quando ſonus eſt in potentia ſed ſolum quando ſonus eſt in actu. Sicut enim non uidentur colores ſine lumine, ſic non percipiuntur acutum & graue in rebus ſonatiuis, niſi fiat ſonus in actu. Deinde cum dicit.

Hæc autem a tangibilibus translatione dicuntur.

Hæc autem dicuntur ſecundum metaphoram ab illis quæ tanguntur.

Oſtendit quo differentiæ ſonorum nominentur. Et circa hoc quatuor facit. Primo oſtendit unde ſumantur nomina ſonorũ, & dicit q̃ ſumuntur ſecundum metaphoram a qualitatibus tangibilibus. Manifeſtum eſt enim q̃ acutum & graue inter qualitates tangibiles computãtur. Secundo ibi.

Quid ſit acutꝰ, & grauis ſonus. K *Acutum nanq;, multũ in breui tempore ſenſum mouet. Graue uero longo in tempore, parum.*

Acutum enim mouet ſenſum in pauco tempore multũ. Graue autem in multo paucum.

Ponit rationes nominum. Et dicit q̃ ille ſonus acutus eſt, qui multum mouet ſenſum auditus in pauco tempore, grauis autem ſonus eſt qui multo tempore mouet parũ. Tertio ibi.

Non igitur idem eſt acutum & uelox, neq; graue tardũq;, ſed ſit alterius quidẽ motus propter uelocitatem talis, alterius autem, talis ob tarditatem.

Neq; tamen uelox eſt acutũ, graue autem tardum. Sed ſit illius quidem propter uelocitatem talis motus, huius autem, propter tarditatem.

Quia prędicte rationes uidentur eſſe uelocis, & tardi, uelox enim eſt quod in paruo tempore multum mouetur, tardum autem quod in multo tempore, parum. Oſtẽdit qualiter ſe habet acutum & graue in ſonis, ac uelox & tardum in motibus, & dicit q̃ uelox non eſt idem quod acutum, nec graue in ſonis eſt idẽ q̃d tardum, ſicut nec ſonus (cuius differentię ſunt graue & acutũ) eſt idem quod motus, cuius differentiæ ſunt uelox & tardum. Sed ſicut motus eſt cauſa ſoni, ita uelocitas motus eſt cã ſoni acuti, & tarditas motus eſt cauſa ſoni grauis. Sed hoc intelligendum eſt, cum ſonus cauſatur ab uno motu, cum autem cauſatur ex pluribus motibus frequẽtia motuum eſt cauſa acuti ſoni, & tarditas eſt cauſa grauis, ut dicit Boetius in Muſica. Vnde & chorda magis tenſa, acutius ſonat, quia ex una percuſſione frequentius mouetur. Quarto ibi.

L *Et ſimilia eſſe uidentur acuto atq; obtuſo, quæ ſunt in tactu. Nam acutum quidem quaſi pungit, obtuſum autem quaſi pellit quia illud in pauco, hoc in multo tempore mouet. Quare ſit, ut illud ſit uelox, hoc tardum. Atq; de ſono quidem determinatum ſit hactenus.*

Et uidẽtur ſimilitudinem habere, circa tactum cum acuto et hebeti. Acutum enim quaſi pũgit, hebes quaſi pellit, propter id quod mouet, hoc quidem in pauco, illud autem in multo. Quare accidit hoc quidem, uelox, illud autem, tardum eſſe. De ſono igitur ſic determinatum ſit.

Aſſimilat differentias ſonorum qualitatibus tangibilibus a quibus nominantur, & dicit q̃ ea quæ ſunt circa tactum habent ſimilitudinem cum acuto & hebeti in ſonis, quia acutus quaſi pungit auditum, eo q̃ in pauco tempore mouet ipſum, hebes autẽ quaſi pellit quia in multo tẽpore mouet. Vnde unum eorũ accidit cum uelocitate motus, aliud cum tarditate. Vltimo concludit q̃ ſic de ſono determinatum ſit.

M *Vox autem ſonus quidam eſt animati. Nil enim inanimatorum, uocem habet, ſed ſimilitudine quadam, dicuntur uocem emittere, ut tibia, lyra, cæteraq; inanimata, quæcunq; extenſionem, concentum, & locutionem habent. Horum enim ſoni ſimiles eſſe uoci uidentur, quia uox, & hæc eadem habet.* N Tex c. 87

Vox autem, ſonus quidam eſt animati. Inanimatorum enim nullum uocat, ſed ſecundum ſimilitudinem dicuntur uocare, ut tibia, & lyra, & quæcunque alia inanimatorum, extenſionem habent, & melos, & locutionem, A ſimilantur. n. quia & uox hæc habet.

Lectio. XVIII.

POSTQVAM Philoſophus determinauit de ſono, hic determinat de uoce, quæ eſt ſpecies ſoni. Et diuiditur in partes duas. In quarum prima præmittit quædam q̃ ſunt neceſſaria ad diffinitionem uocis. In ſecunda diffinit uocem, ibi ⁋ Quare percuſſio. ⁌ Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quorum ſit habere uocem. Secundo quid ſit proprium organum uocis, ibi ⁋ Vox autẽ ſonus. ⁌ Circa primum duo facit. Primo, oſtendit q̃ habere uocem eſt animatorum. Secundo, oſtendit quorum animatorum, ibi ⁋ Multa autem animalium. ⁌ Dicit ergo primo, q̃ uox eſt quædã ſpecies ſoni, eſt n. ſonus animati, non autẽ quorũlibet, ſed quorundam, ut poſt patebit. Nullũ aũt inanimatũ habet uocem. Et ſi aliqñ aliquod eorum dicatur habere uocem, hoc eſt ſecũdum ſimilitudinem, ſicut tibia, & lyra, & huiuſmodi inſtrumenta dicuntur habere uocem. Habent. n. tria. eorum ſoni, in quibus aſſimilanẽ uoci. Quorum primum eſt extenſio. Manifeſtum eſt enim q̃ in corporibus inanimatis ex ſimplici percuſſiõe cauſatur ſonus unde cum percuſſio ſtatim tranſeat, ſonus etiam cito tranſit, & non continuatur. Sed uox cauſatur ex percuſſione aeris ad uocalem arteriam, ut poſt dicetur, quæ quidem percuſſio continuatur ſecundum appetitum animę, & iõ uox extendi poteſt, & continuari. Illa igitur inſtrumenta de quibus dictum eſt, ex hoc ipſo q̃ habent quandam cõtinuitatem in ſuo ſono, habent ſimilitudinem uocis. Secũdum autem, in quo aſſimilantur uoci eſt melos. i. conſonãtia. Sonus. n. corporis inanimati, cum ex ſimplici percuſſione proueniat, uniformis eſt, non habens in ſe diuerſitatem grauis, & acuti, unde in eo non eſt conſonantia, quæ ex eorum proportione cauſatur. Sed uox diuerſificatur ſecundum graue & acutum, eo q̃ percuſſio, quæ cauſat uocẽ, diuerſimode fit ſecundum appetitum animalis uocẽ emittentis Vnde cum in prædictis inſtrumentis diſtinctio ſit grauis, & acuti in ſono, eorum ſonus eſt cum quadã melodia, ad ſimilitudinem uocis. Tertium, in quo ſonus horum inſtrumentorum habet ſimilitudinem uocis, eſt locutio. i. interpretatio ſonorum ad ſimilitudinem locutionis. Manifeſtum eſt enim, q̃ humana locutio non eſt contiuua, unde & in libro Prædicamentorum, oratio quæ in uoce profertur, ponitur ſpecies quantitatis diſcretæ. Diſtinguitur enim oratio per dictiões, et dictio per ſyllabas, & hoc accidit propter diuerſas percuſſiones aeris ab aĩa. Et ſimiliter ſonus prædictorum inſtrumentorum diſtinguitur ſecundum diuerſas percuſſiones, utpote diuerſarum chordarum, uel diuerſorum flatuum, aut aliquorum huiuſmodi. Deinde cum dicit.

O Tex c. 88

In tex ſeq.

Quidã ſoni inanimatorũ aſſimilãtur uoci in tribus. Tex c. 90

Oto ſpẽ diſcretæ q̃titatis.

Atqui complura ſunt animalium, quæ non eliciunt uocem, ut ea, quæ ſanguinis expertia ſunt. Et eorum que ſanguinem habent, piſces, Atq; id, non abſq; ratione, ſi quidem ſonus, motio quædam aeris eſt, Sed qui uocẽ dicuntur emittere, ut acheloi ſiluij piſces, ij branchijs ſane ſonitant, uel aliqua ſimili parte.

Multa autem animalium uocem non habent, ut quæ ſunt ſine ſanguine, & ſanguinem habentium, piſces. Et hoc rationabiliter, ſi quidem motus, ſonus eſt. Sed qui dicuntur uocem habere, ut qui in acheloo, ſonant branchijs, aut quodam altero huiuſmodi. P Q

Oſtendit quorum animatorum ſit habere uocem, & dicit q̃

A Libr 4. de hiſt. animalĩ. cap. 9. cit q̃ etiam multa animalia ſunt quæ non habent uocem ſicut omnia carentia ſanguine, quorum quatuor ſunt genera, ut dicitur in lib. de Animalibus, ſcilicet molli, quæ habẽt mollem carnem exterius, ut pulpi, & ſepiæ, & animalia mollis teſte, ut cancri, & animalia duræ teſtæ, ut oſtræ, & animalia anuloſi corporis, ut apes, & formicæ, & huiuſmodi. Nullũ. n. horũ habent ſanguinem, neq; uocẽ. Et ſimiliter etiam aliqua animalium habentium ſanguinẽ non habent uocem. ſ. piſces. Et hoc rationabiliter accidit quia ſonus eſt quidam motus aeris, ut ſupra dictum eſt. Huiuſmodi autem animalia non reſpirant aerem, & iõ non habent proprium ſonũ, qui ſit uox. Sed q̃ aliqui piſces dicuntur habere uocem, ſicut qui ſunt in acheloo, quod eſt proprium nomen fluuñ, non habent proprie uocem, ſed faciunt quendam ſonum cum branchijs, quibus expellunt aquam, & attrahunt aerem, aut aliquo alio inſtrumẽto motus. Deinde cum dicit.

Tex c. 83

B Quę alia uocẽ hãnt

Vox aũt ſonus eſt animalis, & nõ quauis efficitur, ſine diferimine, parte, ſed cum, aliquo percutiente aliquid, & in aliquo, quod quidem eſt aer, ſonus effici ſoleat, iure profecto uocem, animalium ea ſolum habebunt, quæ ſuſcipiunt aerem.

Tex c. 88

Vox autem ſonus animalis eſt, & non qualibet parte. Sed quoniam omne ſonat, uerber ante aliquo, & aliquid, & in aliquo, hoc autem eſt aer, rationabiliter utiq; uocem habebunt, hæc ſola, quæcunq; ſuſcipiunt aerem.

Oſtendit quod ſit organum uocis Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, q̃ idem eſt organum uocis & reſpirationis Secundo oſtendit ad q̃d reſpiratio ſit utilis, ibi ⁋ Iã enim reſpirato. ⁌ Tertio oſtendit quid ſit organum reſpirationis, ibi ⁋ Organum autẽ. ⁌ Dicit ergo, q̃ quãuis uox ſit ſonus animalis, non tamen cuiuſcunq; partis animalis, ſonus eſt uox. Sed quia ad generationem ſoni requiritur q̃ ſit percuſſio alicuius ad aliquid, & in aliquo, q̃d eſt aer rationabile eſt, q̃ illa ſola animata uocem habeant, quæ aerem reſpirando ſuſcipiunt, & ex eadem parte, unde reſpirant. Deinde cum dicit.

C Natura uel uſus aere in ſpiritu, & lingua ad quo mũcia

Iam. n. ipſa natura, ut ad guſtum, & locutionem utitur lingua, quorũ guſtus quidem neceſſarium eſt, quapropter & pluribus ineſt, interpretatio uero eſt gratia boni, ſic & aere qui reſpiratione trahitur, ad duas utitur operationes, ad interuum inquam diſponendum calorem, quod quidem eſt neceſſarium, et cauſam in alijs explicabimus, & ad uocem etiam conficiendam ob bonum.

Iam enim aere reſpirato utitur natura ad duo opera, ſicut lingua, & ad guſtum & locutionem. Quorum quidem, guſtus neceſſarius eſt, unde et pluribus ineſt. Interpretatio autem eſt propter bene eſſe. Sic & ſpiritu, & ad calorem interiorẽ, quod eſt neceſſarium, cauſa autem in alijs dicetur, & ad uocem, ut ſit bene.

Dicit q̃ natura utiẽ aere reſpirato, ad duo opera, ſicut etiam utitur lingua ad guſtum, & ad locutionem, quorũ duorũ, guſtus eſt neceſſarius, eſt enim diſcretiuus alimenti conuenientis, quo conſeruatur animal, & ꝓpter hoc pluribus animalibus ineſt. Sed interpretatio quæ ſit per locutionem, eſt ad bene eſſe. Et ſimiliter aere reſpirato natura utitur ad mitigationem caloris naturalis, quod eſt neceſſarium, & huius cauſa dicta eſt in libro de reſpiratiõe & expiratione, & utitur aere reſpirato ad formationem uocis, quod eſt ad bene eſſe. Deinde cum dicit.

D Quid nam ſit reſpirationis ergã tunã.

Inſtrumentum autem reſpirandi fauces ſunt pulmoq;, ideſt gratia cuius eſt iſta pars. Nam ea quæ gradiuntur, hac in parte plus habent caloris, quam cætera, Is præterea locus, qui circa cor eſt, primus reſpiratione nimirum eget. Idcirco neceſſariũ eſt, aerem ingredi reſpiratione attractum.

Organum autem reſpirationis, uocalis arteria eſt. Cuius autem cauſa hæc pars, eſt pulmo. Hac enim parte plus habent caloris, pedibus gradientia, alijs. Indiget autem reſpiratione, et circa cor locus primus. Vnde neceſſe eſt interius reſpirante, in gredi aerem. E Tex c. 89 Lectio 1.

Oſtendit quod ſit organum reſpirationis, & dicit q̃ organum reſpirationis eſt uocalis arteria, quæ eſt ordinata ad pulmonem, ut ei deſeruiat ad aeris attractionem. Aer enim neceſſe eſt ut recipiatur in pulmone, quia animalia greſſiua habent in hac parte plus de calore, q̃ in alijs partibus. Pulmo enim coniungitur cordi, in quo eſt principiũ caloris naturalis, & ideo locus qui eſt circa cor, indiget reſpiratione ad refrigerium caloris naturalis. Dicit autẽ ⁋ locus primus ⁌, uel quia eſt primus poſt cor, pulmo, utpote ei uicinior, uel quia cor eſt prima pars animalis, & quantum ad generationem, & quantum ad cauſalitatẽ motus, & propter hoc neceſſe eſt ut aer ingrediatur ad pulmonẽ, ad refrigerium caloris naturalis cordis Vel hoc quod dicit, quia ⁋ in hac parte animalia pedibus gradientia habent plus caloris alijs ⁌ intelligendum eſt alijs animalibus. Manifeſtum eſt enim q̃ animalia habentia ſanguinẽ, habent plus de calore naturali, carentibus ſanguine. Et in genere habentium ſanguinem, habent piſces minus de calore naturali. Et propter hoc, animalia carentia ſanguine, & piſces non reſpirant, ut ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit. F

Tex c. 87 Vocis deſini. Tex c. 90.

Quare uox eſt ictus, aeris reſpiratione attracti, qui quidem ab anima fit, ea, quæ his in partibus collocatur, ad eam partem quæ gurgulio appellatur.

Quare percuſſio reſpirati aeris ab anima, que eſt in his partibus, ad uocalem arteriam, uox eſt.

Ex præmiſſis, uocis diffinitionẽ concludit. Et circa hoc duo facit. Primo ponit diffinitionem uocis. Secundo manifeſtat eam. ibi. ⁋ Non enim omnis. ⁌ Dicit ergo primo q̃ quia uox eſt ſonus animati, & ex illa parte qua aerẽ reſpirat, omnis autem ſonus eſt ex aliqua percuſſione aeris, ſequitur q̃ uox ſit reſpirati percuſſio aeris ad arteriam uocalem, que quidẽ percuſſio ſit ab anima, quę eſt in his partibus ideſt principaliter in corde. Quamuis enim anima ſit in toto corpore, ut eſt forma animalis, tñ uis eius motiua eſt principaliter in corde. Datur autem hæc diffinitio per cãm. Non enim uox eſt percuſſio, ſed ſonus ex percuſſione cauſatus. Deinde cum dicit. G

Nõ enim omnis quiuis animalis ſonus, uox eſt, uti diximus, ſit enim ut & lingua ſonus efficiatur: & etiam ut tuſſientes efficiunt uocem, ſed oportet ut & animatum ſit id, quod uerberat, & aliqua cum imaginatione, Vox enim, ſonus quidam eſt ſignificatiuus, & non aeris eius, qui reſpiratione trahitur, uti tuſſis, ſed hoc ferit aerem eum, qui eſt in gurgulione, ad ipſum.

Non enim omnis ſonus animalis, uox eſt, ſicut diximus. Eſt enim & lingua ſonare, & ſicut tuſſientes. Sed oportet, & animatum uerberans, & cum imaginatione aliqua. Significatiuus enim quidam ſonus eſt uox, & non reſpirati aeris, ſicut tuſſis, ſed iſto uerberat eum aerem qui eſt in arteria, ad ipſum.

Manifeſtat prædictam diffinitionem. Et primo quantũ ad hoc quod dixerat, q̃ percuſſio uocalis eſt ab anima. Secundo quantum ad hoc quod dixit, quod eſt aeris reſpirati. ibi ⁋ Signum autem ⁌ Poſuerat enim tria in diffinitione uocis. Percutiens ſcilicet animam. Percuſſum, ſcilicet aerem reſpiratum. Et ad quod fit percuſſio ſcilicet uocalem arteriam, quorum tertium ſupra manifeſtauerat, unde reſtabat q̃ duo prima manifeſtaret. Dicit ergo prio q̃ ſicut ſupra dictum eſt, non omnis ſonus animalis eſt uox. Contingit enim linguam facere aliquos ſonos, qui tamen non H

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt uoces, sicut & tussientes faciunt sonum, qui tamē nō est uox. Oportet enim ad hoc ꝙ sit uox, ꝙ uerberās aerē sit aliquid aiatum, & cū imaginatione ad aliquid significandum. Oportet. n. ꝙ uox sit sonus quidam significans, uel naturaliter, uel ad placitum, & propter hoc dictū est ꝙ huiusmodi percussio est ab anima. Operationes enim animales dicuntur, quæ ex imaginatione procedūt. Et sic patet ꝙ uox non est percussio respirati aeris, sicut accidit in tussi. Sed id cui principaliter attribuitur causa generationis uocis est anima, quæ utitur isto aere. s. respirato, ad uerberandum aerem qui est in arteria ad ipsam arteriam. Aer ergo non est principale in uocis formatione, sed anima quæ utitur aere ut instrumento ad uocem formandā. Deinde cum dicit.

Cur muti sint pisces. K

Signum autem est, non posse quenquam ædere uocem spirantem, aut respirantem, sed aerem retinentem. Detinens enim aerem, hoc ipso nimirum mouet. Patet autem & quam ob causam pisces uocē nō fundūt, fauces enim non habent. At hanc partē non habent, quia non suscipiunt aerem, neq; respirant. Sed qui ita dicunt, uchementer aberrant. Quam autem ob causam alius sermo est.

Tex. cō. 91

Signum autem est non posse uocem formare respirantē, neq; expirantem, sed detinentem. Mouet. n. isto, retinens. Manifestum autem & cur pisces sint sine uoce, Non. n. habent guttur. Hanc autem partem non habent, quia nō recipiunt aerem, neq; respirant. Sed qui dicunt sic: peccant, Propter quam igitur causam, altera ratio est.

Ostendit aliam partē diffinitionis scilicet ꝙ uox sit per cussio aeris respirati, & dicit ꝙ signum huius est duplex. unum quia animal non potest formare uocē, neq; dum attrahit aerem respirando, neq; dum expellit expirando. sed dum retinet aerem, quia dum retinet, isto aere retento & p cutiente aerem existentem in uocali arteria causat motum ad formationem uocis. Aliud signum est pisces nō habēt uocem, non enim habent guttur, id est uocalem arteriam, & hanc partem non habent, quia non recipiunt aerē, ne ꝙ respirant. Sed qui dicunt hoc ꝙ pisces respirant, peccāt. Quare autem pisces nō respirant. alia ratio est, pertinet. n. ad scientiam in qua considerantur particularia accidentia animalium.

De odore uero.

De odore uero & odorabili, non æque bene, atque de hisce quæ dicta sunt, discernere, determinareq; possumus. Non. n. sic patet, quale quid sit odor, ut sonus, uel lumen uel color. Cuius causa est, nos non habere hunc sensum exactum, sed inferiorem complurium animalium sensum. Remisse namque homo olfacit, & nihil odorabilium percipit absque dolore, uel uoluptate propterea q, sensus instrumentum huiusce non est exactum atque perfectum. Atq; consentaneū est rationi, tam animaliū ea quæ duros oculos habent, sic sentire colores, ut non eorum percipiant differentias, nisi terrore, contrarioq; ipsius, quam hominum genus, odoret.

Hō semissium ac debile habet olfactum.

Tex. c. 92

De odore autem et olfactibili, minus bene determinabile est dictis. Nō enim manifestū est quale quid sit odor, sicut sonus, aut uisibile, aut lumen. Causa autem est, quia sensum hunc non habemus certum. sed peiorem multis animalibus, Praue enim odorat homo, & nihil odorat odorabilium, sine lætitia & tristitia tanquam non existente certo, eo quo sentimus. Rationabile est autem sicut & sortes oculis colores sentire, & non per manifestas ipsis esse differentias colorum nisi terrentium, & non terrentium, sic & odores, hominum genus.

Lectio. XIX.

POSTQVAM Philosophus determinauit de uisibili & audibili, nūc tertio determinat de odorabili. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de odorabili ut sic. In secunda determinat de odorabili secundū ꝙ immutat sensum olfactus. ibi. ¶ Est autem olfactus. ¶ Circa primum duo facit. Primo determinat de odorabili sm se. In secunda de non odorabili secundum ꝙ odoratu percipitur. ibi. ¶ Adhuc autem ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit difficultatem determinandi de odorabili. Secundo ostendit quō accipiatur cognitio odorabilium. ibi. ¶ Videtur enim & analogia. ¶ Dicit ergo primo ꝙ nō ita bene determinari potest de odore & odorabili, sicut de p dictis sensibilibus. s. audibili, & uisibili, quia non manifestū est nobis ꝙd sit odor, sicut ꝙd est sonus, aut ꝙd est uisibile, aut lumē, uel aliquid himōi. Et huius cām assignat, ꝙa sensum odoratus non habemus bonum, qui perspicaciter & per certitudinem cognoscat suum obiectum, sed habemus eum peiorem multis aliis animalibus. Cuius ratio est quia cum instrumentum sensus debeat esse proportionatū suo sensibili, sicut odor causatur ex calido & sicco, ita ad bonitatem instrumēti odoratus, exigitur uictoria calidi & sicci. Homo autem habet cerebrum in cuius uicino positum est instrumentum olfactus, maius omnibus aliis animalibus, secundum proportionem sui corporis, ut Philosophus dicit in libro de animalibus. unde cum cerebrum sit humidum & frigidum in se cōsideratum, impeditur in homine bonitas olfactus, & propter hoc praue odorat homo, & nihil odorabilium percipit, nisi quod est secundum aliquam excellentiam inducens delectationem aut contrarium, quod contingit propter sensum qui nō est perspicax ad certitudinaliter discernendum de suo obiecto. Vnde rationabile est ꝙ hominum genus sic se habeat ad percipiendos odores, sicut se habent animalia habētia duros oculos, ut locustæ, & quidam pisces ad percipiendos colores, quos, propter debilitatē usus, ex ineptitudine organi, non percipiunt nisi in quadam excellentia, prout ex eis ingeritur eis aliquis terror, uel eius contrarium. Deinde cum dicit.

Similem autem rationem subire uidetur odoratus ad gustū & odoris species ad species ipsas saporum. Verum exactiorem gustum habemus, quam odoratum, ex eo quia gustus tactus est quidam, quem quidem sensum homo exactissimum habet. in cæteris nanq; sensibus uehementer a cæteris animalibus superatur, at tactu longe cæteris omnibus excellentius percipit. Quapropter & prudentissimum est animalium. Inditium autem est, in hominum genere ob hoc instrumentum sensus, ingeniosos esse, hebetesue, & non ob aliud quicquam. Qui nāq; sunt duri carne, ij sunt inepti mente. Qui uero sunt molles carne, ij sunt ingenioſi, menteq; dextri.

Videtur. n. & olfactus analogiam habere ad gustum, & similiter species humorum, cum his quæ sunt odoris. Sed certiorem habemus gustum, propter id quod ipse quidam tactus est, hunc autem sensum habet homo certissimum. In alijs enim deficit ab animalibus multis. Secundum autem tactum, longe excellētius, certiusq; quam cætera animalia iudicat, unde & prudentissimum animalium est. Signum autem, in genere hominum secundum sensum hunc, ingeniosos esse & non ingeniosos, secūdum alium autem nullum. Duri enim carne, inepti mente. Molles autem carne, bene apti.

Ostendit quomodo innotescant nobis differentiæ odorum Et circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ differentiæ odorum nobis innotescunt per comparationem ad differentias saporum. Secundo ostendit quomodo respondēt differentiæ odorum differentiīs saporum. ibi. ¶ Est autem sicut humor. ¶ Dicit ergo primo ꝙ sensus olfactus in homine, uidetur habere quandam conuenientiam & proportionem ad gustum, & similiter species humorum ideſt saporum ad species odoris. Vnumquodq; autem ignotū cognoscitur per id quod est magis manifestū. Vnde cū species

eies saporum sint nobis maxime manifeste, species odorū quæ sunt nobis ignotæ, & habent affinitatem ad species saporum, sub eorū similitudine a nobis cognoscuntur. Species autem saporum sunt nobis manifeste, quia sensum gustus habet homo certiorem ꝙm alia animalia. quia gustus est tactus quidā. tactū autem habet certissimum aliīs animalibus, licet in aliīs sentibus deficiat a quibusdā animalibus. Sunt enim quædam animalia quæ melius uident audiunt, & olfaciunt ꝙm homo, sed homo sm tactum, multū differt in certitudine cognitionis, ab aliīs animalibus. Vnde quia homo habet optimum tactum, sequitur ꝙ sit prudentissimum omnium aliorum animaliū. Et in genere hominum ex sensu tactus accipimus ꝙ aliqui ingenioſi sunt uel non ingenioſi. & non secundum aliquē alium sensum. Qui enim habent duram carnem, & per consequens habent malū tactum, sunt inepti sm mentem, qui uero sunt molles carne, & per consequens boni tactus, sunt bene apti mente. Vnde etiam alia animalia habent duriores carnes, quā homo. Sed uideē ꝙ aptitudo mētis magis respōdeat bonitati usus ꝙm bonitati tactus quia usus est spiritualior sensus & plures differentias rerū demonstrat Sed dicendum est ꝙ duplici ex causa, bonitas mentis respondet bonitati tactus. Prima ratio est ꝙ tactus est fundamētum omnium aliorum sensuum. Manifestū est ꝙ organū tactus diffunditur per totum corpus, & quodlibet instrm cuiuscunq; sensus est etiam instrm tactus, & illud ex quo aliquid dicitur esse sentitiuum, est sensus tactus. Vnde ex hoc ꝙ aliquis habet meliorem tactū, sequē ꝙ simpliciter habet meliorē sentitiuam naturam & per cōsequens ꝙ sit melioris intellectus. Nam bonitas sensus est dispositio ad bonitatē intellectus Ex hoc autē ꝙ aliquis habet meliorem auditum, uel meliorem usum non sequitur ꝙ sit melius sentitiuus, uel melioris sentitiuę simpliciter sed solum secundum quid. Alia ratio est, quia bonitas tactus consequitur bonitatem complexionis siue temperantię. Cum. n. instrm tactus non possit esse denudatum a genere tangibilium qualitatum, eo quod est ex elementis cōpositū, oportet quod sit in potentia ad extrema, saltem per hoc quod est medium inter ea. Ad bonam aūt cōplexionem corporis sequitur nobilitas animę, quia oīs forma est proportionata suæ materię. Vnde sequit quod qui sint boni tactus, sunt nobilioris animæ & perspicacioris mentis. Quæritur autē iterum, cum tactus sit certissimus sensuum. quare species odorum denominantur magis a speciebus saporum, cū a qualitatibus tangibilibus. Et dicendum quod odor & sapor causantur ex determinata commixtione qualitatum elementarium, & iō species odoris magis correspondent speciebus saporis, cū simplicibus qualitatibus tangibilibus. Deinde cum dicit.

Vt autem saporum, alius dulcis, alius est amarus, sic & odorum quosdam dulces, quosdam appellamus amaros. Verū quædam odorem habent saporemq; similis rationis, dulcem inquā saporē, dulcemq; odorē, quædam contra. Similiter & acer est, & acerbus odor, & acutus, & pinguis. Nam qui odores non sunt, uti diximus, manifesti. perinde atq; sapores, ideo nomina odorū deducta sunt a saporibus, per similitudinem rerū. Alius enim est dulcis, ut croci, mellisq;, alius acer, ut thymi, ac huiusce modi rerum. Idem & in cæteris modus seruatur.

Est autem sicut humor, hic quidem dulcis, ille uero amarus, sic & odores sunt. Sed alia quidem habēt proportionaliter odorem & humorem. (Dico autem dulcem odorem, & dulcem humorem,) alia uero contrarium. Similiter autem & acer, & austerus, & acutus, et pinguis est odor, sed sicut diximus propter id quod non multum manifesti sunt odores, sicut humores, ab his acceperunt nomina secundum similitudinem rerum. Dulcis enim a croco, & melle, acer autem a thymo, & huiusmodi. Eodem modo & in alijs.

Ostendit quomodo species odoris correspondent speciebus saporis, & dicit, quod sicut humor ideſt sapor, qui dam est dulcis, & quidam amarus, sic etiam & odores distinguuntur. Sed sciendū est quod quædam habent proportionalē dolorem & saporem scilicet dulcem odorem & dulcem saporem, quædam uero per contrarium. s. suauem saporem & non suauē odorem uel econuerso. Cuius ratio est, quia sapor consistit in humido aqueo aliqualiter digesto, odor autem consistit in sicco aereo aliqualiter cōtemperato. Contingit autem quandoq; utranq; substantiam. s. subtilem aereā, & aqueā grossiorem, sm debitam proportionē commistā esse, & sic est suauitas saporis & odoris. Si uero sit debita proportio in uno & nō in altero, erit in uno suauitas, & in alio non. Et sic dictum est de dulci, & amaro, quæ sunt extrema in saporibus. quæ transferuntur ad odores, ita etiam & acetosum & austerum ideſt sticticum, aut ponticum, & acurum, & pingue, odoribus attribuuntur. Sed licet non semper in omnibus correspondeant odores saporibus, tamen sicut dixi propter hoc qđ odores non sunt multum manifesti, sicut sapores, acceperunt nomina odores a saporibus, secundum similitudinem rerum, quia, ut in pluribus, odores respondent saporibus. Dulcis. n. odor & sapor causatur a croco & melle. Acer autē a thymo & a similibus. Et similiter de aliīs odoribus & saporibus Deinde cum dicit.

Inodorabile nihil ex, uelut & in uisibile, supra tc. 71. dupl acc. pi docuit, sic & inaudibile, & ingustabile. text io 3. Tex c. 96 Quinis sensibus peculiaris est sui obiecti, & oppo. suo obiecto.

Atqui sicut auditus est audibilis atq; inaudibilis et uisus uisibilis atq; inuisibilis, & quisq; similiter sensuum, sic & odoratus est odorabilis atq; inodorabilis. Inodorabile autem multipliciter dicitur, nam & id quod omnino caret odore, neque unquam odorem habere potest, & id quod exiguum habet, & id etiam quod malum, tetrūq; habet odorem, hoc appellari nomine solet, similiter & ipsum ingustabile dicitur.

Adhuc autem, sicut auditus & unusquisq; sensum hic quidē audibilis & non audibilis, ille uero uisibilis, & non uisibilis sic & olfactus odorabilis, et non odorabilis. Non odorabile autem, aliud quidem secundum id quod omnino impossibile est habere odorem, aliud uero paruum habens, & prauum, similiter autem & non gustabile dicitur.

Ostendit etiam quomodo non odorabilia, odoratu percipiuntur, & dicit quod sicut auditus est audibilis & non audibilis, & usus est uisibilis, & non uisibilis, cum sit eadem potentia cognoscitiua oppositorum, & priuatio non cognoscatur, nisi per habitum, similiter olfactus est odorabilis, & non odorabilis. Sed non odorabile dicitur dupliciter. Aut quod omnino non potest habere odorem, sicut corpora simplicia. Aut quod habet parum de odore, aut malum odorem. Et similiter intelligendum est de gustabili, & non gustabili.

Mediū in odoratu ē nec aer aqua

Fit autem olfactus etiam, per medium, aut aerem aut aquā. Etenim animalium, ea quæ in aquis degunt, uidentur odorem sentire, tam habentia, quam non habentia sanguinem. Sicut & ea quæ uersantur in aere. Horum nāq; nonnulla, odorē alimenti percipiunt eminus perguntq; ad ipsum.

Tex. c. 97

Est autem et olfactus per medium, ut aerem, aut aquam. Et nanque aquatica uidentur odorem sentire Similiter autem & quæcunque cum sanguine, & sine sanguine sicut & quæ in aere. Etenim horum quædam a longe occurrunt ad alimentū, quæ ab odore mouentur.

Lectio. XX.

POSTQVAM Philosophus determinauit de odorabili, hic determinat de immutatione odoratus ab ipso. Et primo quantum ad medium. Secundo quantum ad organum sensus. ibi ¶ Est autem odor sicci. ¶ Circa primū duo facit. Primo ostendit quid sit mediū instrumenti odoratus. Secundo mouet quandam quæstionem circa deter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minat.ibi ⸗ Vnde dubium. ⸗ Dicit ergo primo ꝙ sensus olfactus immutatur ab odorabili per medium scilicet aerem, aut aquam. Et quod aer sit medium in olfactu, manifeste apparet, quia nos per aerem odoramus. Vnde oportuit manifestare aquam esse medium in olfactu. Quod quidem ostendit per hoc ꝙ animalia aquatica odorē sentiūt non solum illa quę habent sanguinem, sed etiam illa quæ sanguine carent, sicut & asalia quæ viuunt in aere. Quod apparet ex hoc quod quædam eorū de longinquo uenūt ad alimentum quod non posset esse, nisi inquantum prouocantur ab odore, sicut patet de uulturibus qui ex multis diebus dicuntur ad cadauera conuenire. Quomodo autē odor ad tam remota spatia diffundatur, dubitatio est. Sciendum itaq; est quosdam posuisse omnes sensus quodam perfici tactu. Dicebant n. oportere ꝙ sensus sensibile contingat, ad hoc ꝙ sentiatur. Aliter iū æstimabant hoc accidere in uisu, & in alijs sensibus. Dicebant enim quod ex uisu egrediebantur lineæ uisuales progredientes usq; ad rem uisam & ex earum cōtactu uisibile uidebatur. In alijs autem sensibus dicebant quod econuerso sensibile perueniebat ad sensum. Et ꝙ in tactu & gustu hoc manifeste uidetur accidere. Nam tangibile & gustabile quodam cō tactu sentiuntur, in auditu etiam idem uidetur esse. Nam aer motus usq; ad auditum pertingit. Circa olfactū etiam idem esse dicebant. Ponebant enim quod a corpore odorabili resoluatur quædam fumalis euaporatio, quę est subiectum odoris, & peruenie bat usq; ad sensum olfactus. Causa enim huius diuersitatis hæc esse uidetur, quia anni qui non ponebant nec percipiebāt aliquid de immutatione spirituali medij, sed solum de immutatione naturali. In alijs autem sensibus apparet quædam immutatio naturalis in medio, sed non in uisu. Manifestum est enim ꝙ soni & odores deferuntur per uentos, uel impediuntur, colores aūt nullo mō. Manifestum est etiam ꝙ contrariorū colorum species, per eandem partem aeris deferūtur ad uisum, sicut cum unus uidetur album, alius nigrum simul existētes in eodem aere & eodem aere utētes pro medio. Quod quidem in olfactu non accidit. Nam cōtrarij odores etiā in medio se impedire inueniuntur. Et iō non percipientes immutationē, qua medij immutatur a uisibili, posuerunt ꝙ uisus defertur usq; ad rem uisam. Sed quia perciebant immutationem, qua medium immutatur ab alijs sensibus credebant ꝙ alia sensibilia deferentur ad sensum. Sed manifestum est ꝙ hoc in olfactu non potest accidere. Cum enim odor cadaueris usq; ad quingenta milliaria uel amplius, a uulturibus sentiat, impossibile esset, ꝙ aliqua corporalis euaporatio cadaueris usq; ad tantum spatium diffunderetur. præcipue cum sensibile immutet medium undiq; secundum eandem distantiam, nisi impediatur. Non autem sufficeret ad occupandum tantum spatium, etiam si totū cadauer resolueretur in fumalem euaporationē, cū sit certus terminus rarefactionis ad quem corpus naturale peruenire potest, qui est raritas ignis & præcipuæ cum per huiusmodi odorem, cadauer non appareat sensibiliter immutatum. Et ideo dicendum est, ꝙ als odorabili resolui quidem potest fumalis euaporatio, quę tamen non pertingit usq; ad terminum, ubi odor percipitur, sed immutatur medium spiritualiter, ultra q̄ dicta euaporatio pertingere possit. Quod autem spiritualis immutatio sit a uisibili magis q̄ ab alijs sensibilibus, rō est, quia uisibiles qualitates insunt corruptibilibus corporibus secundum ꝙ communicant cum corporibus incorruptibilibus, unde habent esse formalius & nobilius, q̄ reliqua sensibilia, q̄ sunt ꝓpria corruptibilium corporum. Deinde cum dicit.

Quo circa dubitationem hic locus habere uidetur, si cuncta quidem similiter olfaciunt, homo uero respirans, non respirans autem sed spirans, aut detinens spiritum non olfacit, neq; eminus, neq; cominus, neq; si in ipsis naribus intus rem olentē posuerimus. Atq; sensum quidem non fieri, si in instrumento sensus res ipsa sensu percipienda ponatur, commune omnibus est. Sed non sentire sine respiratione, proprium hominum esse uidetur, quod quidem experientia late patet. Quare ea quæ sanguinis expertia sunt, cum non respirent, sensum quendam præter eos sensus qui dicuntur, alium habent.

Vnde & dubium uidetur, si omnia quidem similiter odorēt, homo autem respirans, odorat, non respirans autem, sed expirans, aut retinens spiritum, non odorat, neq; a longe neq; a prope, neq; si in nasum intus apponatur. Et hoc quidem in ipso organo positum quo sentitur. insensibile esse, omnibus commune est, sed sine respiratione non sentire, proprium est hominum. Manifestum autem est tentantibus. Quare sanguinem non habentia quoniam non respirant, alterum utiq; quendam sensum habent, præter eos qui dicti sunt.

Mouet dubitationem circa prædicta. Et primo obijcit ad unā partem. Secundo ad aliam. ibi. ⸗ Sed impossibile est. ⸗ Tertio soluit. ibi. ⸗ Videtur autem. ⸗ Dicit ergo primo ꝙ cum etiam aquatica odorent per aquam, dubium uidet si omnia similiter adorent quasi habentia eūdem sensum. Et uidetur ꝙ non quia homo odorat, dū attrahit aerem respirando, quando autem non respirat attrahēdo aerem, sed emittendo ipsum, expirat. aut retinet spiritum, nō odorat. neq; de longe neque de prope etiam si poneretur odorabile intus in naso. Sed hoc ꝙ sensibile positum supra sensum non sentiatur, commune est omnibus alijs sensibus uel animalibus. Sed quod odor non sentiatur sine respiratione hoc est proprium hominibus. Et hoc manifestū est si quis tentare uoluerit. Vnde cum animalia non habētia sanguinem, non respirent, uidetur quod habeāt alium sensum præter olfactum, & alios sensus qui dicti sunt in homine. Deinde cum dicit.

At idem esse non potest, quippe cum odorem percipiant, sensus enim rei tam male quam bene olentis, olfactus sine controuersia est. Præterea a uehementibus & ipsa corrumpi uidentur odoribus, a quibus & homo corrūpitur, ut bituminis, sulphuris, & similium. Necesse est igitur ipsa olfacere, nō respirātia tamen.

Sed impossibile est. siquidem odorem sentiunt. Odorabilis enim sensus, & mali odoramenti, & boni odoramenti, olfactus est. Amplius autem, & corrumpi uidentur a fortibus odoribus a quibus homo corrumpitur, ut asphalto, sulphure, & huiusmodi. Olfactum quidem igitur habere necessarium, etiam non respirantia.

Obijcit in contrarium duabus rationibus. Prima ratio est. quia sensus distinguuntur secundum sensibilia. Vnde cum sensus olfactus sit sensus odorabilis. s. boni. & mali odoramenti, & hoc communiter sentiatur tam ab homine. q̄ animalibus alijs non respirantibus, sequitur ꝙ idem sensus olfactus sit in homine. & in alijs animalibus, Alia ratio est, quia eiusdem sensus, eadem sunt corruptiua, non enim uisus patitur aliquid a sonis, neq; auditus a coloribus. Sed sensus animalium non respirantium uidentur corrumpi a grauibus odoribus & excellētibus ex quibus sensus hominis corrumpitur. s. ab asphalto, quod est quædā confectio ex succis herbarū, et a sulphure, & ab hmōi. ergo alia habent sensum olfactus sicut homo, licet nō respirent. Deinde cum dicit.

Atq; huius instrumentum sensus in homine, perinde uidetur ab instrumento differre talium animantium, atq; oculi differūt ab eorum oculis animalium, quæ duros oculos habent. Nam animaliū, ea quæ molles oculos habēt, palpebras ipsas, uti sepem, & tegmen habent, quas nisi mouerint, ac aperuerint, non uident, ut late patet. At ea quæ durorum sunt oculorum, nihil habent

habent profecto tale. Sed illico res eas uident, quæ in perspicuo sunt. Sic igitur & instrumentum olfactus, in hisce quidem, quæ non respirant, uelamine caret, perinde atq; oculus durus, ut diximus. In his autem quæ suscipiunt aerem, habet uelamē quod cum respirant, aperitur, uenis, meatibusue distentis. Et idcirco quæ respirant, non olfaciunt in aqua, necesse est enim olfaciāt respirando, at id in aqua facere nequeunt.

Videtur autem in hominibus differre hoc sensorium ab ijs quæ aliorum animalium, sicut oculi, ab ijs quæ durorum oculorum sunt. Hi enim habent phragma, & sicut uelamen, palpebras, quas aliquis non mouens neq; retrahens, non uidet. Fortia autem oculis, nihil huiusmodi habent. sed mox uident, quæ fiunt in diaphano. Sic igitur & organum odoratus, alijs quidē sine operculo est, sicut oculus, alijs uero aerem recipientibus, habere cooperimentum, quod respirantibus discooperitur, ampliatis uenis & poris. Et propter hoc, respirantia non olorant in aqua. Necessarium. n. est ea odorem pati respirando, hoc aūt facere in humido impossibile est.

Soluit quæstionem, quia ista diuersitas in modo respirandi, non est ex diuersitate sensus, sed ex diuersa dispositione organi. Organū enim olfactus in homine differt ab organis aliorū animaliū, sicut oculi hominū differunt ab oculis duris quorundā animalium. Oculi. n. hominū habent quoddam phragma. idest pānum ad cooperiendū. s. palpebras, undę homo non potest uidere nisi quodam motu palpebræ, retrahantur, quod non accidit in animalibus habentibus duros oculos, sed statim uident ea quorū species fiunt in diaphano. Ita etiam & in animalibus non respirātibus. organum odoratus est sine operculo, sed in animalibus respirantibus habent quoddam cooperculū, qđ oportet aperiri, ampliatis potis per respirationem. Et ideo animalia respirantia non odorant in aqua, quia oportet ꝙ patiantur ob odore, respirando, quod non potest fieri in aqua Deinde cum dicit.

Est autem odor, sicci, sicut humidi, sapor. Ipsum uero instrumentum olfactus est potentia tale.

Est autem odor, sicci, sicut humor humidi. Odoratiuum autem sensitiuum, potentia huiusmodi est tale.

Determinat de instrumento olfactus. & dicit ꝙ odor fundat. in sicco. sicut sapor in humido. Organū aūt odoratus oportet esse in potentia ad odorem, & ad siccum, sicut organum uisus est in potentia ad colores & ad lucem.

Gustabile autem est quoddam tangibile. Atq; hæc est causa, ut ipsum non sit sensibile per medium corpus extraneū. Neq; enim tactus tali medio percipit. Enimuero corpus etiam id, in quo, tanquam in materia, est ipse sapor, qui gustu percipitur, humidum est, quod est tangibile quoddam.

Gustabile autem est quoddam tangibile, & hæc est causa, quare non sit sensibile per medium, extraneum corpus. Neque enim tactus. Et corpus in quo est humor, quod est gustabile, est in humido sicut in materia. Hoc autem quiddam tangibile.

Lectio. XXI.

POSTQVAM Philosophus determinauit de uisibili & audibili & olfactibili, hic quarto determinat de gustabili. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de gustabili in communi. In secunda de speciebus gustabilis, idest saporis ibi. ⸗ Species autem ⸗ Circa primum tria facit. Primo inquirit an gustabile percipiatur per medium. Secundo ostendit quid percipiatur per gustum, quia gustabile, & non gustabile. ibi ⸗ Sicut autem. ⸗ Tertio quale oporteat esse organum sensus gustus. ibi ⸗ Quoniam autem humidum. ⸗ Hæc enim tria circa alios sensus tractauit. s. medium in quo sentitur, id quod sensu percipitur, & organum sensus, q̄ in gustu, ut uidebitur oportet esse. Circa primum tria facit. Primo ostendit ꝙ gustabile non percipitur per medium extraneum. Secundo excludit quandam obiectionem. ibi ⸗ Vnde & si in aqua. ⸗ Tertio ostendit quid requiratur ad hoc ꝙ gustabile percipiatur ibi ⸗ Non autem facit ⸗ Dicit ergo primo ꝙ gustabile est quoddam tangibile. i. quod tactu discernitur, Et hæc est causa quare non sentitur per medium, quod sit corpus extraneum. Et dicitur extraneum, quod non est pars animalis. Sentiuntur enim sensibilia, de quibus prius dictum est, per aerem aut aquam, quæ non sunt partes animalis. Sed tactus non sentit suum obiectum per medium extraneum, sed per medium coniūctum. Nam caro est medium in sensu tactus, ut infra patebit. Et ideo cum gustus sit quidam tactus, & gustabile sit quoddam tangibile, non percipietur gustabile, per medium extraneum. Quod autem gustabile sit quoddā tangibile, ostendit per hoc ꝙ humor. i. sapor qui est gustabile, radicatur in humido, sicut in materia propria. Humidum autem est quoddam tangibile. Vnde manifestum est ꝙ gustabile est quoddā tangibile. Sed si gustus est quidam tactus, uidetur quod non debeat distingui contra tactum cum species non diuidatur ex opposito contra genus. & sic sequitur ꝙ nō sunt quinq; sensus, sed tantum quatuor. Sed dicitur quod gustus & tactus possunt considerari dupliciter. Vno modo ꝙ tum ad modum sentiēdi. & sic gustus est quidam tactus. Nam in tangendo, suū obiectū pcipit. Alio modo ꝙ tū ad obiectū, & ita oportet dicere ꝙ sicut se habet obiectū gustus, ad obiectū tactus, sic se hēt sensus gustus ad sensum tactus. Manifestum est autem ꝙ sapor qui est obiectum gustus, non est aliqua qualitas de qualitatibus simpliciū corporū ex quibus animal constituitur, quæ sunt propria obiecta sensus tactus sed causatur ab eis & fundatur in aliquo eorum, sicut in materia. s. in humido. Vnde manifestum est ꝙ gustus non est idem ꝙ sensus tactus, sed quodammodo radicatur in eo. Vnde & consueuit de gustu distingui qđ potest accipi gustus prout est discretiuus saporum, & potest accipi ut est tactus quidam, ꝑut discernit qualitates tangibiles, scilicet alimenti, cuius sensus est tactus, ut supra dictum est. Vnde Philosophus dicit in. 3 Ethicorum. ꝙ circa delectationes gustus prout accipitur primo modo non est temperantia, sed solum prout est tactus quidam. Deinde cum dicit.

Quapropter si etiam essemus in aqua, dulce sane sentiremus in ipsa positum, & non sensus illius nobis per aquam, tanquam per medium, esset, sed quia per mixtum illud esset cum humido, quemadmodum in potione fieri solet. Color autem non hoc uidetur modo q, misceatur, neq; de fluxibus. Non igitur ut est ibi, sic esse de medio dicere possumus, nullum. n. extremum est medium ut diximus, ut autem uisibile est color, sic est gustabile, sapor.

Vnde & si in aqua essemus, sentiremus utiq; ad posstum dulce. Non autem esset tunc nobis sensus per mediū, sed ex eo quod misceretur humido, sicut in potu. Color autem non sic uidetur ex eo qđ miscetur, neq; defluxionibus. Vt quidē igitur medium nihil est. Vt autem color, uisibile. Sic gustabile, humor est.

Excludit quandam obiectionem. Manifestum est enim ꝙ si aliquod corpus saporosum dissolubile per aquam, in aqua ponatur, utpote mel, uel aliquid huiusmodi, & nos essemus in aqua, (quamuis distantes ab illo corpore saporoso) saporem tamen eius sentiremus in aqua, & sic uidetur ꝙ gustus suscipiat suum obiectū per aquam, quod est medium extraneum. Et ideo ad excludēdū hanc obiectionem, concludit ex dictis, ꝙ cum gustabile non percipiatur per medium extraneū, sequitur ꝙ si essemus in aqua sentiremus utiq; corpus dulce appositum in aqua, distās a nobis, non tamen esset nobis sensus per medium, sed ex eo quo sapor ille permiscetur aqueo humido, ut accidit in potu, puta cum permiscetur aquę, uel uino, mel, uel aliquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

huiusmodi.ipsa enim aqua immutatur naturali imutatione a corpore saporoso. Vnde gustus non percipit saporem corporis distantis ut est talis corporis sapor, nisi secundū q aqua est immutata tali corpore. Cuius signū est, q gustus non immutatur ab aqua sic intense, sicut natus est immutari a sapore corporis distantis, eo q sapor ille debilitatur per admixtionem aquæ. Sed color non sic uidetur per medii, q. s. corpus coloratum admisceatur medio, aut aliquid eius defluat ad uisum, ut Democritus ponebat, sed p spiritualem immutationē medij. Vñ uisus non percipit colorem, ut aeris, uel ut aq, sed ut corporis colorati distantis & secundum eandem mensuram. Si ergo uelimus comparare gustum ad uisum, nihil est quod sit medium in gustu sicut illud quod est medium in uisu. Sed sicut color est uisibile. i. obiectum uisus, sic humor. i. sapor est gustabile. i. obiectum gustus. Deinde cū dicit.

Atqui nihil absq; humiditate, saporis efficit sensum, sed omne quod ipsius sensum efficit, humiditatem aut actu aut potentia nimirum habet ut falsum. Nam & ipsum liquescere pōt facile, & linguam, ut patet, cum liquescit, humidiorem q efficere.

Tex.c.10.2 *Non autem facit humoris sensum, sine humiditate, sed habet actu, aut potentia humiditatem, ut saliua. Bene enim liquida ipsa est, & liquefactiua linguæ.*

Ostendit quid requiratur ad gustum, ex quo medium non requiritur, & dicit q nullum saporosum facit sensum sui humoris. i. saporis sine humiditate. Nam sicut color fit actu uisibilis per lumen, ita sapor fit actu gustabilis p humidum. Et propter hoc oportet q gustabile uel actu habeat humiditatem aqueam sicut uinū, uel aliquod huiusmodi, aut si potentia humectabile, sicut quod sumitur per modum cibi. Et ideo oportet ut sit saliua in ore quę est bene liquida & liquefactiua linguæ, per quam ea quæ sumūtur, humectantur, ut eorum sapor percipi possit. Deinde cum dicit.

I. De obiecto gustus. Legito supra te. 51. & 96.

At uero sicuti uisus est uisibilis & inuisibilis, & tenebræ namq; sunt inuisibiles, quas etiam uisus discernit. & eius quod ualde splendidum est, hoc enim inuisibile dicitur, quanquam non eodem sed alio mō, quā tenebræ. Sicut igitur uisus, uisibilis & inuisibilis est, & auditus similiter soni, silentiūq;, quorum alterum audibile, alterum inaudibile est, & etiam soni magni, perinde atq; splendidi, uisus. Nam ut paruus sonus modo quodam inaudibilis, sic etiam & magnus, ac uiolentus. Inuisibile uero multifariam dici solet, quoddam perinde dicitur tale, atq; in cæteris etiam id quod impossibile est quoddam, hoc pacto ut aptū quidem sit, id habere quo uidere possit, illo autem careat, aut habeat remisse uel praue, ut informe dicitur, aut indostū. Sicut igitur uisus in quā uisibilis et inuisibilis, est & auditus similiter, sic & gustus, gustabilis & ingustabilis est, quod quidē aut exiguū hēt, aut prauū, aut uastantē gustum, sapore Videtur aūt potabile et impotabile esse principiū. Vtrunq;. n. gustu percipitur. Verū alterū est prauū, gustūq; deuastat, alterū est amicum naturæ, est autem potabile, gustui cum tactu commune.

Inuisibile, inaudibile i edorabile, i gustabile, i pede multifariā dīr.

Tex.c.10.3 *Sicut autem uisus, & uisibilis est, & inuisibilis, tenebra autem inuisibilis est, indicat autem et ipsas uisus. Adhuc autem et ualde splendidi est, etenim hoc inuisibile est, alio autem mō, quā tenebra. Similiter autem & auditus, soniq;, & silentii, quorum aliud non audibile, & magni soni, sicut uisus est splendidi. Sicut enim paruus sonus inaudibilis quodāmodo, sic & magnus, & uiolentus. Inuisibile autem, aliud quidē omnino dicitur, sicut & in aliis impossibile, aliud autem quamuis aptum natum, nō habet aut praue sicut quod sine pedibus est, & sine gradu dicetur. Sic autem gustus, gustabilisque, & non gustabilis. Hoc autem est, paruum, aut prauum habēs humorem, aut corruptiuum gustus. Videtur autem principium esse, potabile & non potabile. Gustus enim quidam ambo. Sed hoc quidem ut prauum & corruptiuum gustus, illud autem secundum naturam. est autem commune tactus & gustus, potabile.*

Ostendit quid percipiatur per gustum, & dicit q sicut est de uisu, et auditu, sic est de gustu. Visus enim cognoscit uisibile & inuisibile, ut supra dictum est. Inuisibile enim Tex.c.10.4 est tenebra, de qua uisus iudicat. Et similiter illud quod est ualde splendidum, ut sol dicitur inuisibile, sed alio modo q tenebra Nam tenebra dicitur inuisibile, propter defectum luminis, splendidum autem propter abundantiam corrumpentis sensum. Et similiter auditus est audibilis. s. soni & non audibilis, ut silentiū, quod est priuatio soni, & etiam non audibilis. i. soni male audibilis, qui uel propter sui excellentiam corrumpit sensum, uel propter sui paruitatem, non sufficienter sensum immutat. Sic etiam est in omnibus quæ secundum potentiam & impotentiam dicuntur. Nam impossibile dicitur in omnibus, aut quod nō habet quod natum est habere, aut quod prauе habet. Sicut non gressibile dicitur animal & quod penitus caret pedibus, & q̄ est claudū, aut debile pedibus. Similiter aūt et gustus & gustabilis & non gustabilis. Non gustabile autem dicitur dupliciter. quod aut parum habet de sapore, aut malum saporem, aut nimis uiolentum ad corrumpendum sensum. Et quia gustabile est humidum aqueū, quod est potabile & hoc est principiū saporis. s. humidū aqueū, uñ q potabile & non potabile sit principium eorū q gustu percipiuntur. Gustus enim percipit ambo, sed unū ut prauum & corruptiuum sensus. s. nō potabile, aliud autem ut conueniens secūd. im naturam. s. potabile. Sicut autem gustabile percipitur gustu, prout gustus est quidā sensus discretus a tactu, ita potabile & non potabile percipitur a gustu prout gustus est quidam tactus. Nā potabile est commune & tactus & gustus. Tactus quidem, inquantū est humidum, gustus autem, inquantum est humidum saporabile. Manifestum est ergo q delectationes quæ sunt in cibis & potibus inquantum sunt sensibilia & potabilia pertinent ad gustum, inquantum est tactus quidam, ut dicitur in. 3. Ethicorum. Deinde cum dicit.

Capitu. De organo gustus q̄ le sit.

At uero cum gustabile sit humidum, necesse est & instrumētum sensus ipsius neque humidum esse actu, neq; etiam tale, ut humectari non possit, humidūq; euadere, Patitur enim aliquid gustus ab ipso gustabili, ea nimirum ratiōe, qua gustabile est, Necesse est igitur instrumentum gustus, potentia quidem humidum esse, humectari autem actu. Ita autem humectari, ut eius conseruetur, cum humectatur, & ratio.

Te cb.10 *Quoniam autem humidum quidem est gustabile, necesse est sensorium ipsius, neque humidū esse actu, neq; impossibile fieri humidum. Patitur enim aliquid gustus a gustabili secundum q gustabile est. Necessariū est ergo humectatū esse quod possibile humectari saluatum, nō humidum autē, gustatiuum sensorium.*

Ostēdit quale debeat esse instrumentum gustus. Et primo ponit ueritatem. Secundo manifestat eā per signū. ibi ⁊ Signum autem. ⁊ Dicit ergo primo, q quia illud quod est gustabile, oportet esse humidum & saporosum, necesse est organum gustus, neq; esse humidū actu neque saporosum secundum seipsum neq; esse tale q non possit fieri humidum, sicut instrumentum uisus est quod nō habet colorem, sed est susceptiuum coloris. Et hoc ideo est, quia gustus patitur aliquid a gustabili secundum quod est gustabile, sicut quilibet sensus a sensibili. Vnde cū gustabile inquantum gustabile. sit humidum, necesse est q organum gustus inquantum est iam passum, sit humectatum, & tamen saluatur in sua natura. Vt sit gustatiuum, id est potēs gustare, cum possibile est humectari, non tamen est humidum actu. Deinde cum dicit.

Signum autem est, linguam neq; cum est ualde sicca, neque cum est nimirū humida, sentire. Is enim tactus sit humidi primi perinde atq; si cum prægustauerit quispiam uehementem acrēue saporem, deinde alium gustet, et ut in ægrotantibus fit, quibus cuncta uidentur amara, quia lingua sentiunt tali humiditate referta.

Signum autem neque siccam existentem linguā sentire, neq; multum humidam, Hic. n. tactus sit primi humidi, sicut cum aliquis qui ante gustauit fortē humorem, gustet alterum, & ut laborantibus amara omnia uidentur, propter id quod lingua plena huiusmodi humiditate sentit.

Ostendit quod dixerat per signum dicens, quod signū prædictorum est, quod neque lingua existens sicca potest sentire, neque existens multum humida, quia cum existit ualde humida, a præcedente dominante humiditate fit in ea tactus & sensus præcedentis humidi & non superuenientis, sicut cum aliquis ante gustauerit aliquem fortem saporem, postea si gustet alterum, non percipiet ipsum, quia adhuc manet sensus primi humoris in lingua. Et similiter laborantibus, ideſt febricitantibus, omnia uidentur esse amara, propter hoc quod sentiunt per linguam plenam humiditate huiusmodi, scilicet cholera quæ est amara. Deinde cum dicit.

Tex.c.10.5 *Species autem saporum ita sese habent, quemadmodum colorum. Dulce nanq; & amarum contraria simplicia sunt. Heret autem dulci quidem pingue, amaro autem salsum. At inter hæc collocantur, acre, acerbum, accidum, atque acutum. He nanq; fere differentie uidentur esse saporum. Quare gustus quidem instrumentum id est quod est potentia tale, gustabile autē id quod ipsum actu facere potest.*

Species autem humorem sicut & in coloribus, simplices qui dem contrarie sunt, sicut dulce & amarū. Habite autem sunt cū hac quidem pingue, cum illa uero salitum, media autem horum acre & austerum, & ponticum & acutum. Fere enim he uidentur esse humorum differentiæ. Quare gustatiuum est potentia huiusmodi. Gustabile autem est factiuum actu huius.

Determinat de speciebus saporum, & dicit quod sicut in coloribus simplices colores sunt contrarij, ut album ⁊ nigro, sic in saporibus simplices sunt contrarij, ut dulce & amarum. Species autem saporum habite, ideſt immediate consequentes simplices species sunt pingue quod sequitur dulce, & salsum quod sequitur amarum. Media autem horum sunt acetosum & austerum & ponticum, & acutum. q̄ duo in idem reducuntur. Ad has aūt septem species saporum fere uidentur reduci omnes alie. Considerandum est autem circa has species quod quamuis sapores causentur a calido & frigido & humido & sicco, & contraria sunt, quæ maxime distant, non tamen secundum maximam distantiam calidi & frigidi, & humidi & sicci attenditur contrarietas in speciebus saporum, sed secundum ordinem ad gustum prout natus est immutari a sapore, uel cum horrore uel cum suauitate. Vnde non est necessarium quod dulce uel amarum sit maxime uel calidum, uel frigidum, uel humidum uel siccum, sed maxime se habeat in tali dispositione per quam comparatur ad sensum gustus. De generatione autem saporum in libro de sensu & sensato determinatur. Vltimo autem concludit quod gustatiuum, ideſt sensus gustus uel organum eius est in potentia ad saporem & species eius, gustabile autem est quod potest reducere ipsum de potentia in actum.

Se tangibili autem & tactu eadem ratio est. Nā si tactus nō unus sit sensus, sed plures, necesse est & ea quæ tactu percipiuntur plura sensibilia esse. Dubitationem autem iste locus habere uidetur. Dubitabit autem non iniuria quispiam. utrum plures sint tactus an unus tantum. Et de instrumento tactus quid tandem sit, utrum ipsa caro, & id quod in cæteris simile est carni, an ita non sit, sed id quidem ipsum sit sensus huiusce medium, instrumentum autem ipsius primum, aliud quoddam sit intus.

Tex.c.10.6 *De tangibili autem & tactu eadem ratio. Si enim tactus nō est unus sensus sed plures. necessariū et tangibilia sensibilia plura esse. Habet autem dubitationem utrū plures sint aut unus.*

Tex.c.10.7 *Et quid est sensitiuum tangibilis. utrum caro, & in alijs proportionale, aut non, sed hoc quidem est medium, primum autē sensitiuum aliud quiddam est intus.*

Lectio. XXII.

POSTQVAM determinauit Philosophus de sensibilibus ꝺm alios sensus, hic determinat ultimo de sensibili secundum tactum, quia tactus inter alios sensus uidetur esse minus spūalis, licet sit omnium aliorum sensuum fundamentum. Diuiditur aūt hęc pars in duas partes. In prima determinat quasdam dubitationes circa sensum tactus. In secūda ostendit ueritatem circa hūc sensum ibi. ⁊ Omnino aūt uī. ⁊ Circa primū duo facit. Primo mouet qōnes. Secundo determinat eas. ibi ⁊ Ois etenim sensus. ⁊ Dicit ergo primo q quantū ad ea de quibus inquirendū est, eadem rō est, siue loquamur de tangibili siue de tactu. Qđ. n. dicitur de uno oportet dici de altero, quia si tactus non est unus sensus sed plures, necesse est q tangibilia nō sint unum genus sensibilium, sed plura. Ideo autem hic dicit, quia intentio sua est primo determinare de sensibilibus postmodum determinabit de sensu. Quia uero in his quæ circa tangibile & tactū dicēda sunt circa sensum tactus qōnes mouebit pp hoc q cōmodius pñt pertractari qōnes iste circa tactum q̄ si moueantur circa tangibile, idcirco hāc excusationem præmittit ostendens q nō refert utrum de tactu uel tangibili loquamur. Mouet ergo duas qōnes circa tactū & tangibile. Quarū pria talis est. Vtrū sint plures sensus tactus. an unus tantum. Secunda dubitatio est quid est sensitiuum. i. organum sentiendi in tactu. utrum. s. caro sit organum sensus tactus in animalibus habentibus carnem quæ sunt animalia habentia sanguinem & in alijs quę carent sanguine aliquid proportionabiliter rñdens carni. Aut non est ita, sed caro quidē & illud quod proportionabiliter ei rñdet est mediū in sensu tactus. Sed primū organū sensus tactus est aliqd intrinsecū circa cor ut dr in libro de sensu & sensato. Deinde cum dicit.

Omnis enim sensus unius contrarietatis esse uidetur, ut uisus, albi, nigriq;, & auditus, acuti, grauisq;, & gustus, dulcis, atq; amari. At in tangibili plures insunt contrarietates ut patet. est enim calidum, frigidum, humidum, siccum, molle, durū, & istiusmodi alia.

Omnis etenim sensus unius contrarietatis esse uidetur ut uisus albi & nigri, auditus grauis & acuti, gustus amari et dulcis. In tangibili autem multe insunt contrarietates, calidū, frigidum, humidum, siccum, durum, molle, et aliorum quæcunque sunt huiusmodi.

Determinat p̄missas dubitationes. Et primo primā. Secundo secundā. ibi ⁊ Vtrum autem circa primū tria facit. Primo ostēdit quod nō est unus sensus tactus sed plures. Secundo soluit positam rationem. ibi ⁊ Habet aūt solutionem ⁊. Tertio improbat solutionem. ibi ⁊ Sed quod sic. ⁊ Ratio aūt quam primo ponit talis est. Omnis. n. unus sensus uī esse unius contrarietatis, sicut uisus albi & nigri auditus grauis & acuti, gustus amari & dulcis. Sed in tangibili quod est obiectum tactus sunt multe contrarietates scilicet cali. & frig. humi. & sic. durū et molle, & quædam alia huiusmodi. ut graue, & leue, & acutum & hebes & similia, ergo tactus non est unus sensus, sed plures. Deinde cum dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I *Sed esse uidetur ad hanc dubitationem quædam solutio. Nam in cæteris etiam sensibus plures sunt contrarietates. In uoce nã que non solum est acumen & grauitas, sed etiam magnitudo et paruitas, & leuitas & asperitas uocis, & alia huiusmodi. Sunt & circa colorem differentie alie tales.*

Tex.clo3. *Habet autem solutionem quandam ad hanc dubitationem, et q in aliis sensibus sunt contrarietates plures, ut in uoce non solum acumen & grauitas, sed & magnitudo, & paruitas, & lenitas, & asperitas uocis & similia alia. Sunt autem et circa colorem differentiæ huiusmodi altere.*

Ponit quandam apparentem solutionẽ ad p̃dictã dubitationem, & dicit q aliquis põt habere solutionẽ ad prędictam dubitationẽ per hoc q in aliꝭ sensibus uidẽtur esse plures contrarietates, sicut in auditu. Nam circa uocẽ audibilem non solum potest attendi contrarietas acuti & grauis, sed ẽt magnitudo & paruitas uocis, & lenitas & asperitas eius, & aliqua alia sibi. Et similiter circa colorem pñt inueniri alique alie differentie præter contrarietatem albi & nigri, sicut quod aliquis color est intensus & alius remissus, aliquis pulcher, & aliquis turpis, & tamen per hoc nõ tollit quin auditus sit unus sensus & similiter uisus. Vnde multiplex contrarietas tangibilium non uidetur impedire, quominus tactus sit unus sensus. Deinde cum dicit.

Verum quidnam sit unum obiectũ tactui sicut unum est auditui sonus, non esse manifestum uidetur.

Sed q sit unum subiectum sicut auditui sonus sic tactui, non est manifestum.

Excludit positam solutionem, & dicit q omnium contrarietatum quæ sunt circa audibilia est unum subiectum scilicet sonus & similiter color circa uisibilia. Sed non potest inueniri aliquid unũ quod sit commune subiectũ omnium contrarietatum quę sunt circa tangibilia, & pp hoc non uidetur esse unum genus tangibilium. unde necp unus sensus tactus. Ad euidentiam autem eorum quæ hic dicuntur considerare oportet, q distinctio potentiarum & obiectorum proportionabilis est. Vnde cum unus sensus sit una potentia, oportet q ei sensibile correspondens sit unum genus. Ostensum est autem in.10.met. q in uno genere est una prima cõtrarietas. Vnde oportet q circa obiectum unius sensus, attendatur tantum una prima contrarietas. Et iõ hic dicit Philosophus q unus sensus est unius contrarietatis Pñt tñ in uno genere esse plures contrarietates post primam, uel per modum subdiuisionis, sicut in genere corporum prima contrarietas est animati et inanimati. Et quia animatum corpus diuiditur per sensibile & insensibile, & ulterius sensibile per rationale & irrationale, multiplicantur cõtrarietates in gñe corporis. Vel sunt plures contrarietates unius generis per accidens, sicut in genere corporis est contrarietas albi & nigri, & secundum omnia quæ corpori accidere possunt. Et per hunc modũ intelligendum est, q circa sonum & uocem præter primã contrarietatem grauis & acuti quę est per se, sunt alie cõtrarietates quasi per accidens. In genere aũt tangibilium sunt plures prime contrarietates per se, quæ tñ oẽs quodã modo reducunt ad unũ subiectum. & quodammodo nõ. Potest n. uno modo accipi subiectum cõtrarietatis ipsum genus quod comparatur ad differentias contrarias, sicut potentia ad actum. Alio modo potest accipi subiectũ cõtrarietatum substãtia quæ est subiectũ generis cuius sunt contrarietates, sicut si dicamus q corpus coloratũ est subiectum albi & nigri. Si igitur loquamur de subiecto qd̃ est genus, manifestum est quod non est idem subiectũ omnium qualitatum tangibilium. Si autem loquamur de subiecto q̃ est substãtia, unum subiectum est omnium eorũ, scilicet corpus pertinens ad consistentia animalis. Vnde infra dicit Philosophus, qd̃ tãgibiles qualitates sunt corporis fm qd̃ est corpus, qbus. s. elemẽta corpis distinguuntur abinuicẽ. Horũ. n. est sensus tactus discretiuus q̃ ad cõsistentiam corp̃is aialis pertinẽt. Vñ formaliter loquẽdo & fm rationẽ sensus, tactus nõ est unus sensus, sed plures, Subiecto aũt est unus. Deinde cum dicit.

Huius autem utrum instrumentum tactus intus sit, post carnem an non sit. sed statim sit ipsa caro, id non esse signum uidetur, sensum inquam illico fieri. cũres tactu percipiende tangitur. Etenim si quis nunc circa carnem subtilem pellem extenderit, deinde rem tactu percipiendam tetigerit: sensus statim similiter fiet, & tamen in illa pelle tactus instrumentum non est. Quod si copulata fuerit, uelocius at patet. sensus perceptio fiet.

Tex.c.lo4 *Vtrum aũt est sensitiuum intus aũt non, sed mox caro, nullũ uidetur esse signũ fieri sensum simul cũ tactu. Etenim nunc si aliquid circa carnem extenderit ut pellẽ faciens similiter sensum mox tactum insinuat, & tamen constat q non est in hoc sensitiuum. Si autem & connaturale fuerit, citius utique pertinget sensus.*

Pertractat secũdã. q. Et circa hoc duo facit. Primo docet ueritatem. Secdo cõcludit quoddã quod ptinet ad manifestationẽ prie qõnis. ibi ⁊ Propter qd̃ talis pars. ⁊ Circa primũ sciẽdum est quod posset alicui uideri, quod caro esset organum sentiẽdi fm tactum hac rõne. qa statim ad tactum carnis sentimus tangibilia Dicit ergo ad excludẽdum hanc rõnem quod ad iudicandũ utrũ organum tactus sit intus uel non sed statim caro sit organum tactus, non uidetur esse sufficiens signũ hoc qd̃ simul cum caro tangitur sit sensus tangibilis. i. sentitur qa & nunc si aliqa supra carnẽ extẽderet aliquã pelliculã aut telam subtilem statim ad tactum ipsius quod supextẽderetur carni sentiretur tangibile. Sed tñ cõstat quod organũ sensus tactus non esset in illa pelle superextensa. Et iterum manifestum est, qd̃ si illa pellis superextẽsa fieret cõnaturalis homini citius per eã sentiretur. Vnde licet ad tactum carnis quæ est homini cõnaturalis statim tãgibile sentiatur, nõ tamẽ sequitur quod caro sit organũ tactus, sed est quoddã medium connaturale. Deinde cum dicit.

Quapropter talis pars corporis perinde sese habere uidetur atque si circũfusus aer cõiunctus esset nobis, ac copulatus. Tũc enim uno quodam instrumento profecto sonum & colorem, & odorem, uideremur sentire, & unus quidem uideretur esse nimirum sensus, uisus, auditus, atque olfactus. Nunc autem quia seiunctum est id per quod fiunt motus, patet instrumenta iam dicta sensuum, esse diuersa. In tactu autem idipsum nunc latet. Fieri enim nequit ut ex aere uel aqua corpus animatum tantummodo constet quippe cum solidum quod dam esse oporteat, Restat igitur ut ex his atq; terra sit mixtum quale est ipsa caro: & id quod uicem ipsius subit. Quare necesse est ipsum corpus copulatum medium esse inter instrumentum ipsius tactus, & res ipsas tangibiles. per quod fiunt ipsi sensus, qui quidem sunt plures.

Propter quod talis pars corporis uidetur sic se habere sicut si circulariter nobis adunatus esset aer. Videremur enim uno quodam sentire & sonum & odorem & colorẽ, & unus quidẽ sensus esse auditus & uisus & olfactus. Nũc autem quoniã determinatũ est p quod fiunt motus, manifesta sunt prædicta sentitua altera esse. In tactu autem hoc quidem nunc immanifestum est. Ex aere quidem enim aut aqua impossibile est constare animatum corpus. Oportet enim firmum esse. Relinquitur autem mixtum ex terra, & ex his esse ut uult caro & proportionale. Quare necessarium est & corpus esse quod medium tactui adunatum per quod fiant sensus cum sint plures.

Tex.c.lo5

Cõcludit qd̃dã qd̃ ualet ad manifestationẽ prie qõnis et dicit qd̃ qa caro ẽ sicut mediũ cõnãle i sensu tact?uĩ q hæc pars

A hæc pars corporis sic se habeat ad sensum tactus, sicut si aer qui est circa nos, esset connaturalis nobis. Videretur n. tunc q aer ille esset organum in uisu, auditu, & olfactu, q̃uis sit mediũ, & ita uideremur uno organo sentire sonum, & odorem & colorem, & per consequens uidereẽ esse unus sensus auditus, uisus, et olfactus. Sed nunc quia medium per quod fiunt motus dictorum sensibiliũ, est ⁊ determinatum ⁊ id est distinctũ a nobis, manifestum est q non est organum. Et item manifestum est. q diuersa sunt organa trium sensuum dictorum, & per consequens q sunt diuersi sensus. Sed in tactu hoc nõ est manifestum quia medium est connaturale nobis. Et huius diuersitatis rationem assignat. Aer enim & aqua, quæ sunt media aliorum sensuum, non possunt esse cõnaturalia nobis, quia im possibile est q ex aere puro, & ex aqua pura consistat animatum corpus. Cum enim sint corpora humida & fluxibilia, non sunt firma, necq; bene terminabilia in seipsis, sed solum termino alieno. Corpus autẽ animatũ oportet esse firmum. & in se terminatũ. unde oportet q sit mixtum ex terra, & aere & aqua, sicut uult se habere, id est sicut exigit caro in animalibus habentibus carnem, & illud quod proportionale est, in animalibus non habentibus carnem. Et sic illud corpus quod est medium in tactu. s. caro, põt esse adunatum, id est naturaliter unitum tactui, ita q p. ipsum sicut per medium connaturale, fiant plures sensus tactus. Deinde cum dicit.

B *Indicat autem plures esse, tactus hisce, qui in lingua cõsistit. Nam eadem in parte, & omnes res tangibiles, & saporem etiã sentit. Si igitur & cæteræ partes carnis sentirent saporẽ, unus idẽq; tunc sensus uideretur, esse profecto, gustus & tactus. Nũc autem quia non fit conuersio, duo diuersi sensus esse censentur.*

Tex.cii°. *Demonstrat autem q plures sint, is qui in lingua est tactus. Omnia enim tangibilia sentit, secundum eandem partem, & humorem. Siquidem igitur & alia caro sentiret humorem, uidetur unus & idem esse sensus, gustus, & tactus. Nunc autẽ sunt*

C *duo, propter id quod non conuertitur.*

Ponit quoddã aliud ad idẽ manifestãdũ, & dicit quod hoc idem demonstratur per hoc, q in lingua fiunt plures tactus. Sentimus enim per linguam oĩa tangibilia, quę sentimus per alias partes corporis, & ulterius per ipsam sentimus ⁊ humorem ⁊ .i. saporẽ, quẽ non sentimus per aliquã aliam partem corporis. Si autem alia caro sentiret saporẽ, non discerneremus inter gustum & tactum, sicut nunc nõ discernimus inter tactum qui est discretiuus calidi & frigidi, & tactũ qui est discretiuus humidi & sicci. Sed nũc apparet q gustus & tactus sunt duo sensus, quia non conuertuntur adinuicem, non enim per quãcunq; partẽ sit sensus tactus, sit & gustus. Ratio autem quare non per quancunq; partem sit gustus, per quam sit tactus, est quia sapores non sunt qualitates elemẽtorum, ex quibus corpus animalis constat, unde nec pertinent ad consistentiam animalis, sicut qualitates tangibiles.

An tactus & gustꝰ extremo medio indigeant.

D *At uero dubitabit hoc loco non iniuria quispiam. Nã si corpus quidem omne profunditatẽ habet, atq; hæc est tertia magnitudo, fieri uero nequit, ut ea corpora sese mutuo tangant, inter quæ corpus aliquod medium intercedit, humidumq; non est sine corpore, nec humectatũ, sed necesse est uel aquam esse, uel aquã habere, qui fieri potest, ut corpus tãgat corpus in aquã. Etenim necesse est, cum extrema non sint sicca, in medio aquam esse, qua repleta sunt ipsa extrema. Quod si hoc est uerum, fieri profecto non potest, ut corporum tactus in aqua. Eodem etiam modo de ijs dici potest, quæ in aere collocantur. Simili nanque modo sese habet aer, ad ea quæ sunt in ipso, & aqua, ad ea quæ sunt in ipsa. Latet aũt nos magis in hisce, quæ in aere collocãtur quã in animalibus, quæ sunt in aqua si humectatũ, humectatũ tangit.* E Tex.ciij.

Dubitabit autem aliquis, si omne corpus profunditatem habet. Hæc autem est tertia magnitudo. Quorum autẽ corporũ mediũ est aliqd̃ corpus, nõ cõtingit ipsa adinuicẽ se tãgere. Humidum autẽ non est sine corpore, neq; humectatum, sed necesse est aquam esse, aut habere aquã. Quæ uero tangũtur adinuicẽ in aqua, nisi sicca extrema sint, necesse est aquam habere mediã qua repleta sint ultima. Si autem hoc uerum impossibile est aliquod corpus tangere aliud in aqua. Eodem autem modo est & in aere. Similiter enim se habet aer ad ea quæ sunt in ipso, & aqua, ad ea quæ sunt in aqua. Latet autem magis nos, sicut & ea quæ sunt in aqua, animalia, si humectatum tangit humectatum.

Lectio. XXIII.

OSTENSO q in sensu tactus requiritur medium connaturale, hic inquirit Philosophus utrũ requiratur in eo mediũ extraneum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q tactus non fit sine medio extraneo. Secundo oñdit in quo differant tactus & gustus ab aliꝭ sensibus, qui per medium extraneum, sentiunt. ibi. ⁊ Vtrũ igitur. ⁊ Dicit ergo primo q circa tactum potest aliquis dubitare, utrũ. s. habeat mediũ extraneũ, cũ ostensum sit q habeat mediũ connaturale. Et ista dubitatio procedit si oẽ corpus habet profundum quod est tertia dimensio. Manifestũ est. n. oẽ corpus tres dimensiones habere. s. longitudinem, latitudinẽ. & profunditatem. Ex quo sequitur q inter quæcunq; corpora est aliquod corpus mediũ, ipsa non tangunt seinuicem immediate, Distant. n. ab inuicẽ, ex quo aliqua dimensio est inter ea, manifestum est etiam q ubicunq; est mediũ humidũ uel humectatũ, oportet esse aliqd̃ corp?. Humiditas. n. cum sit qualitas quæ dã, nõ est nisi in subiecto corpore. Aut igitur inest alteri corpori fm seipsum, & tunc est humidum sicut, aqua, aut habet humiditatem fm aliqd̃ corpus sibi aduenies, & sic dr̃ humectatũ, ex hoc q hẽt aquã in superficie tm̃, uel in superficie & profundo. Et hoc est quod dicit q necesse est oẽ corpus humidum, uel humectatum, esse aquam, aut habere aquam. Manifestum est autem q corpora quæ tanguntur in aqua adinuicem, necesse est q habeant inter se aquam medium, qua repleta sunt ultima eorũ, nisi forte dicatur q sint sicca in aqua existẽtia, quod est impossibile. Necesse est enim q ea quæ in aqua sunt, sint humectata, ita q habeant aquam in superficie. & sic relinquitur q inter duo tangentia se in aqua, sit aqua medium. Et si hoc uerũ est, sequitur q impossibile sit, q aliquod corpus tangat aliud in aqua immediate. Et similiter eodem mõ se hẽt de aere, qui est humidus naturaliter, fiunt & aqua. Similiter. n. se habet aer ad humectanda ea quæ sunt in aere, sicut habet aqua ad humectanda ea quæ sunt in aqua. Sed magis latet nos de aere quod sit medium, quam de aqua, propter hoc, q continue sumus in aere. & sic imperceptibiliter inhæret nobis. Et sic ea ialia quæ sunt in aqua, latet si duo corpora humectata q aquã, se tangant, quia. n. cõtinue sunt in aqua, nõ pcipiũt aquam, quæ est inter ipsa, & corpora tangẽtia. Est aũt & alia rõ, quare magis latet nos de aere, cꝫ de aqua, quia aer est subtilior, & minus sensu pceptibilis. Relinquit ergo q semp qñ tangimus aliquid est mediũ inter nos & res contactas, aer uel aqua. Sed dubitatio hic accidit. Oportet. n. illud quod est medium in aliquo sensu, esse denudatum a qualitatibus sensibilibus fm illum sensum, sicut diaphanũ nullum habet colorem. Manifestum est autẽ quod aer & aqua habent tangibiles qualitates, non igitur mediantibus eis potest fieri sensus tactus. Respondet autem ad hoc Auer. quod nos non patimur a puro aere uel aqua. Nihil enim patitur nisi a suo contrario, secundũ principiũ passionis, aer autem & aqua non contrariantur nobis, sed sunt nobis similia cõparantur. n. ad nos, sicut locus ad lo-

Dubiũ an aer et aqua possit esse medium in sensu tactꝰ Responsio Auer.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I catum unde tactus noster nō patitur a qualitatibus aeris uel aquę, sed ab extraneis qualitatibus. Quod enim sentitur de qlitatibus tangibilibus in aere & in aqua, est de admixtione extraneorū corporū, ut ipse dicit, qa sicut ignis nunq̄ amittit calorē suum, ita nec aqua amittit suam qualitatem, Sed quod aliquando sentimus calidum, hoc est ex permixtione extranei. In hac autem responsione est multiplex error. Primo quidē in hoc quod dicit quod corpora nostra non patiuntur ab aere uel aqua, quia sunt similia nobis, sicut locus locato. Manifestum est enim quod corpora nostra sortiuntur locum naturalem, sicut et motū naturalem, ex natura elementi prædominantis. Non ergo aliter comparantur ad locum, & ad corpora continētia, corpora nostra, quā ipsa elementa locata ad elementa locantia. Elementa autē in suis extremitatibus se alterant ut patet per Philosophum in primo meteororū, corpus ergo nostrum ab elementis natū est alterari. Item omne quod est in potentia, natum est pati ab eo, quod est in actu. Corpora autem nostra cum sint in quadam medietate constituta, inter extremitates tangibilium qualitatum, quę sunt in elementis; habent se ad qualitates elementares, vt potētia ad actum. Medium enim est in potentia ad extrema, ut infra dicetur. Manifestū est igitur quod corpora nostra nata sunt immutari a qualitatibus elementorū, et sentire eas. Prouenit ergo hic error ex eo, quod nesciuit distinguere inter elemēta, secundū quod sunt sibi inuicem cōtraria & secundū q̄ sunt se continētia, & sibi similia, ut locus locato. Dicendū est igitur q̄ elemēta possunt dupliciter considerari. Vno modo secundū qualitates actiuas & passiuas & sic contrariantur adinuicē, & se immutant in suis extremis. Alio modo secundū formas substantiales, quas consequuntur ex impressione corporis cęlestis. Vnde quanto corpus elementale est propinquius corpori cælesti, tanto plus habet de forma. Et quia ad formā pertinet cōtinere, & quod se habeat in ratione totius, inde est quod corpus superius continet inferius, & cōparatur ad ipsum, sicut totum ad partē diuisam, quæ est cōparatio loci ad locatum. Vnde & uis locantis & continētis derivatur ad elementa ex primo cōtinēti, scilicet corpore cæleſti. Et propter hoc, locus & motus localis nō attribuuntur elemētis secundū qualitates actiuas & passiuas, sed cōsequūtur formas substantiales elementorū. Alius est error in hoc quod dicit, q̄ aqua & aer nō alterantur, nisi per admixtionem extranei. Manifestum est enim quod aer & aqua secundū partem sunt corruptibilia. Corruptio autem & generatio in elementis potest fieri sine mixtione, & sequitur alterationem, ut patet in libro de generatione. Vnde manifestū est quod adhuc durante specie aquæ, potest immutari aqua a sua naturali qualitate, absque admixtione exttanei. Ignis autem cum sit formalior, est magis actiuus inter elementa, quæ omnia cōparantur ad ipsum, sicut materialia, ut dicitur in quarto meteororū. Vnde non est simile de ipso, & de alijs. Dicendum est igitur quod quia aer & aqua sunt facile mutabilia ab extraneis qualitatibus, & præcipue quando sunt modicæ quātitatis, sicut accidit in aqua uel aere quæ sunt inter alia duo corpora se tangentia, propter hoc nō impeditur sensus, tactus, quin per medium aerē & aquā fieri possit. Et minus etiā impedit aer quā aqua, qa aer habet qualitates tangibiles parum sensibiles. Vnde si intēdantur qualitates tangibiles aeris uel aquæ, magis impeditur tactus, utpote cum aer uel aqua intensam frigiditatem uel caliditatem habuerint. Deinde cum dicit.

Impugna. Aucr.

Lectio 2

Text. c 19. Radix huius erroris. Sniā 'n. cp̄is.

Alius error principalis Auer tetigit. Lib. 2. c. 24. & ide.

M *Lectio 12. Text. c 55. Factus & visus ab aliis sensib⁹ in sentiendo discrimen.*

Vtrum igitur omnium simili modo sit sensus, an sensuum quidam, ut nunc uidetur, etiam eodem, quidam diuerso modo obiecta sua percipiant. Gustus quidem, & tactus tangendo, cæteri autem eminus. Ad id profecto non ita est, sed durum etiam & molle, per alia plane sentimus. Quemadmodum & id quod sonat, & uisibile, ac odorabile. Verum hæc quidem eminus, tela uero cominus sentiuntur. Quapropter latet si per medium il-

la percipiantur. Nam sensibilia cuncta per medium sentiūtur, sed in illis idipsum latet, ut diximus. Etenim uero si per subtilem pellem, ut prius etiā est dictum, positam circa carnem, sentiremus omnia tangibilia, idipsum non animaduertentes, sic nos tum utique sentiremus, ut nunc in aere sentimus, & aqua. Nunc enim uideremur res ipsas tangibiles tangere, & nullum medium esse. N

Vtrum igitur omnium similiter sit sensus, an aliorum aliter, sicut nunc uidetur, gustus quidem & tactus in tangendo, alij autem a longe. Hoc autem non est, sed durum & molle, per altera sentimus, sicut & sonabile, & uisibile, & odorabile. Sed alia quidem a longe, alia uero a prope. Propter quod latet quoniam omnia quidem sentimus per medium, sed in his latet. Et quidem sicut diximus prius, & si per pellem sentiremus omnia tangibilia, ignorantes quod prohibet, similiter utique haberemus, sicut & nunc & in aqua & in aere: Putamus enim nos nunc ipsa tangere, & nihil esse medium. O

Ostendit differentiam inter tactum & gustum, & alios sensus. Et primo excludit quandam differentiam æstimatam. Secūdo ponit differentiā ueram. ibi. { Sed differt. } Dicit ergo primo quod ex quo tactus habet medium extraneum, considerādum est, utrum omniū sensibilium fiat similiter sensus, aut diuersorum diuersimode, sicut in promptu uidetur hęc esse differentia, quod gustus & tactus sentiant, ex eo quod immediate tangant, alij autem sensus sentiant a longe sua sensibilia nō tangendo ipsa. Sed hoc uerum non est quod sic differant, sed durū, & molle, & alias qualitates tangibiles sentimus { per altera } id est per media extranea, sicut & obiecta aliorū sensuum, sicut sonabile, uisibile, & odorabile. Sed ista sensibilia sunt a lōge quādoque a sensu, gustabilia autem, & tangibilia sunt de propetantum quod medium est quasi imperceptibile propter paruitatem, & ideo medium latet. Omnia enim sensibilia sentimus per medium extraneum, sed in gustabilibus & tangibilibus latet, quia sicut prius diximus, si per aliquam pellem nobis circumpositam, omnia tangibilia sentiremus, ignorato quod aliquid esset prohibens, similiter nos haberemus ad sentiendum per medium, sicut & nunc nos habemus sentientes in aqua & aere. Putamus enim nunc quod tangamus sensibilia ipsa, & nihil sit medium. Deinde cum dicit. P

Interest autem inter tangibile, & ea quæ sonant, & uisibilia. Nam hæc quidē sentimus, medio in nos aliquid agēte. At tā gibilia sentimus nō a medio, sed una cū ipso medio moti, uti fit cū quispiā per clypeū est pcussus. Non enim percussus clypeus, percussit sed fit ut ambo sint simul pcussi, clypeus, atq; miles. Q

Sed differt tangibile a uisibilibus & sonatiuis: quoniā illa quidē sentimus ex eo quod mediū mouet aliquid nos, tangibilia uero nō a medio, sed simul cum medio, sicut per clypeū percussus. Non enim clypeus percussus prius, percussit, sed simul accidit utraq; percuti.

Exclusa falsa differentia, ponit ueram, & dicit quod tangibilia differunt a uisibilibus & sonatiuis, ex eo quod illa sensibilia sentimus per hoc quod mouent mediū, & iterū mediū mouet nos, sed tangibilia sentimus per medium extraneū, nō quasi moti a medio extraneo, sed simul cum medio mouemur a sensibili. Sicut patet de eo qui percutitur per clypeū. Non enim accidit sic, quod clypeus percussus percutiat, sed quia simul accidit utrūque percuti. Hoc autem quod dicitur { simul } non est intelligēdum secundū ordinem tēporis tantum, quia etiam in uisu simul mouetur mediū ab obiecto, & sensus a medio, sic enim uisio sine successione. Præceptio autem soni & odoris, cum successione aliqua, ut in libro de sensu & sensato dicitur. Sed hoc referendum est ad ordinem causæ. In alijs enim sensibus,

immutatio

A immutatio medij est causa q̄ immuretur sensus, non autē in tactu. Nam in alijs sensibus medium est ex necessitate, in tactu autem quasi per accidens, inquantū accidit corpora se tangentia esse humectata. Deinde cum dicit.

Caro ē me dij sensi. ētia uero est intus.

Omnino autem ut aer, & aqua sese habent ad uisum, & auditum, atque olfactum, sic caro ac lingua sese ad huius instrumētum sensus habere uidentur, Atque nec ibi profecto, nec hic perceptio sensus fiet, cum instrumentum sensus a re sensibili tangitur, ut si quispiam super extremum oculi, corpus posuerit album. Ex quo etiam plane patet, instrumentū sensus ipsius, quo res percipiuntur tangibiles, intus esse collocatum, ut diximus.

Supra text. 107.

Sic enim & hoc sensus fiet, id porro quod in cæteris sensibus fieri solet. Sensibilium enim si inipsius instrumentis ponantur sensuum, non fit (ut patet) perceptio. At si super carne ponatur tangibile, fit, ut docet experientia sensus. Quare sine dubio ipsa caro medium est in tactu.

Omnino autem uidetur caro & lingua, sicut aqua et aer ad uisum & auditum & olfactum se habent, sic se habere ad sensitiuum, sicut illorum unumquodq;. Ipso autem sensitiuo tacto, neque ibi, neq; hic fiet utique sensus, ut si quis ponat corpus album in oculi ultimum. Quare & manifestum q; intus sit, tangibilis sensitiuum, sic enim utique accidit quod & in alijs. Appositа enim super sensorium non sentiunt. Super autem carnē posita sentiunt, quare medium tactus est caro.

Tex. c 16. B

Determinat de sensu tactus ꝺm ueritatē. Et primo q̄ntū ad mediū. Secūdo q̄ntū ad qualitatem organi. ibi. { Tangibiles qdē. } Tertio q̄ntum ad obiectum qđ percipitur sensu. ibi. { Amplius aūt. } dicit ergo primo q̄ ita uidetur se habere caro & lingua ad organum sensus tactus, sicut se habent aer & aqua ad organū uisus, auditus, & olfactus. In nullo.n. istorū sensuum potest fieri sensus, si tāgatur organum, ut si quis ponat aliquod corpus album in superficie oculi non uidetur. Vñ manifestum est q̄ organū sensitiuū in sensu tactus, sit intus. Sic.n. accidit in hoc sensu, sicut & in alijs. Non.n. sentiunt animalia sensibilia apposita super organum sensus. Sentiunt autem sensibilia posita super carnem, quare manifestum est q̄ caro non est organū sensus, sed medium. Deinde cum dicit.

C

Obiectū tactus.

Atqui ea tactu percipiuntur, quæ corporis sunt, ut corpus est differentiæ. Dico autem differentias eas, quæ rerum elementa distinguunt, calidum, frigidum, siccū, ac humidū, de quibus antea diximus ijs in locis, in quibus de elementis ipsis tractauimus. Instrumentum autem id, quo dictæ qualitates sentiuntur, & in quo primo sensus is collocatur, quem appellare consueuimus tactum, pars ea sane est, quæ est potentia talis. Sentire nanq; pati quoddam est, ut diximus. Quare id quod agit, tale illud facit, cum sit potentia, quale est ipsum actu. Quocirca simile calidum, atq; frigidum, & durum, ac molle non sentimus. Sed exuperationes, quia sensus est quasi mediocritas quædam contrarietatis eius quæ in ipsis sensibilibus inest. Et propter hoc sensibilia ipsa discernit. Nam medium, ipsum extremorū est iudex, sit. n. ad utrūq; ipsorū, alterū extremorū. Atq; ut id quod albū, nigrumq; percepturū est sensu, neutrū ipsorum actu, sed potentia sit utrūq; oportet, & in cæteris eodem modo, sic & in tactu, neq; calidū, neq; frigidum id actu sit oportet, sed utrūq; potentia, quod utrunq; est percepturum.

Tactus in mediocritate qualitatis tangibilis consistit & iō solum excellētias ipsas cognoscit infra libr. 3. tex. 66.

Tex. c. 117 D

Tangibiles quidē igitur sunt differentiæ corporis, secundū quod corpus. Dico autem differentias, quibus elementa determinantur, calidum, frigidum, humidum, & siccum, de quibus dictum est in his, quæ de elementis. Sensorium autem, ipsarum

quod tactiuum, & in quo sensus uocatus tactus, est primo, quod potentia huiusmodi pars est. Sentire. n. pati quoddam est. Quare faciens quale ipsum actu, tale illud facit, cū sit potentia. Vnde similiter calidū, & frigidū, aut durū, & molle nō sentimus, sed excellentia, tanquam sensu uelut mediate quadam existente eius, quæ in sensibilibus, contrarietatis. Et pp hoc discernit sensibilia. Medium. n. discretiuum est. Fit. n. ad utrunq; ipsorū, alterū ultimorū. Et oportet, sicut debens sentire albū & nigrum neutrū ipsorū habere actu, potentia uero utrūq;, sic autem & in alijs, & in actu, neq; calidum, neq; frigidum. B *Tex. c 118.* *Tex. c 119*

Oñdit quale sit organum tactus. & dicit q̄ tangibiles qualitates sunt differentię corporis, secundū q̄ est corpus id est differentiæ quibus elementa distinguuntur abinuicē scilicet calid. frigid. humid. & sic. de quibus dictum est in his, q̄ sunt de elemētis, id est in libro de generatiōe & corruptione. Manifestū est autē q̄ organū, tactus & in quo primo fundatur sensus, qui dicitur tactus, est q̄dam pars, quæ est in potentia ad hmōi qualitates. Organū. n. sensus patitur a sensibili, quia sentire est pati quoddam, uñ sensibile q̄ est agēs, facit ipsum esse tale in actu, quale est sensibile, cum sit in potentia ad hoc. Et pp hoc, organū tactus non sentit illam qualitatē, sēm quā est in actu. Non. n. sentimus id quod est calidū, aut frigidum, durum, aut molle, secundum illū modū, quo hæc insunt organo tactus, sed sentimus excellentias tāgibilium, quasi organo tactus constituto in aliqua medietate inter cōtrarias tangibiles qualitates. Et pp hoc organum tactus discernit extrema tangibilium. medium enim est discretiuum extremorū. potest. n. pati ab utroq; extremorū, eo q̄ dum cōparatur ad unum habet in se rationē alterius, sicut tepidum in cōparatione ad calidum, & frigidum. In comparatione ad frigidum. est calidū, unde medium patitur ab utroq; extremorū, cum sit quodammodo utrique contrarium. Et oportet q̄ sicut organum, quod debet sentire albū & nigrum, neutrum ipsorum habeat actu, sed utrunq; in potentia, & eodem mō in alijs sensibus, sic etiā se habeat in sensu tactus, scilicet organū neq; sit calidum, neq; frigidum actu, sed potentia utrunq;. Aliter tñ accidit hoc circa tactū, & circa alios sensus. Nam in uisu, organū uisus est in potētia ad albū & nigrum, denudatū a toto genere albi & nigri. est enim penitus carens colore. Sed organū & mediū tactus nō pōt denudari a toto genere calidi & frigidi humidi & sicci, componitur. n. ex elementis, quorū hæ sunt proprię qualitates. Sed sic sit in potentia organum tactus ad sua obiecta inq̄ntum est medium inter contraria. Mediū. n. est in potentia ad extrema. Et pp hoc quanto animal habet complexionem magis reductam ad medium, tanto habet meliorem tactum. Vnde homo inter omnia alialia est melioris tactus, ut supra dictum est. Deinde cum dicit. G

Præterea ut uisus, uisibilis ac inuisibilis quodammodo est, uti diximus, cæterique sensus, oppositorum similiter, sic etiam est tangibilis ac intangibilis, tactus. Intangibile autem est etiā id, quod exiguam admodum differentiam tangibilium habet, quale passus est aer, & exuperationes etiam tangibilium, quæ sunt ea, quæ corrumpere possunt. De sensuum igitur uno quoq; dictum sit hoc modo, quasi figura. F *Text c 94 & n lib. de sensu & sensato l. 2.*

Amplius autem, sicut uisibilis & inuisibilis erat quodammodo uisus, similiter autem & reliqui oppositorū, sic & tactus, & tangibilis & intangibilis. Intangibile autem: paruam omnino habens differentiam tangibilium, ut passus est aer. Et tangibilium excellētiæ sicut corruptiua. Secūdum quidem igitur unum quemque sensum, dictum est figuraliter. H *Tex. c 121.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Determinat de eo quod percipitur per tactum, & dicit ꝙ sicut est usus quodāmō uisibilis & inuisibilis, & sicut alij sensus sunt oppositorū, ut auditus soni & silentij, sic tactus est tangibilis & intangibilis. Intangibile aūt dicit dupliciter, aut illud qđ habet excellentiā, ita ꝙ corrūpit sensum, sicut ignis, aut illud qđ habet parū de qualitate tāgibili, sicut aer. Vtrunq; n. dicitur intangibile, quasi male perceptibile sensu tactus. Vltimo āt quasi epilogādo cōcludit qđ {figuraliter} ideſt, in quadā summa dictū est de sensibilibus, ſm unūquemq; sensum De eis n. specialiter in libro de sensu & sensato determinatur.

De sensu i cōi sensus recipit formas rerū sine mate. ia K

Hoc aūt uniuersaliter accipere de omni sensu oportet, sensum inquam id esse, quod sensibiles sine materia formas suscipere potest, & perinde atq; anuli signum, sine ferro uel auro suscipit cera, suscipit autem æneum. uel aureū signum, sed nō æs, aut aurum, neque signum ut est aureū æneumue. Simili patitur & sensus uniuscuiusq; sensibilis, modo ab eo quod habet colorē aut sonum, aut saporem. Sed non ut unumquodq; illorum dicitur, sed ut est tale, & ratione.

Oportet autem uniuersaliter de omni sensu accipere, quod sensus est susceptiuus specierum sine materia, ut cæra, anuli sine ferro & auro, recipit signum. Accipit autem aureum, aut æneum signum, sed non inquantū aurum, aut æs. Similiter aūt & sensus uniuscuiusq;, ab habente colorem, aut humorem, aut sonum patitur, sed non inquātum unumquodq; illorum dicitur, sed inquantum tale est, & secundum rationem.

Lectio. XXIIII.

POSTQVAM Philosophus in parte præcedenti determinauit de sensibilibus ſm unūquēq; sensum, hic determiat de sensu. Et circa hoc tria facit. Prio oñdit qd sit sensus. Secūdo cōcludit sokonē quarūdā qōnum ex diffinitiōe sensus posita ibi. {Manifestū āt ex his &c.} Tertio mouet quasdā dubitationes circa passionem a sensibilibus. ibi. {Dubitabit aūt.} Circa primū duo facit. Prio ostendit quid sit sensus. Secūdo ostendit quid sit organū sensus. ibi. {Sēsitiuū aūt.} Dicit ergo primo ꝙ hoc oportet accipere, uniuersaliter & cōiter oi sensui inesse, ꝙ sensus est susceptiuus specierum sine materia, sicut cera recipit signum anuli sine ferro & auro. Sed hoc uidet esse cōe oi patienti. Oē. n. patiens recipit aliquid ab agente ſm ꝙ est agens. Agens autē agit per suam formam, & non p suā materiam, omne igitur patiens recipit formam sine materia. Et hoc etiam ad sensum apparet. Non. n. aer recipit ab igne agente, materiā eius. sed formam. Non igitur uidetur hoc propriū esse sensus, ꝙ sit receptiuus specierum sine materia Dicendum igitur ꝙ licet hoc sit cōe oi patienti qđ recipiat formam ab agente, differentia tamen est in modo recipiendi. Nam forma quæ in patiente recipitur ab agente, qñq; quidē, habet eundē modū essendi in patiente, quē habet in agente, & hoc quidē contingit, qñ patiens habet eandem dispositionem ad formam quā habet agens, qđcunq; n. recipitur in altero, ſm modū recipientis recipit. Vnde si eodē mō disponatur patiens, sicut agens, eodem modo recipitur forma in patiente, sicut erat in agente, & & tunc nō recipitur forma sine materia. Licet. n. illa & eadem materia numero, quæ est agentis non fiat patiētis, sit tū quodammodo eadem inquantū similē dispōnem materialē ad formā acquirit ei ꝙ erat in agente. Et hoc mō aer patitur ab igne, & qcquid patitur passione naturali. Qñque uero forma recipitur in patiente secūdum aliū modū essendi, ꝙ sit in agente, quia dispositio materialis patiētis ad recipiendū, nō est sīs dispōni materiali ꝙ est in agēte. Et tō forma recipitur in patiente sine materia, inquantū patiens assimilatur agenti secundū formam, & non secundum materiam. Et per hunc modum, sensus recipit formā sine materia, quia alterius modi esse habet forma in sensu, & in re sensibili. Nam in re sensibili habet esse naturale, in sensu aūt habet esse intentionale & spirituale. Et ponit conueniens exemplum de sigillo & cera. Non. n. cadē dispositio est cæræ ad imaginem, quæ erat in ferro & auro. Et ideo subiungit ꝙ cæra accipit signum. i. imaginem siue figuram aureā, aut æneam, sed non inquantum est aurum, aut æs. Assimilatur n. cera aureo sigillo ꝗtum ad imaginē, sed non quantū ad dispositionem auri. Et similiter sensus patitur a sensibili hūte colorem, aut humorē, ideſt saporē, aut sonum, sed non inquantum unumquodq; illorum dicitur, id est non patitur a lapide colorato inquantū lapis, neq; a melle dulci, inquantū mel, quia in sensu nō fit similis dispositio ad formam, quæ est in subiectis illis, sed patitur ab eis, in ꝗtū hmōi, uel in ꝗtū coloratū, uel saporosum uel secundū rōnem. i. scđm formā. Assimilat. n. sensus sensibili ſm formā, sed nō ſm dispōnē materie. Deide cū dicit.

Quid sit sensorium. O

Instrumentum autem id sensus est primū, in quo est talis uis, atq; potentia collocata, atq; sunt idem. Ratio uero non est eadem, sed diuersa. Nam id quod sentit, aliqua est magnitudo, non tamen ratio sentiendi, neq; sensus, est magnitudo, sed est quædam ratio, potentiaq; illius.

Tex. c113

Sensitiuum autem primum est in quo hmōi potentia. Et qui dem igitur idem, sed esse alterum est. Magnitudo quidē. n. quædam erit, quod sensum patitur. Non tamē sensitiuo esse neq; sensus, magnitudo est, sed ratio quædam, & potentia illius.

Determinat de organis sensus. Quia. n. dixerat ꝙ sensus est susceptiuus specierū sine materia, quod etiam intellectui conuenit. Posset aliquis credere ꝙ sensus non esset potentia in corpore, sicut nec intellectus. Et iō ad hoc excludendum assignat ei organum, & dicit quod primum sensitiuum, id est primum organum sensus est, in quo est potentia huiusmodi quæ scilicet est susceptiua specierum, sine materia. Organum. n. sensus cum potentia ipsa, utputa oculus est idem subiecto, sed esse aliud est quia ratione differt potentia a corpore. Potētia. n. est quasi forma organi, ut supra traditū est. Et iō subdit ꝙ {magnitudo}. i. organum corporeū est {qđ sensum patit}. i. qđ ē susceptiuum sensus, sicut materia formę. Non tñ est eadē ratio magnitudinis, & sensitiui siue sensus, sed sensus {est quædam rario}. i proportio, & forma, & potentia illius. ſma gnitudinis. Deinde cum dicit.

P Lectio. 2.

Cur plante nō sentiūt tra li. 3. to. 66.

Patet autem ex his, & cur sensibilium exuperationes, sensuū instrumenta corrūpūt. Nam si motus fit uehemētior, instrumentiq; sensus superet uires, dissoluitur ratio. Id autem erat sensus, Dissolutiuq; perinde atq; concentus, intentione cum uehementer fides pulsantur. Patet præterea & quam ob causam nō sentiūt plantæ, tametsi partem aliquam habent animæ, atq; ab ipsis tangibilibus patiūtur. Frigescunt. n. & calefiūt, ut patet Nam huius causa est, mediocritatem nō habere, neq; principiū tale, ut sensibilium sine materia susciptant formas, sed cum materia patiantur.

Tex. c113

Manifestum aūt ex his, & propter quid sensibilium excellentiæ, corrumpunt sensitiua. Si nanq; fit fortior sensitiuo motus, soluitur ratio. Hoc aūt erat sensus, sicut & symphonia, & tonus, percussis fortiter chordis. Et propter quid plātæ nō sentiunt, habentes quandam partem animalem, & patientes a tangibilibus. Et nanq; frigescunt, & calescunt. Causa enim est non habere medietatem, neq; huiusmodi principiū possibile recipere species sensibilium, sed pati cum materia.

Q

Cur excellis sensibilis corrumpat sensum.

Ex præmissis concludit solutionem quandam duorum que possent quæri, & dicit ꝙ manifestum est ex prędictis propter quid excellentia sensibilium corrūpat organa sensuum. Oportet. n. in organis sentiendi, ad hoc ꝙ sentiatur, esse

esse {quandam rōnem}. i. proportionem, ut dictum est. Si ergo motus sensibilis fuerit fortior, ꝗ̄ organum natum sit pati, soluitur proportio, & corrumpitur sensus, qui consistit in quadam proportione organi, ut dictum est. Et est simile, sicut cum aliquis fortiter percutit chordas, soluitur symphonia & tonus instrumenti. qui in quadam proportione consistit. Manifesta est etiam ex prædictis ratio alterius quæstionis {propter quid}. i. plante nō sentiunt, cū tñ habeant quandam partem animæ, & patiantur a quibusdam sensibilibus. ſa tangibilibus. Manifestū est. n. ꝙ calescunt & infrigidantur. Causa igitur quare non sentiunt est, quia non est in eis illa proportio, quę requiritur ad sentiendum. Nō. n. habent medietatem sēcūdum complexionem inter tāgibilia quæ requiritur ad organū tactus, sine quo nullus sensus esse pōt, & iō non hūt in se hmōi principiū, qđ pōt recipere species {sine materia}. i. sensum. Sed accidit ei, pati cum materia. i. secundum materialem transmutationem. Deinde cum dicit.

An aliqđ p ter sensum pati possit a sensibili Tex c115 B

Dubitabit autem quispiam, si possit id ab odore pati, quod olfacere nequit, aut id a colore, quod haud quaquam uidere potest, & in cæteris simili modo.

Dubitabit autem aliquis, si patiatur aliquid ab odore, quod impossibile est olfactum habere, aut a colore non possibile uidere. Similiter autem & in alijs.

Mouet quandam dubitationē circa passionem a sensibilibus. quia. n. dixerat ꝙ plāte patiuntur a quibusdā sensibilibus. Primo mouet dubitationē. utrum ab alijs sensibilibus aliquid possit pati, qđ non habet sensum, puta ab odore, qđ non habet olfactū, a colore quod nō habet uisum, a sono, quod non habet auditum. Secundo ibi.

Quod si odorabile sit odor, si quid in odoratū agit, odor profecto agit. Quare fieri nequit, ut ab odore quicquam patiatur eorum, quæ olfacere nequeunt. Eadem est & in cæteris ratio. Nec etiam fieri potest, ut a sensibilibus quicquā patiatur eorū quæ sentire possunt, nisi ut unumquodq; est sensitiuum.

C

Si autem olfactibile est odor. si aliquid facit olfactum, odor facit. Quare quæ nequeunt olfactum habere nō possunt pati ab odore. Eadem aūt est ratio & in alijs, neq; possibilium, nisi inquantum unumquodq; sensitiuum est.

Inducit duas rōnes ad ostendendum ꝙ non quarū prima talis est. Quia, prium olfactibilis, est facere olfactū, odor autē est olfactibile. ergo si aliquid facit olfactū, facit hoc per odorem. Vel secundum aliam literam, odor facit olfactum. Propria igitur actio odoris. inquantū odor, est quod facit olfactum, siue facere. Ex quo sequit, ꝙ suscipiens actionem odoris, inquantum odor, habet sensum olfactus. Quod ergo non habet sensum olfactus, non potest pati ab odore, & eadem ratio uidetur de alijs, quod non sit quorumcunque posse pati a sensibilibus, sed solū habentium sensum. Secundam rationem ponit ibi.

Idita esse, patere potest & hoc etiam pacto. Nam neque lumē, & tenebræ, neq; sonus, neq; odor in corpora quicquā agit. Sed ea nimirum, in quibus sunt ipsa. Aer enim qui est cum tonitruo scindit lignum.

Tex. c116

Simul autem manifestum est & sic. Neque enim lumen, & tenebra, neq; sonus, neq; odor quicquam facit in corpora, sed ea in quibus sunt, ut aer qui est, cum tonitruo, scindit lignum.

D

Et dicit ꝙ hoc quod prima ratio concludit, manifestū est per experimentum, quia lumen, & tenebra, & odor, & sonus, nullum effectū faciūt i corpora insensibilia, nisi forte per accidens. inquantū corpora habentia hmōi, qualitates, aliquid agunt. sicut aer qui qñ est tonitruum, scindit lignum. Lignū enim patitur, non a sono per se loquendo, sed ab aere moto. Tertio ibi.

At enim tangibilia, saporesq; agunt. Si enim non agerent, a quonam inanimata paterentur, atque alterarentur.

E

Sed tangibilia, & humores faciunt. Si enim non a quo utiq; paterentur inanimata, & alterarentur.

Ostendit aliter esse de qualitatibus tangibilibus, & dicit ꝙ {tangibilia & humores}. i. sapores faciūt quendā effectum in sensibilibus. Sed hoc intelligendum est de saporibus, non inquantum sapores sunt, sed inquantū gustabile est quoddam tangibile, & gustus est quidam tactus. Si enim corpora insensibilia non paterētur a qualitatibus sensibilibus, non esset ponere a quo paterentur, & alterarentur corpora inanimata. Nam tangibilia sunt qualitates actiuæ, & passiuæ elementorum, secundum quas accidit uniuersaliter alteratio in corporibus. Quarto ibi.

Quid igitur, agunt ne & sensibilia illa? At ut uidetur, non omne corpus ab odore pati, sonoq; potest, & ea quæ patiuntur terminis uacant, & non manent, ut aer. Olet enim ipse, tanquā aliquid passus.

F

Tex. c117

Ergo ne & illa faciunt? Aut nō omne corpus passiuum ab odore. & sono, & patientia indeterminata & quæ non manent ut aer. Fetet. n. sicut patiens aliquid.

Ostendit etiam ꝙ alia sensibilia agūt in quasdā res inanimatas, licet non in oēs, dicens {ergo ne & illa}. ſ. sensibilia alia, faciunt aliquē effectū, & olfactū in res inanimatas, quasi dicat sic. Sed tñ non oē corpus passiuum est ab odore, & sono, sicut oē corpus passiuum est a calore & frigore. Sed ab istis sensibilibus pati pñt sola corpora indeterminata, & ꝙ nō manent, ut aer & aqua, ꝙ sunt humida & non bñ determinabilia termino proprio. Et qđ aer possit pati ab odore manifestum est, quia aer fætet, sicut aliquid patiens ab odore. Alia litera habet {fetet} quia. ſ. mediantibus alijs sensibilibus deferuntur species ad sensum. Ratio aūt huius diuersitatis est, quia qualitates tangibiles sunt causæ aliorum sensibilium, & ideo habent plus de uirtute actiua, & possunt agere in ꝙcunq; corpora. Sed alia sensibilia, quę habent minus de uirtute actiua, nō possunt agere, nisi in corpora ualde passibilia. Et similis etiam ratio est de luce corporum cœlestium, quæ alterant inferiora corpora. Quinto ibi.

G

Quid aliud est olfacere quidem, præter idipsum aliquid inquam pati. At enim olfacere quidem, sentire est. Aer autem passus, cito sensibilis fit.

Quid igitur est odorare, præter pati aliquid, Aut odorem sentire est. Aer autem est patiens hoc mox sensibilis fit.

Soluit rationem supra positam dicens, quod si aliquid patitur ab odore, quod non odoratur, qđ est odorare, nisi pati aliquid ab odore? Et respondet, quod odorare, est sic aliquid pati ab odore, quod sentiat odorem. Aer autem non sic patitur, ut sentiat, quia nō habet potentiam sensitiuam, sed sic patitur, ut sit sensibilis, inquantum scilicet est medium in sensu.

H

Finis secundi libri.

ARISTOTELIS STAGYRITÆ DE ANIMA, TEXTVS LIBRI TERTII.

Nõ datur sextus sensus.

SENSVM autem nullum alium esse, præter hos quinque: ideſt uiſum inquam, auditum, odoratum, guſtum, & tactum: ex hiſce profecto quæ nunc deinceps dicemus, credere quiſpiam poteſt.

Tex ci 28

K

VOD autẽ non ſit ſenſus alius, præter quinque (Dico autem hos uiſum, auditum, olfactũ, guſtum, tactum) ex his credet aliquis.

DIVI THOMÆ AQVINATIS IN tertium librum Ariſtotelis, de anima, pręclariſſima commentaria.

Lectio. I.

L

IC incipit Liber tertius apud græcos. Et ſatis rationabiliter, ex hinc enim Ariſt. ad inquirendum de intellectu accedit. Fuerũt enim aliqui qui poſuerunt ſenſum & intellectũ eſſe idem. Manifeſtum eſt aũt ꝙ intellectus nõ eſt aliquid de ſenſibus exterioribus, de quibus iam dictũ eſt, ex eo ꝙ non coartatur ad unum genus ſenſibilium cognoſcendũ, unde reſtat inquiſitio, utrum in parte ſenſitiua ſit aliqua alia potentia cognoſcitiua, ut ex hoc poſſit accipi, utrũ intellectus ſit aliquo modo ſenſus. Diuiditur ergo pars iſta in partes tres. In prima inquirit an ſit aliquis alius ſenſus, præter quinque ſenſus exteriores, de quibus iam dictum eſt. In ſecunda oſtendit ꝙ intellectus & ſenſus nullo mõ ſunt idem ibi. ¶ Quĩ autem duabus. ¶ In tertia oſtenſo ꝙ intellectus nõ ſit ſenſus, determinat de parte animæ intellectiua. ibi. ¶ De parte autem animæ. ¶ Prima diuiditur in duas partes. In prima oſtendit ꝙ non eſt alius ſenſus proprius, præter quinq; iam dictos. In ſecunda oſtendit præter ſenſus proprios, eſſe ſenſum communẽ. ibi. ¶ Quoniam autem ſentimus. ¶ Circa primũ duo facit. Primo oſtendit ꝙ non ſit alius ſenſus præter quinq;, qui ſit cognoſcitiuus ſenſibilium propriorũ. Secundo oſtẽdit ꝙ nonẽſt alius ſenſus, præter quinq;, cuius obiectum ſunt ſenſibilia communia. ibi ¶ At uero neq;. ¶ Circa primum utitur talratione Quicunq; habet aliquod organũ ſenſus, per quod nata ſunt cognoſci aliqua ſenſibilia, cognoſcit omnia illa ſenſibilia, per organum illud, ſed anima habet omnia organa ſenſus, ergo cognoſcũt omnia ſenſibilia. Cum igitur non habeant niſi quinq; ſenſus, non erit alius (reſpectu propriorum ſenſibilium, præter quinq;) ſenſus. Circa hanc rõnem hoc mõ ꝓcedit. Primo ꝓponit qđ intẽdit, dicẽs, ꝙ ex his q̃ ſequunẽ. põt aliquis ſufficienter ad credendũ moueri ꝙ non ſit ſenſus, p̃ter quinq; iam dictos. Secundo ibi.

M

Prĩa demõſtratio a melliis ſumpta.

Nam ſi nunc ſenſum omnis eius habemus, cuius ſenſus eſt tactus, omnes nanq; rei tangibilis, ut eſt tãgibilis, affectus nobis ſunt ſenſibiles tactu, nullus utiq; tactus, uel guſtus, uel olfactus, uel auditus, uel uiſus, deeſſe nobis uidetur præterea ſi ſenſus nobis deficiat aliquis, & inſtrumentum neceſſe eſt illius nobis deeſſe. Præterea, omnis ſenſus per medium ſentit ut patuit. Medium autem, aut coniunctum aut ſeiunctum externumq; eſſe neceſſe eſt. At nos habemus utrunq;, & id inquam quod eſt coniunctum, quo quidem tangentes ſentiamus ſenſibilia tactu, & etiam per quod eminus non tangentes ſentimus. Id uero duplex eſt ſpatium, ſimplex aer inquam & aqua. Res autem ita ſe ſe habere uidetur, ut ſi ſenſibilia plura diuerſa genere, p unũ medium ſentiantur, neceſſarium ſit, eum qui ſenſus inſtrumentum habeat tale, ſenſitiuum illorum eſſe, ut ſi ex aere ſenſus ſit inſtrumentum & aer ſit medium in colore ſentiendo, ac ſono. Quod ſi unum, idemque per plura media ſentiatur, ut color per aerem atq; aquã, hæc enim utraq; perſpicua ſunt, is qui alterum tantum habet ipſorum, ſentit numirum id, quod per utrũque ſentiri poteſt.

Si enim eius omnis, cuius eſt ſenſus tactus, & nunc ſenſum habemus. Omnes enim tangibiles, inquantum tangibiles, paſſiones, tactu nobis ſenſibiles ſunt. Neceſſe eſt ſi deficit aliquis ſenſus, & organum aliquod nobis deficere. Et quæcunq; quidẽ ipſi tangentes ſentimus, tactu ſenſibilia ſunt, quem habemus. Quicunq; uero per media, & non ipſa tangentes, ſimplicibus interuallis, dico autem, ut aere & aqua, habent autem ſic, ut ſi per unum, plura ſenſibilia exiſtentia altera abinuicem genere, neceſſe ſit habentem huiuſmodi ſenſorium, utrorumq; ſenſitiuũ eſſe, ut ſi ex aere eſt ſenſorium, & eſt aer medium ſoni, & coloris. Si uero plura eiuſdem ſint, ut coloris, & aer et aqua, utraque enim diaphana, & quod alterum ipſorum eſt habens ſolum ſcutiet id quod per utraq;, aut quod ab ambobus.

Tex ci 29 O

Oſtendit primam propoſitionẽ rationis inductæ. ſ. hãc quod animal habens aliquod organum ſenſus, cognoſcit omnia ſenſibilia, quæ poſſunt ſentiri per illud organũ. Et hoc quidem manifeſtat ex ſenſu tactus, eo ꝙ manifeſtum eſt quot ſunt qualitates tãgibiles. Dictum. n. eſt ſupra, ꝙ qualitates ſunt tangibiles ſunt differentię corporis elemẽtati, inquantũ hmõi, quæ quidẽ manifeſte ſunt ex his quę determinata ſunt ex elementis, unũ manifeſtum nobis põt eſſe, ꝙ nos ſentimus oẽs qualitates tangibiles. Et ex hoc concludit per ſimile in aliꝭ, ꝙ ſi habemus aliquod organum, ꝙ habemus ſenſum illorum ſenſibilium q̃ nata ſunt cognoſci per illud organum. Hoc eſt ergo quod dicit, ꝙ ſi nos habemus ſenſum omnis ſenſibilis, cuius tactus eſt ꝓceptiuus, apparet ꝙ oẽs paſſiones tãgibiles inquantũ huiuſmodi a nobis ſentiuntur, neceſſe eſt uniuerſaliter dicere ꝙ ſi deficit nobis aliquis ſenſus aliquorum ſenſibilium, ꝙ deficiat nobis aliquod organum, quo nata ſunt cognoſci illa ſenſibilia, quia ſi habemus organũ, cognoſcimus ſenſibilia. Et hoc ꝙ uniuerſaliter dictum eſt, manifeſtat exemplificando per ſingula. Et primo quantum ad ea quæ cognoſcunẽ abſq; medio extraneo. Et hoc ẽ qđ dicit ꝙ q̃cũq; nos ſentimus ¶ tãgentes ¶ .i. abſq; medio extraneo, põt ſentiri p̃ organũ tactus, ſub quo intelligiẽ guſtus, quẽ hẽmus. Sed circa illa ſenſibiliaq̃ ſentimus p̃ media extranea quæ ſunt ſimplicia corpora. ſ. aer & aqua, & nõ ſentimus ea tangendo, illa ſic ſe hũe ut dicam, uidelicet. ꝙ ſi p̃ unum organum, plura ſenſibilia diuerſa genere adinuicẽ, ſentiri poſſunt, neceſſe eſt ꝙ qui habet hmõi organũ, ſentiat utrunq; genus Puta quod ſi aliquod organum eſt ex aere, & aer poteſt immutari a colore & ſono, ſequitur ꝙ q̃ habet hmõi organum, poteſt & ſonum, & colorem percipere. Si uero econuerſo, plura organa ſunt ſuſceptiua eiuſdem ſenſibilis, ſicut aer & aqua, quorũ utrunq; eſt diaphanum, ſunt perceptiua coloris, ſequitur ꝙ animal habens aliquod horum, poteſt percipere quod eſt perceptibile per utrunq;, ſicut p̃ media ¶ aut ab ambobus ¶ ſicut ab inſtrumentis. Quod ideo dicit quia in ſenſibus qui ſentiunt per medium

P

Sup. text. com. 117.

Q

A

medium extraneum, organa ſunt cõformia mediis. Has autem conditiones ideo poſuit, quia idem ſenſibile ſentiẽ ab aliquo animali per aquam, et ab aliquo per aerem. ſicut patet de odore. Tertio ibi.

Vlla demõſtratio q̃ ab organis ſumatur.

Nam ex hiſce duobus ſimplicibus tantum, inſtrumẽta ſunt ſenſus, ex aere atq; aqua. Etenim pupilla ex aqua, auditus ex aere, odoratus ex horum altero cõſtat. Ignis autem aut nullius eſt inſtrumenti, aut communis omnium eſt, quippe cum ſine caliditate, nihil ſit ſenſitiuum. Terra etiam, aut nullius eſt inſtrumenti, aut in tactu maxime commixta. Quo circa reſtat, nullũ ſenſus inſtrumentum eſſe, præter aerem atq; aquam. Hæc autẽ nonnulla nunc animalium habent. Ab iis igitur animaliũ, quæ ſunt perfecta, nõ imperfecta, nec membris capta, omnes ſenſus habẽtur. Etenim & talpa ſub cute oculos habere uidetur. Atq; ſi nullum aliud corpus eſt, præterea quæ percipimus eſſe, nec ullus alius affectus, præter eos qui corporibus hiſce competunt, quæ ſunt hic, nullus profecto deficit ſenſus.

B

Tex. ci 30

Simplicium aũt ex duobus his ſenſitiua ſolum ſunt, ex aere & aqua. Pupilla quidem enim aque, auditus uero aeris, olfactus autem horum alterius eſt. Ignis autem, aut nullius eſt, aut communis omnibus. Nihil enim ſine calore, ſenſitiuum eſt. Terra uero, aut nullius eſt, aut in tactu maxime miſcetur. Vnde relinquitur, nullum eſſe ſenſitiuum extra aerem, & aquam. Hæc autem nunc quædam habent animalia. Omnes igitur ſenſus habentur a non imperfectis, neq; orbatis. uidetur enim & talpa ſub pelle habens oculos. Quare ſi non, alterum aliquod eſt corpus, & paſſio, quæ nullius eſt eorum quæ ſunt hic corporum, neq; ullus utiq; deficiet ſenſus.

Tex. ci 31

Tex. ci 32.

Ponit ſecundam propoſitionem cum ſua manifeſtatiõe ſcilicet ꝙ omnia organa ſentiendi habẽtur ab animalibus perfectis. Dicit ergo ꝙ organa ſentiendi nata ſunt conſtare ex ſolis duobus ſimplicium corporũ. ſ. ex aere & aqua, quia iſta ſunt magis paſſibilia, & hoc requirit conditio organi ſenſus, ut facile immutetur a ſenſibili. In pupilla enim eſt aqua, quia per humorẽ aqueum in pupilla exiſtentem, recipit oculus ſpeciem uiſibilis, In organo autem auditus eſt aer, ut ſupra dictum eſt. Olfactus autem in quibuſdam attribuitur aeri, in quibuſdam aquæ, ut ſupra dictum eſt. ignis autem ſecundum ſe, nullius ſenſus organum eſt, quia ignis eſt maxime actiuus, & minime paſſiuus. Sed ſecundum participationem ſuæ qualitatis, eſt cõis omnibus ſenſibus. Nihil enim eſt ſenſitiuũ ſine calore, ſicut nec uiuẽs. cum nihil ſentiat, niſi uiuẽs. Terra uero pura, nullius ſenſus eſt organum, inquantum ipſum organũ eſt ſenſitiuum, ſed per commiſtionem, appropriatur tactui, quia organum tactus oportet eſſe medie complexionatum, ut ſupra dictũ eſt, & per conſequens oportet ꝙ ſit quaſi compoſitum ex omnibus elementis. Vnde relinquitur ꝙ nullum organum ſenſus eſt, p̃ter aerem & aquam. Hęc autem organa aeris & aquæ, habẽt quædam animalia, ſcilicet animalia perfecta. Vnde concludit ꝙ omnia organa ſenſus habentur ab animalibus non imperfectis ſecũdum ſuam naturam, ſicut ſunt imperfecta animalia immobilia, quæ habent ſolum tactum. Et animalibus ¶ non orbatis. ¶ id eſt non carẽtibus aliquo ſenſu, ex aliqua cauſa innaturali, ſicut homines cęci uel ſurdi. Vnde & talpa quę eſt de genere perfectorum animalium, uidetur habere oculos ſub pelle ut aſſimiletur ſuo generi. Sed propter hoc ꝙ conuerſatur ſub terra. non fuit ei neceſſarius uiſus, et terra, ſi haberet oculos diſcoopertos eius oculos offenderet. Procedit autem hæc ratio, ut manifeſte apparet, ex determinato numero elemẽtorum, ex quo probauit ꝙ organa ſenſuum, qui ſunt per media exteriora fiunt per aerem & aquã ſolum. Et iterũ ex determinatione paſſionum elementorum, quæ ſunt qualitates tangibiles.

C

Bella te. c. 12 & 13 & ſubſequẽ tex. 96.

Bella te. c. 14.

D

Quę fundamẽtum habuit hæc Ariſto. demonſtratio.

unde per eas fit notum. ꝙ omnes qualitates tangibiles cognoſcimus. Et ideo concludit ꝙ nullus ſenſus deficit nobis, niſi aliquis dicere uelit qđ ſit aliqđ corpus elemẽtale, p̃ter quatuor elemẽta, & ꝙ ſunt alie paſſiões quæ poſſunt tactu diſcerni, quæ non ſunt aliquorum corporum hic exiſtentium, & nobis notorum. Et hoc uidetur inconueniens. Vnde relinquitur ꝙ ſint quinque ſenſus tantum, qui a nobis habentur. Deinde cum dicit.

E

Tertia demõſtratio ex obiectis

At uero neq; ſenſus inſtrumentũ quicquam propriũ ſenſibiliũ communium eſſe poteſt. Motus inquam, quietis, figuræ, magnitudinis, numeri, unius, quæ unoquoq; ſenſu ſentimus, nõ per accidens.

Tex ci 33

At uero neq; communium poteſt eſſe ſenſitiuum aliquod proprium, quæ unoquoq; ſenſu ſentimus, non ſecundum accidens, ut motus, ſtatus, figuræ, magnitudinis, numeri, unius.

Quia poſſet aliquis dicere, ꝙ eſt aliquis alius ſenſus cognoſcitiuus ſenſibilium communium. Excludit hoc tali ratiõe. Quicquid cognoſcitur ab uno ſenſu, ut proprium ſenſibile eius, non cognoſcitur ab aliꝭ ſenſibus, niſi per accidens. ſed ſenſibilia communia non ſentiuntur per accidẽs ab aliquo ſenſuum, ſed per ſe a pluribus, ſenſibilia igitur cõmunia non ſunt proprie obiecta alicuius ſenſus. Circa rationem hanc. hoc modo procedit. Primo ponit concluſionem dicens, ꝙ non poteſt eſſe aliquod proprium organũ ſenſus, cognoſcitiuum communium ſenſibilium quæ ſentimus unoquoq; ſenſu per ſe, & non per accidens, quæ ſunt motus, & ſtatus &c. Secundo ibi.

F

Tex. ci 34

Omnia enim hæc ſane motu ſentimus, Etenim magnitudo motu ſentitur. Quare & figura quidem cum figura, quædam magnitudo ſit, et id quod quieſcit, ex eo quia non mouetur, et numerus, cõtinui negatione, et ſenſibilibus propriis. Vnuſquiſque namque ſenſus unum ſentit. Quare patet fieri non poſſe, ut communium cuiuſq; ſit proprius ſenſus.

G

Hæc enim omnia motu ſentimus, ut magnitudinẽ motu, quaue et figuram. Magnitudo enim quædam et figura eſt. Quieſcẽs autem ex eo quod non mouetur. Numerus uero negatione continui, et propriis. Vnuſquiſque enim unum ſentit ſenſus. Quare manifeſtum eſt quod impoſſibile eſt cuiuſq; horum proprium ſenſum eſſe.

Probat ꝙ iſta ſenſibilia communia ſentiantur per ſe, & non ſecundum accidens. Quęcunq; enim ſentiuntur p̃ hoc quod immutant ſenſum, ſentiuntur per ſe & non ſecundũ accidẽs. Nam hoc eſt per ſe ſentire, pati aliquid a ſenſibili. Sed omnia hæc ſenſibilia, per immutationem quandã ſentiuntur. Et hoc eſt quod dicit quod hæc omnia ſentimus ¶ motu ¶ ideſt quadam immutatiõe. Manifeſtum eſt. n. ꝙ magnitudo immutat ſenſum, cum ſit ſubiectum qualitatis ſenſibilis, puta caloris aut ſaporis, & qualitates non agunt ſine ſuis ſubiectis. Ex quo apparet ꝙ figurã etiam cognoſcimus cum quadam immutatione, quia figura eſt aliquid magnitudinis, quia conſiſtit in conterminatione magnitudinis. Eſt enim figura quę termino, uel terminis cõtinetur ut dicitur in. 1. Euclidis. Manifeſtum eſt etiam, ꝙ quies cõprehenditur ex motu, ſicut tenebra per lucem. Eſt. n. quies priuatio motus. Numerus ẽt cognoſcit p̃ negationem cõtinui qđ eſt magnitudo. Numerus. n. rerũ ſenſibiliũ, ex diuiſione cõtinui cauſatur, unũ & proprietates numeri p̃ pprietates continui cognoſcuntur. Quia. n. continuum diuiſibile eſt in infinitum, & numerus in infinitum creſcere poteſt ut patet ex. 3. Phyſico. Manifeſtum etiam quod unuſquiſque ſenſus per ſe cognoſcit unum, ut immutatus ab uno obiecto. Vnde manifeſtum eſt, quod iſta ſenſibilia cõiaſentiuntur per ſe, & non per accidens. Vnde ex hoc concluditur, quod impoſſibile eſt eſſe proprium ſenſum alicuius horum. Tertio ibi.

H

Text. com. 68. & 69.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Si enim esset, perinde tunc fieret, atq; nunc uisu dulce sentiamus, qđ quidem propterea fit, quod utrorūq; sensum habemus, quo eum concurrunt, agnoscimus. Quod si ita non esset nullo alio modo profecto, nisi per accidens sentiremus, quo pacto filium sentimus Cleonis. Non enim Cleonis filium, sed album sentimus, huic autem accidit, ut filius sit Cleonis. At communium habemus tam sensum communem, non per accidens sane. Nullus igitur ipsorum sensus est proprius, nullo enim sentiremus modo, nisi eo, quo diximus filium nos uidere Cleonis. Propria autem sensibilia, sensus ipsi per accidens alter alterius sentiunt, non hoc sane quo ipsi sunt, sed quo unus, ceu simul in eodem sensus efficitur, ceu bilem amaram esse, ac flauam. Non enim ad alterum pertinet, unum, ambo hæc esse dicere, quapropter & errat, & si sit quippiam flauum, id bilem esse putat.

Sic enim erit, sicut nunc uisu dulce sentimus. Hoc autem est, quoniam amborum habentes existimus sensum, quo cum conciderint, cognoscimus. Si uero non, nequaquam utique, sed tantū secundum accidens sentiremus, ut Cleonis filium, non quia Cleonis filius est, sed quoniam albus. Huic autem accidit, filiū, Cleonis esse. Communium autem habemus iam sensum communem, non secundum accidens. Non igitur est proprius. Nequaquam, enim utiq; sentiremus, nisi sicut dictum est Cleonis filium nos uidere. Adinuicem enim propria, secundū accidens sentiunt sensus, non secundum quod ipsi sunt, sed secundum quod unus, cum simul fiat sensus in eodem, ut cholera quidem amara & rubicūda. Non enim alterius est dicere, quod ambo sint unum. Propter quod & decipitur, & si sit rubicundum, choleram opinatur esse.

Ostendit q̄ si sentirentur proprie ab aliquo sensu, q̄ essent sensibilia per accidens. Et hoc est quod dicit, q̄ sic esset de sensibilibus communibus, si essent propria obiecta alicuius sensus, sicut nunc est, q̄ uisu sentimus dulce. Hoc enim est, quia nos habemus sensum utriusq̄ .s. albi, & dulcis. Et ideo quando coincidūt in unum, illud qđ est unius sensus, per se cognoscitur ab illo sensu, per accidens autem ab alio. Ideo uidendo, album per se, uidemus dulce per accidens. Si autem non sit sensibile proprie ab aliquo sensu nunq̄; hoc erit q̄ sentiatur per accidens ab aliquo alio sensu, ex coincidentia duorum sensuum, uel sensibilium in idē sed omnino secundum accidens sensibile est, ut supra dictum est, sicut filium Cleonis secundū accidens sentimus non quia filius Cleonis est, sed quia albus, cui accidit esse filium Cleonis, hoc autem .s. esse filium Cleonis, nō ita est sensibile uisu per accidens, q̄ sit aliquo alio sensu sensibile per se, sicut erat de dulci } Cōium autem sensibilium habemus sensum' cōem, non secundum accidens } .i. cōia sensibilia communiter sentiuntur a diuersis sensibus p se, & nō secundum accidens. Vnde sequitur, q̄ non sit aliquis proprius sensus eorum, quia tunc nō sentiremus ea per se alīs sensibus sed sentiremus ea per accidēs, sicut sentimus filiū Cleonis. Sentiunt. n. sensus propria sensibilia adinuicē ſm accidens, ut puta uisus, sensibile auditus, & ecōuerso. Nō enim uisus cognoscit sensibile auditus, neq; auditus, sensibile uisus, ſm q̄ ipsa sunt, quia uisus nihil patitur ab audibili, nec auditus a uisibili } Sed secundum q̄ sit unus sensus } ideſt una sensatio secundum actum, ut ita loquar, in eodem sensibili. Et dico eundem sensum actu, ex eo q̄ simul fit, actio utriusq̄ sensus, respectu eiusdem sensibilis, sicut cholera simul percipitur, per gustum q̄ sit amara, & per uisum q̄ sit rubicunda, & ideo statim ad aspectum rubicundi iudicamus aliquid esse amarum. Non est autē aliquis alius sensus, cuius proprium sit cognoscere, q̄ album & amarum sunt unum. Hæc. n. unitas non est nisi per accidens & quod est per accidens tantū, non potest esse obiectum alicuius potentiæ. Et ideo quia uisus nō percipit illud, quod est gustus, nisi per accidens, frequenter in talibus decipitur sensus, & iudicamus q̄ si aliquid sit rubeum q̄ sit cholera. Deinde cum dicit. N

Cur plures nobiles sensus natura genuerit.

Quæret autem aliquis, cuius nam gratia plures sensus, sed non unum tantum habemus. An ut minus ipsa, quæ sequuntur, atq; communia lateant, ut motus & magnitudo, & numerus. Nam si esset solus uisus, qui quidem est & coloris, magis lateret, ac idem ēse omnia uiderentur, propterea q̄ color & magnitudo simul se sequuntur & comitantur. Nunc autem cum in alio quoque sensibili ipsa communia sint, fit inde perspicuum unumquodque illorum aliquid aliud esse, atq; diuersum. Tex c135

Inquiret autem aliquis, cuius causa plures habemus sensus, sed non solum unum. Aut quatenus minus lateant, nos consequētia, & communia, ut motus, & magnitudo, & numerus. Si. n. esset uisus solus, & ipse alibi, laterent utiq; magis, & uiderētur esse idem omnia, propter id quod consequuntur se adinuicē simul color & magnitudo. Nunc autem quoniam in aliquo sensibili communia sunt, manifestum facit q̄ aliud quidam unumquodq; ipsorum est. O

Inquirit cām pluralitatis sensuum. Et hoc est quoddam consequens spēm torum, & in talibus assignanda est cā finalis, ut Philosophus docet in ultimo de generatiōe animalium. Secus autem de accidentibus indiuidui, quorū assignanda est ratio ex parte materię, uel agentis, uñ & hic assignat causam finalem. Dicit ergo, q̄ aliquis potest q̄rere, cuius causa habemus plures sensus, & non unum tantum. Et est respōsio ad hoc, ut nos non lateant ea, quę cō sequuntur ad sensibilia propria, & sunt communia diuersis sensibus, sicut motus, & magnitudo & numerus. Si. n. esset solus sensus uisus, cum ipse coloris tm̄ sit, & color & magnitudo se consequantur, quia simul cum colore immutat sensus a magnitudine inter colorē non possemus discernere, & magnitudinem, sed uiderentur esse idem. Sed nūc quia magnitudo sentitur alio sensu, q̄ uisu, color autē nō hoc ipsum manifestat nobis q̄ aliud est color, & magnitudo. Et simile est de alīs sensibilibus communibus. Pōt autem & hæc ratio assignari distinctionis sensuum. Manifestum est enim, q̄ cum potentia dicatur ad obiectum oportet q̄ secundum differentiam obiectorum, diuersificentur potentiæ sensitiuæ. Obiectum autē sensibile est, prout est immutatiuum sensus, unde secundum diuersa genera immutationum sensus a sensibili, oportet esse diuersos sensus. Immutatur autem sensus a sensibili. Vno modo per contactum, & sic est sensus tactus, qui est discretiuus eorum, ex quibus constat animal. & sensus gustus, qui est perceptiuus qualitatum, quæ designant conuenientiam nutrimenti, quo conseruatur corpus animalis. Alio modo immutatur sensus per medium. Et hæc quidem immutatio, aut est cum alteratione sensibilis, & sic odor immutat sensum cū aliqua resolutione odorabilis. Aut cum aliquo motu locali, & sic immutat sonus. Aut absq; immutatione sensibili, sed per solam immutationem spiritualem medij, & organi, & sic immutat color. P

Assignat hic cām distinctionis sensuum.

Cum autem sentiamus nos uidere, ac audire, necesse est, aut uisu sentiamus nos uidere, aut alio sensu.

Quoniam autem sentimus q̄ uidemus, & audimus, necesse est aut uisu sentire q̄ uidet, aut altero. Tex c136 Q

Lectio. II.

POSTQVAM Philosophus ostendit q̄ non sit alius sensus, proprius, præter quinq̄, procedit ad inquirendum, utrum sit aliqua potentia sentitiua, cōis his quinque sensibus. Et hoc quidem inuestigat ex quibusdam actionibus, quę non uidentur alicuius sensus propriæ esse, sed uidentur

A dentur exigere aliam potētiam sensitiuam communē. Huiusmodi autem actiones sunt duæ. Vna est secundū quod nos, percipimus actiones propriorum sensuū, puta quod sentimus nos uidere, & audire. Alia est secūdum q̄ discernimus inter sensibilia propria diuersorum sensuum, puta q̄ aliud sit dulce, & aliud album. Primo ergo inquirit cui sit attribuenda prima harum actionum. Secundo cui sit attribuenda secunda, ibi { Vnusquisque quidem igitur. } Circa primum tria facit. Primo mouet quæstionem dicens. Quoniam sentimus q̄ uidemus, & similiter sentimus, qđ audimus, & sic de unoquoq; sensibilium, necessarium est per uisum sentire, quod ipse uisus uidet, aut per aliam uirtutem, & sic de alīs sensibus. Secundo obiicit ad utranq; partem ibi.

At si alio sensu, tum idem sensus erit & ipsius uisus, & etiā coloris subiecti. Quare uel duo sensus eiusdem erunt subiecti, uel seipsum sentiet ipse.

Si aūt altero, aut ipsum erit quo uidet, aut alterum. Sed idem secus erit uisus & subiecti coloris, quare aut duo eiusdem erūt, B *aut idem eiusdem.*

Et primo inducit ad ostendendum, q̄ uisus uideat se uidere, duas rationes. Quarum prima talis est. Si homo sentit se uidere altero sensu, q̄m uisu, aut hoc erit, quia illo alio sensu homo uidet colorē, aut omnino alio sensu uidet colorem, & sentit uisionem coloris. Si aūt eodē sensu, quo sentit colorē, sentit uisionē coloris, sequit̄ q̄ unus & idē erit sensus secundū actum apprehensiuus ipsius uisionis & subiecti coloris. Quare sequitur alterum duorum, quia si iste sensus qui sentit uisionem & colorem, sit alius sensus a uisu oportebit q̄ duo sensus sint unius subiecti. s. coloris. Aut si iste sensus quo sentimus uisionem & colorem, est Tex.cli2. idem cum sensu uisus, sequitur q̄ sit idem eiusdem. i. q̄ uisus sit sensus suiipsius quod a principio negabatur. Dicere uero q̄ ille alter sensus, quo quis sentit se uidere, non sentiat colorem, est omnino irrationabile, quia si non cognosceret colorem, non posset cognoscere quid esset uidere, C cum uidere nihil aliud sit, quam sentire colorem. Secundam rationem ponit ibi.

Præterea si alius sit sensus qui percipit ipsum uisum, aut in infinitū fiet abitio, aut erit aliquis sensus, qui seipsum percipit sentientem. Quare idipsum in primo sensu continuo est faciendum.

Amplius autem si & alter sit uisus sensus, aut in infinitum procedet, aut aliquis ipse suiipsius erit iudex, quare in primo hoc faciendum est.

Quæ talis est. Si sensus uisus. i. uisionis, quo s. sentimus nos uidere, sit alter a uisu, iterum quærendū est de illo sensu, utrū. s. ille sensus sentiat se sentire, & si non, oportebit q̄rere tertium sensum, qui sentiat illū sentire. Aut igitur hoc procedet in infinitum, quod est impossibile, cum impossibile sit compleri actionem, quæ dependet ab actionibus infinitis, neq; etiam unus rei possint esse potentiæ infinitę aut oportebit q̄ deueniatur ad aliquem sensum, qui sit iudex suiipsius. i. percipiat se sentire. Eadem ergo ratione poterat fieri in primo sensu, ut. s. uisus sentiret se uidere. Non est ergo alius sensus qui percipiat colorem, & qui percipit uisionem coloris. Deinde cum dicit.

At hic oritur dubitatio, nam si uisu quidem sentire, nil aliud est, quam uidere, uidetur autem color uel id quod habet colorē. D *Si quispiam uiderit id, quod uidet colorem, id habebit profecto quod uidet primum.*

Tex.137 *Habet autem dubitationem. Si. n. uisu sentire, uidere est, uidetur autem color, aut habens hunc, si uidebit aliquid id, quod est uidens, & colorem habebit primum uidens.*

Obiicit ad partē contrariam. Et quia primæ rationes aliqualiter concludunt uerum, hæc ratio per modum dubitationis proponitur, unde & eam soluit. Est autem ratio talis. Si uisu sentimus nos uidere, sentire aūt uisu, nihil est aliud q̄m uidere, ergo uidemus nos uidere. Sed nihil uidet. nisi color tantum, aut hīs colorem. Si igitur aliquis uidet se, q̄ sit uidens sequit̄ qđ primū uidens qđ secūdo fuit uisum, sit habens colorem, quod uidetur inconueniens. Nā dictum est supra q̄ uisus, cum sit susceptiuus coloris, est absq; colore. Deinde cum dicit. E

Patet igitur, non unum idipsum esse sentire inquam uisu. Nā cum non uidemus, tenebras & lumē uisu discernimus, sed non eodem, ut patet, modo.

Manifestum igitur, quoniam nō est unū omnino, uisu sentire. Tex.c138 *Et nanq; cum non uidemus, uisu non discernimus & tenebras & lumen, sed non similiter.*

Soluit tertio, ppositā dubitationem duobus modis. Primo cōcludens ex pdictis q̄ sentire uisu multipliciter dr̄. Ostensum est. n. supra, q̄ uisu sentimus nos uidere. Itē ostēsum est, q̄ uisu non sentimus, nisi colorem. Sentire ergo uisu dupliciter dr̄. Vno mō, ſm q̄ uisu sentimus nos uidere. Visu sentire dupliciter. Alio mō, cum uisu uidemus colorē. Et q̄ uisu sentire dicaē multipliciter, apparet ex hoc, q̄ aliquando dicimur sentire uisu, cum uisus præsentialiter immutatur a nisibili. s. colore. Aliqn̄ autem dis. ernimus uisu, & tenebras, & lumen etiam, cum non uidemus per immutationem .s. ab exteriori sensibili. Sed non sīt dr̄ utroq; modo, uisu sentire. Redit ergo solutio ad hoc, q̄ actio uisus potest considerari, uel ſm q̄ consistit in immutatione organi a sensibili exteriori, & sic non sentitur nisi color. Vnde ista actione, uisus non uidet se uidere. Alia est actio uisus ſm quam, post immutationem organi, iudicat de ipsa perceptione organi a sensibili etiam abeunte sensibili, & sic uisus non uidet solum colorem, uel sentit, sed sentit etiam uisionem coloris. Deinde cum dicit Actio uisus duplex. F

Præterea idipsum etiam quod uidet, colore quodammodo debilitum est. Instrumentū. n. uniuscuiusq; sensus, ipsum sensibile sine materia suscipit, uti diximus. Quo circa sensibilibus ipsis semotis, insunt in sensuum instrumētis sensus et imaginationes. Atqui opatio rei sensibilis atq; sensus, una quidē & eadē est. At earū rō nō eadē ē. Dico aūt sonum actu, et auditū actu, fit. n. ut is, qui auditū habet, nō audiat, & id qđ habet sonū, nō semper sonet. Sed cum operatur id quod audire potest. & sonat id quod sonum efficere potest, tum simul fit & auditus actu, & sonus etiam actu, quorum alterum quispiam auditionem, alterum sonationem esse, non incongrue dicere potest. G

Amplius autē et uidens, tanquam coloratū est. Vnumquodq; enim sensitiuum susceptiuum est sensibilis sine materia. Vnde et abeuntibus sensibilibus, insunt sensus, et phantasiæ, quibus sentiunt. Sensibilis autem actus & sensus idem est, & unus, esse autem ipsorum non idem. Dico autem, ut sonus secundum actum, & auditus secundum actum. Contingit. n. auditum habentia nō audire, & habens sonum non semper sonat. Cum autem operetur potens audire, & sonet potens sonare, tunc secundum actū auditus simul fit, & secundum actum sonus. Quorum dicet aliquis hoc quidem auditionem esse, hoc uero sonationem.

Ponit aliam solutionem, quæ quidem necessaria est, eo q̄ color habet duplex esse, unū naturale i re sensibili, aliud spirituale in sensu. Secundum ergo primum esse coloris, q̄ cessit prima solutio. Hæc autem secunda procedit q̄tum ad ſm esse coloris. Circa hanc solutionē tria facit. Primo ponit solutionem. Secundo probat quoddam, quod in solutione supposuerat, ibi { Si igitur est motus. } Tertio ex hac solutione ostendit etiam quarundam aliarum quæstionum solutionem, ibi { Quoniam autem unus. } Dicit ergo primo, quod cum soluta sit prima dubitatio, sustinendo q̄ uidens non sit coloratum, amplius pōt solui dicendo q̄ uidens est tanquam coloratum, quia in uidente est H

Universidad de Deusto
Biblioteca

similitudo coloris, unde uidens est simile colorato. Vnde illa potentia quæ uidet aliquem esse uidentem, non est extra genus potentiæ uisiuæ. Et quod uidens sit quodāmodo coloratum, probat per ea quæ supra dicta sunt, quia unumquodq; organū sensus est susceptiuum speciei sensibilis sine materia, ut dictū est. Et ista est ratio, quare abeūtibus sensibilibus, fiunt in nobis sensationes & phātasiæ. i. apparitiones, ſm quas aliquo modo sentiunt aialia. Et sic patet quod uidens est tanq; coloratum, inq̄tū habet similitudinem coloris. Et non solum uidens est tanq; coloratum, & simile colorato. sed etiam actus cuiuslibet sensus, est unus, & idem subiecto, cum actu sensibilis, sed ratione non est unus. Et dico actum sensus, sicut auditū ſm actū, & actum sensibilis, sicut sonū ſm actū. Non.n. semp sunt in actu, quia contingit habentia auditum non audire, & habens sonum, non semper sonare. Sed cum potens audire habet suam operationem, & potens sonare habet sonare, tunc simul fit sonus secundum actum, qui uocatur sonatio & auditus secundum actum, qui uocatur auditio. Cū igitur uisus percipiat sensibile & actum eius, & uidens sit simile sensibili, & actus uidentis sit idem subiecto, cū actu sensibilis, licet non ratione, relinquitur q̄ eiusdem uirtutis est, uidere colorem, & immutationem, quæ est a colore, & uisum in actu, & uisionem eius. Potentia ergo illa qua uidemus nos uidere, non est extranea a potentia uisiua, sed differt ratione ab ipsa. Deinde cum dicit.

Secūdo ibi. eorum.

Quod si motus, & actio, atq; passio in eo est, quod patitur, atq; mouetur, necesse est & sonum & auditum actu in auditu, qui est potentia esse. Agentis nanq;, mouentisq; operatio, in ipso patiēte suscipitur. atq; inest. Quocirca necesse non est, id quod motu ciet, moueri. Actus igitur sonatiui, sonus est, uel sonatio. Auditiui uero, auditus, uel auditio. Duplex.n. est auditus, & duplex etiam sonus. Eadem est & in cæteris sensibus ac sensibilibus ratio. Atq; ut actio, passioq; nō in agēte est, sed in eo quod patitur, sic & ipsius sensibilis actio, in ipso est sensitiuo. Sed in quibusdam nomina quoq; sunt posita, ut sonatio, ac auditio in quibusdam caret alterum nomine. Operatio enim uisus, uisio dicitur, at coloris, nomine uacat. Operatio præterea gustus, gustatio dicitur, at saporis, nomen non habet.

Tex.c139

Si igitur est motus, & actio, & passio, in eo quod agitur, necesse est & sonum, & auditum qui secundum actum in eo quod est secundum potentiam. esse. Actiui.n. & motiui actus, in patiente fit. unde non necesse est, mouens moueri. Sonatiui igitur actus, aut sonus, aut sonatio est. Auditiui aūt, aut auditus, aut

Tex.c140

auditio est. Dupliciter.n. auditus, & dupliciter sonus. Eadem autem ratio est & in alijs sensibus, & sensibilibus. Sicut enim actio & passio in patiente, sed non in agente, sic & sensibilis actus, & sensitiui, in sensitiuo est. Sed in quibusdam quidem & nominatum est, ut sonatio, & auditio. In quibusdam autem non nominatum est alterum. Visio.n. dicitur uisus actio, quæ uero est coloris, non nominata est. Et gustatiui gustatio est, humoris autem, non nominata est.

Probat quod supposuerat. s. quod unus & idē sit actus sensibilis & sentientis, sed ratione differāt, ex his, quę sunt ostensa. in. 3. Phy si. Ibi. n. ostensum est, q̄ tā motus, quam actio, uel passio, sunt in eo quod agitur. i. in mobili & patiente. Manifestum est autem, q̄ auditus paritur a sono, unde necesse est, q̄ tam sonus secūdum actum, qui dicitur sonatio, quam auditus secundum actum qui dicitur auditio, sit in eo quod est secundum potēiam scilicet in organo auditus. Et hoc ideo, qa actus actiui & motiui sit in patiente, & non in agente, & mouente. Et ista est rō, quare non est necessarium, q̄ omne mouens moueatur. In quo cunq; n. est motus, illud mouetur. Vnde si motus & actio quæ est quidam motus, esset in mouente, sequeretur quod mouens moueretur. Et sicut dictū est in. 3. Physi. q̄ actio & passio sunt unus actus subiecto, sed differunt ratione, prout actio signatur, ut ab agente, passio autem, ut in patiēte, ita supra dixit. q̄ idem est actus sensibilis & sentientis, subiecto, sed non ratione. Actus igitur sonatiui, uel soni est sonatio, auditiui autem actus est auditio. Dupliciter enim dicitur auditus, & sonus. s. secundum actum & secūdum potentiam. Et quod de auditu & sono dictum est, ea dē rōne se hēt ī alijs sensibus et sensibilibus. Sicut.n. actio & passio est in patiente, & non in agente, ut in subiecto, sed solum ut in principio a quo, ita tam actus sensibilis, q̄ actus sensitiui, est in sensitiuo. ut in subiecto. Sed in quibusdam sensibilibus & sensitiuis, nominatus est utriusque actus, & sensibilis, ut sonatio, & sensitiui, ut auditio. In quibusdam autem unum tantum nominatum est. s. actus sensitiui. Visio.n. dicitur actus uisus, sed actus coloris non est nominatus. Et gustus. i. gustatio est actus gustatiui, sed actus saporis non est nominatus apud Græcos. Deinde cum dicit.

Hæc cum ita sint, atq; unus actus rei sensibilis, sensitiuique sit, quamuis diuersas habeat rationes. sicuti diximus, necesse est simul corrumpantur. simulq; sint salua, auditus ac sonus. qui hoc modo dicuntur, & sapor itidem, & gustus, cæteraq; similiter. At ea, quæ dicuntur potentia, non hanc ipsam profecto necessario subeunt legem.

Tex.c141 Supra tex. 67 hu. 72. 73. Lib. 3. te. 67. 68.

Quoniam autem unus quidem est actus sensibilis & sensitiui, esse autem alterum est, necesse est simul corrumpi, & saluari, sic dictum auditum, et sonum, et humorē igitur, et gustum, et alia similiter. Dicta autem secundum potentiam, non necesse est.

Ex præmissa solutione procedit ad demonstrādū ueritatem duarum quæstionum, quarum prima est, utrum sensus & sensibilia simul corrumpantur & saluentur. Ad hius ergo solutionem dicit, q̄ quia actus sensibilis & sensitiui est unus subiecto, sed differunt ratione ut dictū est necesse est q̄ auditus dictus secundum actum, & sonus dictus secundum actum, simul saluentur & corrumpantur, & similiter est de sapore, & gustu, & alijs sensibilibus & sensibus. Sed si dicantur secundum potentiam, non necesse est, quod simul corrumpantur & saluentur. Ex hac autem ratione excludit opinionem antiquorum naturalium, ibi.

Non recte igitur priores naturales Philosophi sentiebant, qui quidem sine uisu, neque album ullum, neque nigrum esse dicebant, neque item ullum sine gustu saporem. Nam partim recte partim non recte censebant. Etenim cum dupliciter sensus sensibileq; dicatur, potentia, atq; actu, in his quidem secūdis fit idipsum sane, quod dictum est, in illis autem primis nō fit, ut lucе clarius extat. At illi de hisce simpliciter loquebantur, quæ simpliciter non dicuntur.

Tex.c142

Sed priores Philosophi, hoc non bene dicebant nihil opinantes, neque album, neque nigrum esse sine uisu, neq; humorem sine gustu. Sic quidem enim dicebant recte, sic autem non recte. Dupliciter.n. dicto sensu & sensibili, his quidem secundū potentiam, illis uero secundum actum, in his quidem accidit quod dictum est, sed in alteris non accidit. Sed illi simpliciter dicebant, de dictis non simpliciter.

Dicens q̄ priores naturales non bene dicebant, in hoc, quia opinabantur nihil esse album, aut nigrum, nisi quando uidetur, neq; saporem esse, nisi quando gustatur, & similiter de alijs sensibilibus et sensibus. Et quia non credebāt esse alia entia, nisi sensibilia, neq; aliam uirtutem cognoscitiuam, nisi sensum, credebant quod totum esse, & ueritatem esset in apparere. Et ex hoc deducebātur ad credēdum

dum cōtradictoria simul esse uera, propter hoc q̄ diuersi contradictoria opinantur. Dicebant autem quodammodo recte, & quodāmodo non. Cum enim dupliciter dicatur sensus & sensibile. s. secundum potentiam & secundū actum de sensu, & sensibili ſm actum accidit quod ipsi dicebant, q̄ non est sensibile sine sensu. Non autem hoc uerum est de sensu & sensibili secūdum potentiam. Sed ipsi loquebātur simpliciter. ideſt sine distinctione, de his quę dicuntur multipliciter. Deinde cum dicit.

Sensus ī quadā est, ac proportio.

Quod si uox quidam concentus est, uox autē, & auditus tū unū tū nō unū, aut non idem sunt, & si concentus est rō, necesse est & auditum, quandam esse rationem, atq; ob idipsum exuperās quodq;, tā acutū, q̄ graue corrūpit auditū atq; deuastat, et in saporibus gustū, & in coloribus uisum, id quod nimium est splendidum, & tenebrosum, & in odoribus uehemēs odor siue dulcis, siue amarus, quia sensus ipse quædam est rō. Quocirca sensibiliū ea, quæ sincere talia, quæq; simplicia sunt, ut acutū, uel dulce, uel salsum, cum reducuntur ad rōnem sensui sunt iucūda. Tunc enim ipsum delectare uidentur. Oīno autē ipsum mistum, magis concentus est q̄ acutū, uel graue. Tactui quoq; nō calidū sane simplex, ac frigidū. Sed id quod est ad rōnem redactum amicum est, atq; iucundum. Enimuero sensus ipse ratio quædam est, uti diximus. Sensibilium autem ea quæ exuperāt, aut dolorem afferunt ipsi, aut tandem ipsum corrumpunt.

Si aūt symphonia uox quædam est, uox aūt & auditus est sicut unū, & est sicut non unū, aut idem, proportio aūt est symphonia, necesse est, & auditū, rōnem quandā esse. Et pp id, corrūpit unūquodq; excellens acutū & graue, auditū, & in humoribus gustū, & in coloribus uisum, fortiter fulgidū, et opacum in olfactu fortis odor, & dulcis, et amarus. tanquā rō quæm sit sensus. Vnde & delectabilia quidem sunt, dum ducūtur cera & impermista existentia ad rōnem, ut acutum, aut dulce, aut salitū. Delectabilia.n. tūc. Omnino autem magis, quod mistum est, symphonia est, quàm acutum & graue. Tactus autem calefactibile, & frigefactibile, sed sensus ratio est. Excellētia autem contristant aut corrumpunt.

Demōstrat ex p̄missis soloně alterius qōnis quare. s. q̄dā sensibilia corrūpant sensum, & q̄dā delectant, et dicit q̄ cū symphonia. i. uox cōsonās & ꝓportionata sit uox q̄dā, & uox quodāmō sit idē qd̄ auditus & symphonia sit q̄dā ꝓportio, necesse est q̄ auditus sit q̄dā ꝓportio. Et qa q̄libet ꝓportio corrūpit p sup̄abundātiam, iō excellēs sensibile corrūpit sensum, sicut qd̄ est excellēter graue & acutū corrūpit auditū. Et excellēs saporosum corrūpit gustū. Et fortiter fulgidum uel obscurū corrūpit uisum. Et fortis odor corrūpit olfactū, quasi sensus sit q̄dā ꝓportio. Sed si plura sensibilia deducunē ad ꝓportionatā mistionē, efficiūt delectabilia, sicut in saporibus, q̄n aliqd ſm debitā ꝓportionē est, aut acutū, aut dulce, aut salsum, tūc. n sunt oīno delectabilia. Et oē qd̄ ē mistū, est magis delectabile, q̄ qd̄ ē simplex, sicut symphonia q̄ uox acuta tm, uel grauis tm Et in tactu, qd̄ est cōpositū ex calefactibili & frigidabili. Sēsus. n. delectaē in ꝓportionatis. sicut in sibi similibus, eo q̄ sensus ē ꝓportio q̄dā. Sed excellētia corrumpit sensum, uel saltem contristat ipsum.

Vnusquisq; igitur sensus (ut sæpe diximus) sensibilis ē obiecti. Et quæ in instrumēto suo, ea rōne, qua illud sensus est instrumētum, et differentias sensibiles obiecti sui discernit. ut album quidē & nigrum, uisus, dulce autem & amarum, gustus, & cæteri similiter sensus.

Tex.144.

Vnusquisq; igitur sensus, subiecti sensibilis est, & est in sensitiuo, inquantum sensitiuum, et discernit subiecti sensibilis differentias, ut album quidē, & nigrum uisus, dulce uero & amarum, gustus. Similiter autem se habet hoc & in alijs.

Lectio. III.

PROCESSIT ꝓ̄s superius, ad inuestigādū sensum cōem ex hac opatiōe, qua sentim⁹ nos uidere & audire. Ex hac aūt opatiōe ad hoc deuēnit est, q̄ potētia uisiua sentit uisiōe, alio tū mō q̄ sentiat sensibile exterius, sed nōdū hr̄, qd̄ potētia iudicatiua de actibus sensuū, sit una, & cōis. Et iō ꝓcedit ulterius ad inuestigādā hmōi ueritatē p aliā opationē, q̄ ostendit unā potentiam esse cōem, hñtem se quodāmō ad oēs qnq; sensus, & hęc opatio est discernere sensibilia abinuicē. Et circa hoc duo facit. Prio oūdit q̄tū se possit extēdere discretio sensus, ꝓprij. In secūda inqrit de illa discretione sensibilium, q̄ excedit uirtutē sensus ꝓprij, ibi ¶ Qm̄ aūt albū. ¶ Dicit ergo primo q̄ ex dictis manifestū est q̄ unusquisq; sensus est cognoscitiuus sensibilis sui obiecti, cuius spēs sit in suo organo, inq̄tū est tale organū. Immutaī. n organū uniuscuiusq; sensus a proprio obiecto sensus p se, non per accidens. Et unusquisq; sensus discernit dr̄as ꝓprij sensibilis, sicut uisus discernit album & nigrum, gustus dulce & amarū, & similiter se habet in alijs sensibus. Deinde cum dicit.

Aī. n. cū album, et dulce, & singula sensibilium ad singula nimirū aliqua cōparemus. ac discernamus: & sentiamus differre: necesse est idipsum profectō fieri sensu quippe cū illa sensibilia sint. Quo patet, carnē ultimū instrumētum sensus non esse. Nam necesse est id quod discernit, tangendo discernere.

Quoniā aūt album, & dulce, & unūquodq; sensibilium ad

Te. c.145.

unumquodq; cōparando, discernimus, et sentimus q̄ differunt, necesse igitur sensu. Sensibilia.n. sunt. Quare et manifestum

Te.c.156.

quoniam caro non est ultimum sensitiuum. Necesse enim esset ut discernens, ipsum tnngendo discerneret.

Oūdit cui sit attribuēda ista discretio, q̄ excedit ꝓpriū sensum. s. discernere sensibile unius sensus a sensibili alteri⁹. Et circa hoc duo facit. Prio determinat ueritatem. Secūdo obj̄cit cōtra ueritatem & soluit, ibi ¶ At uero impossē. ¶ Circa primū tria facit. Prio oūdit q̄ aliqs sensus ē q̄ discernit iter albū, & nigrū, & dulce. Secūdo, q̄ nō sunt duæ potētię sensus, sed una, ibi ¶ Neq; utriq;. ¶ Tertio q̄ simul illa potētia ꝓcipit utrūq; sensibile inter quæ discernit, ibi ¶ Qd̄ aūt neq;. ¶ Dicit ergo prio, q̄ qa discernimus aliqua uirtute, nō solū albū a nigro, uel dulce ab amaro, sed ētiam albū a dulci, & unūquodq; sensibile discernim⁹ ab unoquoq; & sentim⁹ q̄ differūt, oportet q̄ hoc sit p sensum, qa cognoscere sensibilia, inq̄tū sunt sensibilia, ē sensus. Cognoscim⁹ aūt dr̄as albi, & dulcis, nō solū q̄tū ad q̄ qd ē utriusq;, qd̄ ꝓtinet ad intellectū, sed ēt q̄tū ad diuersam imutationem sensus. Et hoc nō p̄t fieri, nisi p sensum. Et si p aliquē sensum fit hoc maxīe uī, q̄ fiat p tactū q est primus sensuū, & quodāmō radix & fundamētū oium sensuū, & ab hoc, animal habet, q̄ dicatur sensitiuū. Vñ manifestū est, q̄ caro nō est ultimum organū sensus tact⁹, qa cū p sensum tactus fiat discretio, necesse eēt q̄ ipso contactu carnis ē tāgibili. fieret discretio tangibilis ab alijs sensibilib⁹. Attribuiē aūt ista discretio tactui, nō ſm q̄ tactus, est sensus ꝓprius, sed ſm q̄ est fundamentū oium sensuū. & ꝓpinquius se hūs ad fontalē radicem oium sensuū, qui est sensus cōis. Deinde cum dicit.

Fieri igitur non pōt, ut separatis discernatur, dulce diuersum esse ab albo, sed uni cuipiā ambo nota esse oportet. Illo nāque mō sane pateret, inter sese illa differre, etiā si alterum ego: alterū tu sentires. Vnum igitur dicat oportet. Diuersa.n. dulce ac album. Dicit igitur idem. Quare ut dicit, sic et intelligit, atque sentit Patet ergo fieri nō posse, ut separatis separata diu dicentur.

Neq; utiq; separatis contingit discernere, q. alterum sit dulce ab albo, sed oportet aliquo uno utraq; manifesta esse. Sic.n. se haberet etiam si hoc quidem ego, illud autem tu sentires, mā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

I nisesse. Quod autem unum dicere quoniã alterũ. Alterũ. n. dulce ab albo. Dicit ergo idẽ. Quare sicut dicit, sic & intelligit, & sentit. Quod quidem igitur non possibile, separatis iudicare separata, palam est.

Ostendit ꝙ idẽ sensus sit, qui discernit album a dulci. Posset. n. aliquis credere, quod discernamus album a dulci non quadam una potentia, sed diuersis, ut. s. inquantum gustu cognoscimus dulce, & uisu album. Hoc autẽ excludit dicens, ꝙ non contingit discernere, ꝙ dulce sit alterũ ab albo, separatis potẽtijs. i. diuersis, sed oportet ad discernendum inter ea, quod ſm aliquã unã potentiam manifestũ sit nobis. Ita. n. eẽt si diuersis potẽtijs sentiremus dulce & albũ, sicut si diuersi homines sentirẽt, unus dulce, alius albũ, puta si ego sentio hoc, & ille illud. Hoc autẽ posito manifestũ est. ꝙ altera sunt abinuicẽ, dulce & albũ, qa aliter patior ego a dulci, quã tu ab albo. Sed tñ diuersitas ista non erit nobis per sensum manifesta, sed oportet qd unus sit, qui dicat ꝙ alterum est dulce ab alba. Hoc. n. est aliqd unũ uerũ. ſ. ꝙ alterũ sit dulce ab albo, ergo oportet ꝙ illud unũ ab eodẽ dicaẽ, sed dictio est interpretatio interioris apprehẽsionis, ergo sicut est unus q dicit, ita oportet ꝙ unus sit q intelligat, & sentiat, alterũ esse dulce ab albo. Dicit autẽ ⸗ intelligat & sentiat ⸗ quia nõdũ ostensum est, ꝙ aliud sit intellectus a sensu, uel qa ista diuersitas, ex sensu & intellectu cognoscit. Sicut igitẽ oportet, ꝙ unus homo, q dicit alterũ eẽ albũ a dulci, sit q cognoscit utrũque, ita oportet ꝙ una potentia sit, qua agnoscit utrũq;. Nã homo nõ cognoscit, nisi ꝓ aliquam potentiã. Et hoc est qd̃ concludit ulterius, palam esse qd non est posse iudicare ⸗ separara ⸗ .i. ꝙ aliqua sint diuersa ⸗ separatis ⸗ i. diuersis, sed oportet ꝙ sit eadem potentia, quæ utrunq; cognoscat. Deinde cum dicit.

K At hic patet, neq; fieri posse ut separato in tempore discernãtur. Nam ut idem, aliud esse bonum, ac malum dicit. Sic quã do alterum dicit aliud esse, tunc & alterum etiam dicit. Atque dico quando, non per accidens, ueluti nunc dico quippiã aliud esse, non tamẽ, dico illud nunc aliud esse, sed hoc pacto nunc dicit, ut dicat, & nunc illud esse. Similiter igitur dicit. Quo fit, ut inseparabile, & in inseparabili tempore separata discernat.

L Quod autem neque in separato tempore, hinc habitum est. Sicut. n idem dicit, q. alterum est bonum, & malum, sic et quã do alterum dicit esse alterum, tunc & alterum, non secundum accidens, ipsum quando. Dico autem ueluti nunc dico esse alterum, non tamen dico illud nunc alterum quoniam. Sed sic dicit et nunc, & quod nũc. Simul ergo. Quare inseparabile, et in inseparabili tempore, utrunque discernit.

Ostendit ꝙ oportet simul utrũq; cognosci. Dicit ergo ꝙ ex his q̃ dicentur, manifestũ est ⸗ ꝙ neq; in separato tẽdore ⸗ .i. in diuerso tpe cognoscit utrũq;. Sicut. n. ille q iudicat aliqua esse diuersa, dicit aliquid unũ & idẽ. ſ. ꝙ alterũ sit bonum & malum, sic etiam dicit quando alterum sit. Dicit. n. ꝙ sit alterum tunc, qñ iudicat, & hoc ipsum qñ sit alterum, nõ dicit ſm accidẽs, ita ꝙ ly qñ, referatur ad dicentem, utputa quia nũc dicit, ꝙ est alterũ, si nõ diceret, ꝙ nunc est alterũ. Hoc. n. esset ꝓ accidens, respectu eius quod dicitur, sed sicut nunc dicit, qd est alterũ, ita dicit ꝙ nunc sit alterum. Hoc autẽ non posset esse, nisi simul ea apprehenderet. i. in illo instanti, pro quo iudicat ea esse altera. Manifestum est ergo, ꝙ simul cognoscit utrunq;. Ergo sicut est inseparabilis potentia. i. una, & eadẽ, quæ cognoscit utrunq; eorum, inter quæ iudicatur differentia, ita oportet ꝙ in inseparabili tẽpore apprehendat utrunque. Deinde cum dicit.

M At uero fieri nõ potest, ut simul idẽ, ea ratione qua indiuisibile est, & in indiuisibili tpe, motibus contrarijs moueatur. A dulce quidẽ si sit, mouet sensum, ac intellectum. Amarũ autem contrario modo & album itidem diuerso. N

Tex.cl.

At uero impossibile est, simul secundum contrarios motus moueri idem, ut indiuisibile est, & in indiuisibili tempore. Si enim dulce sit, sic mouet sensum, aut intellectum, amarum autem contrarie, & album aliter.

Obijcit in contrariũ. Et circa hoc quatuor facit. Primo ponit obiectionẽ talẽ. Impossibile est idẽ & indiuisibile, simul moueri ſm cõtrarios motus, simul & in indiuisibili tpe, sed intellectus & sensus mouentur a sensibili, inq̃tũ sentit, & intelligibili, inq̃tum intelligit. Diuersa autẽ sensibilia & contraria, diuersis & contrarijs motibus mouẽt, ergo impossibile est, ꝙ eadẽ uis sensitiua, aut intellectiua, simul cognoscat contraria diuersa. Secundo ibi.

Est ne igitur quod discernit, indiuisibile quidem numero, separatum autem ratione. Partim igitur ut diuisibile, res sentit diuisas, partim ut indiuisibile. Nam ratione quidem diuisibile, loco autem atque numero indiuisibile est.

Ergo simul quidem & numero indiuisibile, & inseparabile, quod iudicat, secundum esse autem separatum, igitur quodã modo indiuisibile, diuisa sentit, est autem quodammodo ut indiuisibile. Secundum esse quidem. n. diuisibile, loco autem & numero, indiuisibile. Te. c.141

O

Ponit unã solutionẽ, & dicit ꝙ illud qd̃ iudicat dr̃ã inter contraria, est simul et numero indiuisibile, & inseparabile. i. unum subiecto, sed ſm separatum. i. rõne est diuersum. Sic igit quodãmodo indiuisibile sentit diuisa. i. diuersa. Alio autẽ modo diuisibile sentit diuersa, quia secundum esse est diuisibile. i. rõne est diuersum, sed loco, & numero est ⸗ indiuisibile ⸗ .i. subiecto est unum. Et dicit loco quia diuersę potentiæ inueniuntur in diuersis partibus corporis organa habere. Tertio ibi.

An id minime fieri potest. Idem. n. potentia quidem est ipsa contraria, & diuisibile & indiuisibile actu autem esse non potest. Sed patiendo diuisibile est. At fieri nequit, ut simul sit album & nigrum. Quare neque formas ipsorum simul sensus ac intellectus, si talia sint, ut patiantur, suscipient. Aut non possibile. Potentia enim idem & indiuisibile est contraria, secundum esse autem non, sed in operari, diuisibile est. Et impossibile est & album & nigrũ esse simul. Quare neque species pati ipsorum, si huiusmodi est sensus, et intelligentia. P

Improbat hãc solonem dicens, ꝙ nõ est ⸗ possibile ⸗ illam p̃dictã solonẽ stare. Quod. n. est idẽ, & indiuisibile subiecto, sed nõ ſm esse. i. ſm rõnẽ, pot qdẽ hr̃e cõtraria ſm potẽtiã, sed qñ hẽt contraria ⸗ in opari ⸗ .i. ſm actum oportet qd̃ sit diuisibile. Et ipse est idẽ & indiuisibile, simul et semel eẽ albũ et nigrũ. Quar neq; pose ẽ aliqñ unũ & idẽ indiuisibile. simul pati spẽs eor̃, et ita neq; itelligẽet sentir̃, si itelligẽ & sẽtir̃ ẽ hmõi-i pati qñdã. Quarto ibi.

Tres sensus contraria percipiunt.

At. n. hoc pinde sese hẽt, atq; id qd̃ quidã pũctũ appellant. Quod quidẽ tũ unũ est, tũ duo quo pacto et diuisibile est. Quo igitur indiuisibile est hoc unũ ẽ, id qd̃ discernit, ac simul. Quo uero est diuisibile, hoc non unum est, bis. n. eiusdem signi simul sit usus. Quo ergo finis usus fit ut duorum, hæc duo discernit, atque sunt separata: ut separatorum. Quo uero est unum, hic unius fit usus et simul. Sed de principio quidẽ quo diximus animal sensitiuum esse: sit hoc modo determinatum. Q

Tex.149

Sed sicut, quod uocant quidam punctũ, aut unum, aut duo sic et diuisibile. Scm qd̃ quidẽ igitur indiuisibile, unũ discernens est, et simul. Scm uero q diuisibile, non est unum: Bis. n. utitur eodẽ signo simul. Inquantũ igitur pro duobus utitur termino, duo iudicat, et separata sunt, ut in separato. Inquantum uero unũ, uno et simul. De principio igitur, secundũ q, dicimus posse sentire animal: determinatum sit hoc modo.

Gized sa. gunt, ut se paratorum

Ponit

A Ponit uerã solutionẽ, & solutio ista sumit̃ ex similitudine puncti. Punctũ. n. quod est inter duas partes lineæ, põt accipi ⸗ ut unũ & ut duo ⸗ Et unũ qdẽ ſm ꝙ continuat partes lineæ, ut cõis terminus ⸗ Vt duo autẽ ſm ꝙ bis utimur pũcto ⸗ .i. ut principio uniꝰ lineæ, & ut fine alterius. Sic ẽt intelligendũ est, qa uis sentiendi diffundit̃ in organa gnq; sensuũ ab aliqua una radice cõi, a qua ꝓcedit uis sentiendi in oia organa, ad quã ẽt terminant̃ oẽs immutationes singulorũ organorum, q̃ põt cõsiderari dupl̃r. Vno mõ ꝓut est principiũ unũ, & terminus unus oium sensibilium immutationũ. Alio mõ, ꝓut est principiũ, & terminus huius & illius sensus. Et hoc est qd̃ dicit, ꝙ sicut punctũ est unũ aut duo, sic diuisibile est principium sensitiuũ cõe. Sic. n. diuisibile est, inq̃tum ⸗ simul bis utitur eodem signo ⸗ .i. principio sensitiuo. ſ. ut principio & termino usus, & audi tus. Inquantũ igit aliquis utitur principio sensitiuo, quasi uno termino, ꝓ duobus, intantũ duo iudicat, & separata sunt q̃ accipiunt̃, sicut ⸗ ĩ separato ⸗ .i. diuisibili principio cognoscunt̃ ⸗ Inquantũ uero ⸗ est unũ in se, sicut in uno principio cognoscit dr̃iam utriusq;, & simul. Habet igitur hoc principiũ sensitiuũ cõe, ꝙ simul cognoscat plura, inquantũ accipit bis, ut terminus duarũ immutationũ sensibilium, inquantũ uero est unũ, iudicare põt dr̃iam unius ad alterũ. Oportet autem illud principium sensitiuum cõe habere aliud organum quia pars sensitiua non habet aliquã operationẽ sine organo. Cũ. n. organũ tact⁹ diffundat̃ ꝓ totũ corpus necessariũ ur̃, ut ibi sit organũ huius principij sensitiui cõis, ubi est prima radix organi tactus. Et ꝓp hoc supius dixit, ꝙ si caro esset ultimũ organũ tactus, ꝙ tangendo ſm carnẽ, discerneremus unũ sensibile ab alio.

B Considerandum est etiam, ꝙ licet hoc principiũ cõe immutet̃ a sensu ꝓprio, quia ad sensum cõem peruenit̃ immutationes oium sensuũ ꝓpriorũ, sicut ad cõem terminũ

Obia sensus, oblꝰ ex tenis sentis bus, lo Nobilior atque

C nõ tñ sensus ꝓprius est nobilior, q̃ sensus cõis, licet mouens sit nobilius moto & agẽs patiẽte, sicut nec sensibile exterius est nobilius q̃ sensus ꝓpriꝰ, licet moueat ipsum. Est. n. ſm qd nobilius. Sinq̃tum est actu albũ uel dulce, ad qd̃ est sensus ꝓprius in potẽtia. Sed sensus ꝓprius simplr ẽ nobilior ꝓp uirtutẽ sensitiuã uñ et nobiliori mõ recipit. ſ. sine materia oẽ. n recipiẽs aliquid, recipit illud secũdũ suũ modũ. Et sic sensus cõis nobiliori mõ recipit q̃ sensus ꝓpriꝰ ꝓp hoc ꝙ uirꝰ sensitiua cõsideraẽ in sensu cõi, ut ĩ radice, & minꝰ diuisa. Neq; oportet ꝙ ꝓ aliquã actionẽ sensus cõis, spẽs recepta in organo fiat in ipso quia oẽs potẽtię partis sensitiuæ. sunt passiuæ, nec ẽ possibile, ꝙ una potentia sit actiua & passiua. Considerandũ est etiã, ꝙ sensus ꝓprius habet discernere inter cõtraria sensibilia, inquãtum participat aliquid de uirtute sensus cõis, quia & ipse sensus proprius est unus terminus diuersarum immutationum, quæ fiunt ꝓ mediũ a contrarijs sensibilibus. Sed ultimũ iudiciũ, & ultima discretio ptinet ad sensum cõem. Vltimo autẽ epilogando cõcludit quod dictũ est de principio secundũ ꝙ dr̃ aial esse sensitiuum uel potens sentire.

Cum autem duabus prisci differentijs, maxime diffinirẽt animam. Motione inquam loco accommodata & intelligendo, & discernẽdo, an sentiẽdo, cõsiderandũ est, si quid interſit inter intelligere, ac sentire. Videtur nanq; tam intelligere, quam etiam sapere, ueluti quoddam esse sentire, Etenim his utriq; rerũ aliquas anima discernit, atq; cognoscit.

Tex.150

Quoniam autem duabus differẽtijs diffiniunt maxime animam, motu qui secundum locum, & in eo quod est intelligere, et discernere & sentire, Videtur autem & intelligere, et sapere, tanquam quoddam sentire esse. In utriq;. n. his, anima iudicat aliquid et cognoscit eorum, quæ sunt.

Lectio. 1111.

POSTQVAM Philosophus ostẽdit, ꝙ duæ operationes, de quibus dubiũ uidebat̃, ꝓcipere. ſ. actus sensuũ ꝓpriorũ, & discernere inter sensibilia diuersorũ sensuũ, nõ excedũt facultatem principij̃ sensitiui, nunc uult inquirere, utrũ sapere & intelligere excedant facultatem eiusdem principij̃. Et circa hoc duo facit. Prio ostendit ꝙ sape & intelligere, nõ ptinent ad sensum, qd̃ est oñdere, sensum & intellectum non esse idẽ subiecto. Secũdo, ꝙ phantasia, q̃ pertinet ad sensum, non est idẽ cũ opinione, quæ ptinet ad intellectũ, ibi ⸗ Phãtasia autẽ &c. ⸗ Circa primum duo facit. Primo ponit opinionẽ ponẽtiũ, sensum & intellectum esse idẽ. Secũdo improbat eã, ibi ⸗ Et tñ oportuit ⸗ Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem. Secũdo assignat cãm opinionis, ibi ⸗ Oẽs. n. hi ⸗ Circa primũ duo facit. Primo ponit opinionẽ in cõi. Secũdo inducit quędam uerba quorundam Philosophorũ, quæ ad illud pertinere uidenẽ, ibi ⸗ Et antiquis sapere. ⸗ Dicit ergo primo ꝙ quia antiqui Philosophi diffiniebãt aiam scm̃ duo. ſ. secundũ motũ secũdũ locũ, & cognitionẽ, quę includit intellectiuã discretionẽ, & sensum, ur̃ ex hoc ꝙ secundum eorum opinionẽ intelligere & sapere sit quoddã sentire, quia tam sentiendo q̃ intelligẽdo, aia iudicat & cognoscit. Deinde cum dicit. D E F

Et ueteres idem esse sapere sentireq; censent. Quemadmodum, et Empedocles dixit.

Ad præsens hominum crescit sapientia semper.

Et alio rursus in loco.

Hic uaria bis se Aper prudentia somnia monstrat.

Idem et Homerus his carminibus sensisse uidetur.

Tales nanq; insunt mentes morta libus ipsis.

Quales quotidie summi fert rector olympi.

Et antiqui sapere, et sentire, idem esse aiunt, sicut Empedocles dixit. Ad præsens uoluntas augetur, et in hominibus et in alijs, unde eis sp sapere altera præstat. Idẽ autẽ his uult et id, qd̃ est Homeri. Talis enim intellectus est in terrenis hominibus, qualem ducit in diem pater uirorum q̃; deorum q;.

Vires aiæ quo corpi bus eleitis subiaceant.

Oñdit ꝙ nõ solũ hoc sequit̃ ex hoc qd̃ in cõi dicebãt sed exp̃sse antiq dixerũt. ꝙ idẽ sit sape ꝓ intellm, & sentire. Vt autẽ intelligantur uerba Philosophorũ, q̃ inducuntur quo ad ꝓpositũ faciũt, cõsiderandũ est, ꝙ nullũ corpus põt directe agere in id qd̃ nullo mõ ẽ corporeũ, qa igit̃ potentiæ sensitiue aliquo mõ sunt corporeæ, qa sunt uirtutes in corpis organis, imutari põt ex actione corporũ cœlestiũ, ꝓ accidẽs tñ, qa neq; aia neq; aię uirtus mouet̃, nisi ꝓ accidẽs, moto corpe. Et ꝓp hoc cõtingit, ꝙ ex impressione corporis cœlestis uariat̃, & phantasia, & appetitus sensitiuus. Vñ & aialia irrõnalia, q̃ solo appetitu sensitiuo agunt̃ in suis motibus, ut plurimũ insequunt̃ impressiones corporũ cœlestium. Ponere igit̃, ꝙ corpora cœlestia habeant impressionem directe in partẽ intellectiuã g̃tum ad intellectũ & uolũtatem, est ponere ꝙ uolũtas & intellectus sunt uirtutes corporeę. Et hoc sonãt uerba quorũdã Pborũ antiquorũ. Dicit. n. Empe. ꝙ tã in hominibus, q̃ in alijs aialibus ⸗ uolũtas augeẽ ⸗ .i. incitat̃ ad agendũ ⸗ ad pñs ⸗ .ſ. secũdũ pñtis horæ disp̃onem, q̃ qdẽ disp̃o depẽdet ex disp̃one corporũ cœlestium. Vñ pñs tp̃s, uel hora ⸗ eis ⸗ .i. hominibus, & alijs aialibus ⸗ p̃stat semp sapere altera ⸗ Diuersis. n. horis & tẽporibus, diuersa diuersimode homo & alia aialia inueniunt̃ iudicare de rebus. Et ad idẽ ptinet illud uerbũ Homeri. ⸗ Talis autẽ est intellectus in terrenis hoibus, qualẽ pater uirorũq; deorumq; ⸗ .i. sol ⸗ Ducit in diẽ. ⸗ Ducit autẽ sol p̃ uirorũ, qa est aliqua cã humanę g̃nationis. Homo. n. generat hoiem, & sol. Dr̃ autẽ p̃ deorũ, uel ꝓp corpora cœlestia, q̃ antiq deos appellabãt, q̃ secũdum Astrologos quodãmõ a sole regulantur. uel ꝓp hoies quos deificari credebant, qui uirtute solis gerẽbatur. Virtus autem solis est in die, quia in die nobis apparet, dum mouetur in superiori hemisphœrio, unde & ab Astrologis dicitur planeta diurnus. Voluit ergo Homerus dicere, ꝙ homines terreni intellectum sortiũtur ex

Sol hoiem decrũq; pr̃

G H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I actione soni, & q̃ secundū diuersitatem motus, & situs, & aspectus solaris, diuersimode se habent in intelligẽdo. Sciendum est aũt, q̃ hunc uersum Homeri Aristoteles nõ totũ posuit, sed solũ principiũ. Vũ nec in Græco, nec in Arabico plus habetur, q̃ hic. Talis. n. intellectus est, ut sic intelligatur hoc dictũ, sicut cõsueuimus inducẽtes aliquẽ uersum alicuius auctoris, tantum ponere principium, si uersus sit notus, sed quia hic uersus Homeri non erat notus apud latinos, Boetius totum posuit. Patet ergo ex hoc, q̃ hic dicitur, q̃ si corpora cœlestia habent directe impressionem in intellectum & uoluntatem idem est ac si ponatur, q̃ intellectus est idem cũ sensu. Indirecte uero impressio corporum cœlestium potest pertingere ad intellectũ uel uoluntatem, prout intellectus & uoluntas coniunguntur, in sua operatione uirtutibus sensitiuis. Læso. n. organo phantasiæ, impeditur intellectus in sua operatione, & ex appetitu sensitiuo inclinatur uoluntas ad uolendum, uel nolendum aliquid. Quia tamen uoluntas non ex necessitate trahitur ab appetitu sensitiuo, sed semper ei liberũ manet sequi inclinationem appetitus sensitiui, uel non sequi, ideo corpora cœlestia nullam necessitatem humanis actibus inducunt. Deinde cum dicit.

Cœlũ ex. obliquo in humanam mẽtẽ agit

K *Etenim omnes hi putant, ipsum intelligere corporis esse, perinde atq; ipsum sentire, & sentire simili simile arbitrantur, & sapere, ut in superioribus diximus locis.*

Omnes enim hi intelligere corporeum, sicut sentire opinantur. Et sentire & sapere simile simili, sicut secundum principiũ in rationibus determinauimus.

Ostendit causam positionis. Manifestum est. n. q̃ remota dria, qua aliqua abinuicem differũt, remanent idẽ, sicut si rõnale auferat ab homine, remanebit de numero irrationalium aialium. Hęc aũt est dria, qua differt cognitio intellectiua a sensitiua, q̃ sentirẽ est aliquid corporeũ. Non enim operatio sensus est sine organo corporali. Intelligere autem non est aliquid corporeum, quia operatio intellectus non est per organum corporeum, ut infra ostẽdetur. Ideo ergo antiqui ponebant sensum, & intellectum idem esse quia opinabantur q̃ intelligere esset aliquid corporeũ sicut & sentire. Quomodo autem utrunq; ponerent aliqd corporeum, consequenter ostendit per hoc, q̃ ponebant tam sapere ſm intellectum, q̃m sentire, contingere per uirtutem similitudinis, sicut in primo libro dictum est. Et intelligebant similitudinem secũdum esse corporeum, puta q̃ per terram cognoscitur terra, & per aquam aqua, & sic de aliis. Vnde sequebaẽ q̃ sentire & intelligere consequerentur naturam corpoream, & eodem modo. Et sic sentire & intelligere sequitur esse idem. Deinde cum dicit.

3.te.cõ 4 & inde

L *Oportebat tamen ipsos de errore quoq;, deceptioneue dissere. Sunt enim hæc magis propria animalium pluſquam id tẽporis est quo in his anima uersatur, ut patet, idcirco necesse est, aut uniuersa quæ uidentur, ut quidam inquiunt, esse uera, aut dissimilis rei tactum, errorem esse, deceptionemue. Quippe cum id sit contrarium illi, simili inquam cognoscere simile.*

Lectio 10.

Et tamen oportuit simul ipsos de deceptione dicere. Magis proprium enim est animalibus, & plurimum tempus in hoc permanet anima, unde necesse est, aut (ut quidam dicunt) omnia quæ uidentur, esse uera, aut dissimilis tactum, deceptionem esse. Hoc enim cõtrarium ei quod simile simili cognoscere,

M Improbat prædictam positionem. Et primo quantum ad causam, Secũdo quantum ad ipsam positionem, ibi ⁋ Quidem igitur. ⁋ Dicit ergo primo q̃ Philosophi assignantes cãm cognitionis esse similitudinẽ cognoscẽtis ad cognitum debuerunt assignare aliquã cãm etiã deceptionis qa deceptio uꝫ esse magis ꝓpria animalibus q̃ cognitio secũdum conditionem suæ nature. Videmus. n. q̃ homines ex seipsis decipi pñt & errare. Ad hoc aũt q̃ ueritatẽ cognoscant, oportet q̃ ab aliis doceantur. Et iterũ pluri tpe aĩa est in deceptione, q̃ in cognitione ueritatis, quia ad cognitionem ueritatis, uix peruenitur post studium longi temporis. Et hæc quidẽ ratio efficax est contra antiquos Philosophos, qui ponebant cognitionem in esse animæ ex sui natura, quasi anima ex hoc q̃ constituta est ex principiis, habeat q̃ non solum sit in potentia ad cognoscibilia, sed q̃ sit actu cognoscens. Potest autem ad hoc dupliciter respõderi. Vno modo, ut dicatur q̃ antiqui Philosophi, nõ credebant aliquam deceptionem esse. Ponebant. n. q̃ omnia, q̃ uidentur, sunt uera, ut supra dictũ est. Et iõ nõ oportebat, q̃ assignarent cãm deceptionis. Alio mõ põt rñderi, q̃ ex hoc ipso quod, dicebant cãm cognitionis esse ex hoc, q̃ anima tangit id quod est sibi simile, datur intelligi q̃ causa deceptionis sit hæc, quod anima tangit sibi dissimile. Hoc est ergo, quod concludit, quod quia antiq Philosophi non assignauerunt causam deceptionis animę, necesse est, qđ aut oĩa, quæ uidentur, uera sint, ut quidam dixerunt, aut quod tactus quo aĩa tangit rem dissimilem, sit deceptionis causa. Tangere. n. dissimile, uidetur esse contrarium ad cognoscere sibi simile. Primum aũt reprobatũ est in. 4. Metaphysicæ. Vnde procedit ad inquirendum secundum, cum dicit.

Lectio 1

Lectio 2

Elatũ fuit cõtrarioꝝ

Videtur aũt & deceptio, & scientia cõtrariorũ esse eadem.

Videtur autem & deceptio, & scientia contrariorum eadem esse.

Manifestũ est. n. q̃ dissimile, & sile sunt cõtraria sed circa cõtraria eodẽ mõ se hẽt homo ad cognitionẽ & deceptionẽ, quia qui cognoscit unum cõtrariorum, cognoscit & aliud, & q errat in uno: errat in alio. Et hoc est quod dicit qđ scientia & deceptio uꝫ eadẽ esse cõtrariorũ. Nõ ergo est ponẽ, qđ tactus rei silis sit cã ueræ cognitionis, et tactus rei dissimilis sit cã deceptionis, qa tunc esset scia de uno cõtrariorum, & deceptio de alio. Deinde cum dicit.

Sẽtire & intelligere dñi

Lectio 3

Non idem igitur esse sentire, ac sapere, patet. Illud enim omnibus animalibus, hoc ualde paucis ineſt.

Quod quidem igitur nõ idem sit sapere, & sentire, manifestum est. Hoc quidem enim in omnibus est, illud autem in paucis animalium est.

Improbat positionem, ostendens qđ neq; sapere, neq; intelligere est idẽ, qđ sentire. hæc. n. duo intellectiuæ cognitioni attribuunt. Intellectus. n. hẽt iudicare, & hoc dicitur sapere, & apprehendere, & hoc dr̃ intelligere. Primo ergo oñdit, qđ sentire nõ sit idẽ quod sapere, tali rõne. Sẽtire ineſt oib? aĩalib?. sapere aũt nõ ineſt oibus. sed paucis ergo ⁋ sapere ⁋ nõ est idẽ qđ sentire. Dicit aũt qđ sapere. ineſt paucis aĩalium, & nõ q̃ insit solis hominibus, qa etiã quædam animalia participãt aliquid prudẽtiæ, & aliquid sapientiæ. s. quod recte iudicant de agendis per æstimationem naturalem. Secundo ibi.

P Sapere, atque intelligere diffiuunt infra rex.

At neq; intelligere idẽ est, ac sentire, intelligere inquã, quo recte atq; non recte res percipi solent. Quod nãq; recte pcipit, id est prudentia, & scientia, atq; opinio uera. At quod nõ recte. i. nimirũ bis dictis cõtrariũ. Et enim propriorũ sensus semper est uerus, & uniuersis animalibus ineſt. At sit ut falso quoq; quis rõcinetur, neq; cuiquam competit, cui non ineſt & ratio.

Sed neq;, intelligere, in quo est & recte, & non recte. Recte quidem, prudentia, & scientia, & opinio uera. Non recte autẽ contraria horum. Neq; hoc est idẽ cum ipso sentire. Sensus quidem enim propriorum, semper uerus est, & in omnibus ineſt animalibus. Intelligere autem contingit & falso, & nulli ineſt cui non & ratio.

Q Probat qđ intelligere nõ sit idem quod sentire, p duo media. Quorum primum tale est. Intelligere contingit recte & non recte. Recte quidem contingit intelligere secũdum scientiam, quæ est speculabilium, & necessariorum uel secundum prudentiam, quę est recta ratio contingentium

A tium agibilium, uel ſm opinionem uerã, quæ se habet ad utrunq;, & non determinate ad alterũ oppositorum, sicut scientia & prudentia, sed ad unũ, cum formidine alterius ⁋ Non recte aũt ⁋ contingit intelligere, ſm eorũ contraria. i. ſm falsum scientiam, & ſm imprudentiam, & ſm opinionem falsam. Sentire aũt non contingit nisi recte, quia sensus circa ꝓpria sensibilia semp uerus est, ergo sentire & intelligere non sunt idẽ. Et quia posset aliquis dicere, q̃ recte intelligere sit idẽ quod sentire, ideo adiungit aliud medium ad hoc excludendũ, q̃ tale sentire ⁋ ineſt omnibus animalibus ⁋ intelligere autem non, sed solis illis, quibus ineſt ratio. s. hominibus, qui per inquisitionem rationis, apprehensionem ueritatis intelligibilis consequuntur, q̃uis subſtãtiæ separatę, q̃ sunt altioris intellectus. statim abſq; inquisitione ueritatẽ intelligant, ergo & recte intelligere non idem est, quod sentire. Deinde cum dicit.

B Tex. 63

Imaginatio nanque diuersa est a sensu, menteque. Atque neque hæc fit sine sensu, neq; existimatio sine hac esse potest.

Phantasia. n. alterum est & a sensu & ab intellectu. Et hæc non fit sine sensu, & sine hac non est opinio.

Ostendit q̃ opinio, quæ sequitur, intellectum, sit aliud a phantasia, quæ sequitur sensum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̃ phantasia non est opinio. Secũdo inquirit qđ sit phantasia, ibi ⁋ De eo aũt quod est intelligere. ⁋ Circa primum tria facit. Primo proponit quod intendit, & dicit q̃ ex hoc eũ apparet, q̃ sensus & intellectus differunt, quia phantasia aliud est a sensu, & ab intellectu, & tamen phantasia non fit sine sensu, quia consequitur sensum, ut postea dicet, & sine phantasia nõ fit opinio. Ita. n. uidetur se habere phantasia ad sensum, sicut opinio ad intellectũ. In rebus aũt sensibilibus, cũ aliquid sentimus, asserimus sic esse. Cũ aũt ſm phantasiã aliquid uidetur, non asserimus sic esse, sed sic uideri uel apparere nobis. A uisione. n. uel apparitione sumitur nomẽ phantasiæ, ut infra dicetur. Et similiter circa intelligibilia, cũ aliqd intelligimus asserimus sic esse. Cum aũt opinamur, dicimus sic uideri, uel apparere nobis. Sicut. n. intelligere requirit sensum, ita & opinari requirit phantasiam. Secundo ibi.

Tex. c. 60

C Phãtasia et existimatio differunt.

Non idem autem esse imaginationem existimationemue patet. Hic. n. affectus in potestate sine controuersia collocatur. Licet nanq;, cum libet, fingere quicquid uolumus, atq; ante oculos ponere, perinde atq; ii faciunt, qui in artificioſe memoriæ comparatis, atq; dispoſitis locis imagines fingẽtes, atq; simulachra collocant. At opinari non in nobis est situm. Necesse est enim opinantem, aut uerum, aut falsam existimationem habere.

Quod autem non est eadem phantasia, & opinio, manifestũ est. Hæc enim passio in nobis est cum uolumus. Præ oculis enim est facere, sicut in recordatiuis poſiti, & idolum sunt faciẽtes. Opinari autem non in nobis est. Necesse enim est falsum, aut uerum dicere.

Probat q̃ nõ sit idẽ opinio, & phãtasia, duabus rõnibus, quarũ pria talis est. Passio phantasiæ est in nobis cũ uolumus, qa in ptãte nra est formare aliquid, quasi apparẽs añ oculos nros, ut mõtes aureos, uel quicqd uolumus sicut patet de illis qui recordantur, & formãt sibi idola eorũ, q̃ sibi uidentur ad uotũ. Sed opinari nõ est in ptãte nra, qa necesse est, q̃ opinans hẽat rõnem, p quã opinẽ, uel uerum, uel falsum, ergo opinio non est idẽ quod phantasia. Secundam rationem ponit cum dicit.

D *Præterea cũ opinamur aliquid malũ esse, atq; terribile, cõtinuo perturbamur. Similiter & cũ opinamur quippiã esse tale, ut in illo sit confidendum. At cum imaginamur talia, perinde afficimur, atq; ſi in pictura eadem ſpectaremus.*

Tex. c. 54

Amplius autem cum opinamur difficile aliquid, aut terribile, ſtatim compatimur, Similiter autem est & ſi ſit confidendum. Secundum autẽ similiter nos habemus, sicut ſi essemus cõfiderantes in pictura, difficilia & confidenda. E

Quæ talis est. Opinionem ſtatim ſequitur passio in appetitu, quia cum opinamur aliquid esse graue uel terribile ſtatim compatimur triſtãdo uel timendo. Et similiter ſi fit aliquid cõfidendũ. i. de quo aliqs debeat cõfidere & ſperare, ſtatim ſequitur ſpes uel gaudium. Sed ad phãtaſiam non ſequitur passio in appetitu, quia dum aliquid apparet nobis ſm phantaſiam, similiter nos habemus, ac ſi cõſideremus in pictura, aliqua terribilia uel separabilia, ergo opinio non est idem q̃ phantaſia. Huius aũt differentiæ ratio est, quia appetitus non patitur, neq; mouetur ad ſimplicẽ apprehenſionem rei, qualem proponit phãtaſia. Sed oportet q̃ apprehendatur ſub ratione boni uel mali, conuenientis uel nociui. Et hoc facit opinio in hominibus, componẽdo uel diuidendo, dum opinatur hoc esſe terribile uel malum, illud autem esſe ſperabile uel bonum. Phantaſia autẽ non componit neq; diuidit, patitur tamẽ appetitus anima liũ ab æſtimatione naturali, quæ hoc operatur in eis, quod opinio in hominibus. Tertio ibi. F

Sunt autem & exiſtimationis ipſius hæ differentiæ, ſcientia & opinio, & prudentia, & ea quæ ſunt biſce contraria. De differentia quorum, alius ſit ſermo, magis ad idipſum accommodatus.

Sunt autem & ipſius exiſtimationis differentiæ, ſcientia, & opinio, & prudentia, & contraria, horum. De quorum differentia, altera ſit ratio.

Dicit q̃ cum ad intellectualẽ exiſtimationẽ multa pertineant. s. ſcientia, prudentia, opinio, & contraria horum, de horum differentia, non est hic agendum, ſed alibi. s. in ſexto Ethicorum.

At uero cũ diuerſum ſit ſentire ac intelligere, & huius aliud imaginatio, aliud exiſtimatio esſe uidetur. De imaginatiõe primo. Deinde de altero dicamus oportet. Cap. 4.

Tex. c 155 G

De eo autem quod eſt intelligere, quoniam alterum eſt ab eo quod ſentire. Huius autem, aliud phantaſia esſe uidetur, aliud opinio. De phantaſia determinãtes ſic & de altero dicendũ eſt.

Lectio. V.

POSTQVAM Philoſophus oſtendit q̃ phantaſia non est opinio, incipit inquirere quid ſit. Et primo dicit de quo est intentio. Secundo proſequitur. ibi. ⁋ Si igitur phantaſia. ⁋ Dicit ergo primo q̃ cum oſtenſum ſit q̃ intelligere eſt aliud q̃ ſentire, & ad unum horum pertineat opinio. s. ad intellectum, ad aliud autem phãtaſia. s. ad ſenſum. Poſtq̃ determinatum est de ſenſu, dicendũ est de phãtaſia, ut ſic poſtmodum determinetur de altero. s. de intellectu & opinione. Deinde cum dicit.

Si igitur imaginatio. i. phantaſia, ſit in quo uiſum, phantaſmaque aliquod in nobis dicimus fieri, & non aliud quicquam, quod per translationem hoc eodẽ nomine nuncupatur, ipſa profecto una quædam est potentiarum earum, aut habituum, quibus diſcernimus, & aut uere percipimus, aut falſo. Tales antẽ ſenſus, opinio, ſcientia, intellectus.

Si igitur phantaſia eſt ſecundum quam phantaſma aliquod nobis fieri dicimus, & ſi non aliquid ſecundum metaphoram dicimus, una quædam potentia eſt harum, aut habitus, ſecundũ quem diſcernimus, aut uerum, aut falſum dicimus. Huiuſmodi autem ſunt ſenſus, opinio, ſcientia, & intellectus.

Proſequitur intẽtũ. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit q̃ phantaſia nõ est aliqua potentiarum uel habituum manifeſtorum, qui diſcernunt uel iudicant uerum & falſum. Secundo ostendit quid ſit. ibi. ⁋ Sed quoniã accidit motus. ⁋ Circa primum tria facit. Primo diſtinguit potẽtias & habitus, quibus aliquid diſcernitur. Secundo oſtẽ- H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I dit quod phantasia nō est aliquid eorum.ibi ⁊ Quod quidem igit non sit sensus.⁊ Tertio ostendit ꝙ nō est aliquid compositū ex eis.ibi. ⁊ Manifestū igitur qm̄ ⁊ Dicit ergo primo ꝙ cū phantasia sit, ſm quam dr̄ nobis fieri aliqd̄ phātasma.i.aliquid apparibile,nisi forte accipiamus phātasmata metaphorice,necesse uidetur ꝙ sit aliquid de numero habituum uel potētiarum,cognoscitiuarum, quibus discernitur unū ab alio,aut quibus circa aliquid dicimus uerum uel falsum,hoc est erramus uel non erramus. Nam apparere est aliquid discernere et dicere uerū uel falsum. Potentiæ autem uel habitus quibus discernimus, & dicimus uerū & falsum,uidētur esse hi quatuor sensus, intellectus,opinio,& scientia. Vnde uidetur ꝙ phantasia sit aliquid horū quatuor. Ponit aūt hæc quatuor,quasi iā nota. Alia aūt quæ ad cognitionem uidentur pertinere, nondū erant suo tempore per certitudinē scita. Ipse aūt iam supe rius distinxit intellectum a sensu. Vnde præter sensum cōnumerat tria alia.ſ.intellectum,opinionem,& scientiā. Et

K uidetur ꝙ intellectus nō accipiatur hic pro potētia, sic.n. contra intellectum non diuiderentur scientia, & opinio, quæ ad potentiam intellectiuam pertinēt, sed intellectus accipitur pro certa apprehensione eorum, quæ absq; inquisitione nobis innotescūt sicut sunt pria principia. Scia uero pro cognitione eorum de quibus certificamur per certitudinem uel inuestigationem rationis. Opinio autē pro cognitione eorū, de quibus certum iudicium non habemus. Vnde etiam dicit quod phantasia est habitus uel potentia de numero eorum,ad ostendendum ꝙ inter hæc,aliquid est ut potentia,& aliquid ut habitus. Cognoscere autem possumus ꝙ hæc tantum apprehensionis principia apud antiquos nota erant, expositione Plat. superius in.1. lib. posita,qui solum hæc quatuor ad numeros reduxit attribuens intellectum uni,scientiam dualitati,opinionē trinario,sensum quaternario. Deinde cum dicit.

Scia quid.

Opinio.

Lectio 9.

Phantasia nō ē sensus

At ipsam non esse sensum,ex hisce patere potest. Sensus enim uel est potentia,uel operatio,ut usus,uel usio. At q. nonnūquā neutrum est istorum,& tamen apparent aliqua,uidemurq; uidere,ut ea quæ in somnis apparent.

Tex.cī56

Quod igitur non sit sensus, manifestum est ex his. Sensus enim, aut potentia, aut actus est, ut usus, & usio. Apparet autem aliquid,& neutro horum existente, ut ea quæ in somnis.

L

Ostendit ꝙ phantasia non est aliquid dictorum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit ꝙ non sit sensus. Secūdo ꝙ nō sit intellectus,siue scia.ibi. ⁊ At uero neq; semper. ⁊ Tertio ꝙ non sit opinio.ibi. ⁊ Relinquitur igitur. ⁊ Circa primum tria facit. Primo ostendit ꝙ phantasia non sit sensus,neq; ſm potentiam,neq; ſm actum,& ratio est talis. Dormiens,aliquid phantasiatur,hoc autem non fit secundum sensum in potentia quia sensui in potentia existēti,nihil apparet,nec secundum sensum in actu,quia in somno non est sensus in actu,ergo phantasia non est sensus in potentia neq; sensus in actu. Secundo ibi.

Deinde sensus quidem semper adest, imaginatio autem non semper.

Postea secundum potentiam sensus quidem semper adest uigentibus & non orbatis,phantasia autem non.

M Ostendit quod phantasia non sit sensus in potentia, & est ratio talis. Sensus in potētia semper adest animali,phātasia autem non semper,cū non animali aliquid appareat, ergo phantasia non est sensus in potentia. Tertio ibi.

Quod si idem esset imaginatio ac odoratio,bestijs imaginatio profecto cunctis inesset. At nō esse uidetur, ut api, aut formice,aut uermi.

Si uero ei quod actu idem,omnibus utique contingeret bestijs phātasiam inesse. Videtur autem non,ut formicæ,aūt api, aut uermi.

N

Ostendit ꝙ phantasia non sit sensus secundum actum quatuor rationibus Quarum prima talis. Sensus secundū actum conuenit omnibus bestijs.i. animalibus irrationalibus. Si igitur phantasia esset idem quod sensus in actu, sequeretur quod inesset omnibus animalibus irrationalibus. Hoc autem non est uerū. Non enim inest formicę aut api, aut uermi, ergo phantasia non est sensus secundum actū. Considerandum est autem ꝙ omnia animalia habēt quodammodo phantasiam, sed animalia imperfecta habent phātasiam indeterminatam, sicut infra dicet Philosophus. Sed hoc non uidetur uerum de formica & ape.in quarum operatione plurimum prudentiæ apparet. Sed sciendū est ꝙ opera prudentiæ,formica & apis operantur naturali inclinatione, non ex hoc quod habeant phantasiam determinatam,& distinctam a sensu. Non enim phantasiantur aliquid,nisi dum mouentur a sensibili. Quod autē operantur propter finem,quasi prouidentes in futurum,nō cōtingit ex hoc ꝙ habeāt aliquam imaginationem ipsius futuri,sed imaginantur actus presentes,qui ordinantur ad finem ex naturali inclinatione magis,q̄ ex apprehensione. Illa autem animalia dicit Philosophus phantasiam habere,quibus aliquid secundum phantasiam apparet,etiā dū non actu sentitur. Secundam rationem ponit ibi.

Dubium.

Formice & apes nō habent phātasiā a sensu distinctā.

O

Quæ sit p̄fecta phāta sia

Præterea illæ quidem ueræ sunt semper, imaginationes uero plures fiunt(ut patet)falsæ.

Postea hi quidem ueri semper, phantasiæ autem plures falsæ.

Q

Quę talis est. Sensus secundum actum semper sunt ueri,non enim sensus decipitur circa proprium sensibile, sed phantasiæ utplurimum sunt falsæ. Non enim respondent imaginationi utplurimum, ergo phantasia non est sensus secundum actum. Tertiam rationem ponit ibi.

Præterea cum exacte circa sensibile operamur, non dicimus hoc nobis hominem uideri, ac apparere. Sed potius cum non clare sentimus,quādo etiā fit,sit ut uerus sensus,& falsus.

P

Amplius autem non dicimus cum operemur certe circa sensibile,quoniam uidetur hoc nobis homo sed magis cum non manifeste sentimus,tunc & aut uerus,aut falsus.

Quæ talis est. Cū operamur cum certitudine circa sensibile actu.ſ.ipsum sentiendo non dicimus ꝙ hoc uidetur nobis homo sed magis hoc dicimus, cum non manifeste sentimus,sicut cum a remotis aliquid uidemus,uel cum uidemus aliquid in tenebris. Et tunc sensus secundū actum, aut est uerus,aut est falsus. Circa sensibile enim per accidens,cuiusmodi sensibile est homo,non semper sensus est uerus,sed quandoq; decipitur. Addit autem hoc ut ostendat conuenientiam inter sensum non manifestum & phantasiam,quæ etiam quandoque est uera, quandoque falsa est. Cum autem manifeste aliquid phantasiamur,dicimus quod hoc uidetur nobis homo,& non quod per certitudinem sit homo,ergo phantasia non est idem quod sensus in actu. Quartam rationem ponit ibi.

Atque nobis(quod quidem paulo antea dicebamus) clausis etiam oculis uisa uidentur,atq; apparent.

Q

Et(quod quidem & antea diximus)apparent & dormientibus uisiones.

Quæ talis est. Phantasticę uisiones apparent dormientibus. In eis autem non est sensus secundum actum. ergo phantastica uisio non est sensus secundum actum. Deinde cum dicit.

Atque neque ullus habituū eorum erit,qui ueri sunt semper, ut scientia uel intellectus. Est enim & falsa imaginatio,non solum uera.

A Tex.cī57 *lum uera.*

Atque uero neque semper uera dicentium, habitus ullus erit, ut scientia,aut intellectus. Est enim phantasia & uera, & falsa.

Ostendit ꝙ phantasia non sit intellectus,neq; scientia. Intellectus enim primorum principiorum,& scientia de cōclusionibus per demonstrationem acquisita, semper sunt uerorum. Phantasia autem quandoq; est falsa,ergo phantasia non est intellectus,neq; scientia. Deinde cum dicit.

Restat igitur ut perscrutemur si sit opinio. Atq; sit opinio, & uera,& falsa. Verum opinionem quidē sequitur fides. Quippe cum fieri nequeant,ut hisce,quisquam non credat quorū habet opinionem,bestiarum autem fides quidem nulli,imaginatio uero compluribus inest.

B *Relinquitur igitur uidere si opinio sit. Fit enim opinio & uera,& falsa. Sed opinioni quidem inhæret fides. Non enim contingit,opinantem iijs quæ sibi uidentur non credere. Bestiarum autem nulli inest fides,phantasia autem multis.*

Ostendit ꝙ phantasia non sit opinio,quod magis uidebatur,qa opinio etiā qñq; est falsa,sicut phantasia. Ostendit autē hoc duabus rationibus. Prima quarum talis est. Opinionem sequitur fides,non enim uidetur esse conueniens ꝙ aliquis non credat id quod opinatur, & sic cum nulla bestia habeat fidem, nulli bestiarum inerit opinio. Sed phantasia inest multis bestiarum,ut dictum est, ergo phantasia non est opinio. Secundam rationē ponit ibi.

Præterea fides omnem opinionem sequitur,persuasio fidem ratio persuasionem. Vt imaginatio quidem quibusdam belluis est,ratio autem nullis.

Amplius omnem opinionem consequitur fides,fidem autem assum esse,suasionem autem ratio. Bestiarum autem quibusdā phantasia inest,ratio uero non.

C Quæ talis est. Ad omnem opinionem cōsequitur fides, quia unusquisq; credit illud quod opinatur,ut dictum est. Sed ad fidem sequitur ꝙ aliquis sit persuasus,ea enim credimus,quæ nobis persuasa sunt. Ad persuasionem autē sequitur ratio secundum ordinem illationis, quia per aliquā rationē,aliquid alicui suadetur. ergo de primo ad ultimū quicunq; habet opinionem,habet rationem. Nulla autem bestia habet rationem,cum tamen aliqua habeat phantasiam,ergo phantasia non est opinio. Et manifestum est ꝙ hæc secunda ratio inducitur ad confirmandum primum ꝙtum ad hoc quod prima supponebat ꝙ nulla bestia habem fidem. Deinde cum dicit.

At uero patet,nec opinionem esse cum sensu,nec opinionem per sensum, nec opinionis, sensusue coniunctionem,per ea quæ dicta sunt.

Tex.cī58 *Manifestum igitur quod neque opinio cum sensu neque per sensum, neque complexio opinionis & sensus, erit phantasia, propter hæc.*

D Ostendit ꝙ phantasia non est aliquid compositum ex præmissis,& precipue ex sensu & opinione,ex quibus magis posset uideri esse composito. Et circa hoc tria facit. Primo ponit quod intendit,quasi ex præmissis concludens, ꝙ quia phantasia,neq; est sensus,neque opinio,manifestū propter hoc esse potest,ꝙ phantasia,nec opinio est cū sensu,ita ꝙ essentialiter sit opinio & habeat sensum concomitantem,neq; opinio est ꝙ sensum,ita ꝙ essentialiter sit opinio sed & habeat sensum causantem,neque est complexio opinionis & sensus,ita ꝙ essentialiter cōponatur ex utroq;. Non autem addit ꝙ non sit phantasia sensus cū opinione quia phantasia magis uidetur communicare cū opinione,quæ potest esse falsa,q̄ cum sensu, qui est semper uerus. Secundo ibi.

B

Patet enim si imaginatio sit opinionis, sensusq; coniunctio, opinionem non cuiusuis rei,sed eius esse cuius est etiam sensus. Dico autem imaginationem,si sit coniunctio sensus opinionisue coniunctionem esse opinionis albi & sensus eiusdem albi, non enim erit ex opinione quidem boni,sensu autem albi. Apparere igitur est opinari rem eam, quæ sentit, & non per accidens.

Et manifestum quod non alia quædam est opinio sed eius est cuius est & sensus. Dico autem ex albi opinione & sensu complexio phantasia est. Non enim ex opinione quidem est albi, ex sensu autem boni. Apparere igitur est opinari,quod quidem sentitur non secundum accidens.

Ostendit qualiter oporteat accipi opinionem, ſ phantasia complectitur opinionem & sensum, quia.n.phantasia est unius & eiusdem,manifestū est ꝙ opinio adiuncta sensui,quę est phantasia,non est alia quædam opinio, sed illa quę est de eodem,de quo est sensus,sicut si dicamus ꝙ phātasia est quædam complexio ex opinione albi,& sensu eiusdem. Non.n.potest esse composita ex opinione albi & sensu boni,quia sic phantasia non esset de uno & eodē. Oportet igitur,si phantasia est ex complexiōe opinionis & sensus,ꝙ apparere aliquid secundum phantasiam,nihil aliud sit q̄ opinari aliquid idem,quod sentitur per se, & non secundum accidens. Tertio ibi.

F

Apparent nonnunquam etiam falsa,de quibus simul ueram opinionem habet. Sol enim pedalis quidem apparet, ac persuasum est terra ipsum esse longe maiorem. Fit igitur,ut aut suam is opinionem,quam habet,ueram abijciat,re modo eodem sese habente non oblitus,nec dissuasus,aut si adhuc illam habeat,eadem sit simul necessario falsa,& uera. At constat opinionem tū euadere falsam,cum res mutata latet. Neq; igitur unum est istorum imaginatio,neq; ex his est coniunctum.

G

Tex.cī59 *Apparent autem,& falsa,de quibus simul opinionem ueram habent,& uidetur sol unius pedis,sed creditus est maior esse tota habitatione. Accidit igitur aut abijcere suijpsius ueram opinionem,quam habebat sa lua re,non oblitum,neque decrepitum,aut si adhuc habet,eandem necesse est ueram & falsam esse. Sed falsa facta est,cum lateat res. Non ergo unum aliquod horum est,neq; ex his phantasia.*

Destruit prędictam positionem tali ratione. Contingit aliquando quod aliqua falsa apparent secūdū phantasiā, quæ est a sensu,& de illis & de eisdem rebus,homo habet ueram opinionem Sicut secundum sensum apparet quod sol nō excedit quantitatem unius pedis, quod falsum est. Sed secundum ueram opinionem creditur esse maior ⁊ habitatione ⁊ .i. tota terra in qua habitamus. Si enim apparitio ipsa falsa,sit idem ꝙ opinio cum sensu,oportet alterū duorum dicere, quorum nullum est, ꝙ in ista compositione opinionis ad sensum, aliquis, abijciat ueram opinionem quam prius habebat,re opinata ⁊ saluata ⁊ idest eodē modo manente,& ille qui abijcit opinionem, non sit oblitus neq; ꝙ credat. Quod est impossibile. Istis.n.tribus modis aliquis abijcit ueram opinionem. Primo quando res mutatur,sicut cum aliquis uere opinatur quod Socrates sedet,eo sedente,sed postquam Socrates sedere desiterit,si retineat opinionem eandem,uera opinio mutatur in falsam. Secundo,quando desinit opinari quod prius opinabatur propter hoc qđ est pristine opinionis oblitus. Tertio quando desinit opinari quod prius opinabatur, quia decredit quod prius credebat,immutatus propter aliam rationem. Quod autē aliquis amittat opinionē,nullo isto-

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I rum contingente, est impossibile. Quod tamen contingeret in proposito. Aliud aũt quod oportet dicere, si primũ non dicatur, est ꝙ aliquis retineat cum falsa opinione, uera opinionem. Et sic si ipsa apparitio est ipsa opinio (qđ necesse est ponere, si phantasia est opinio) sequitur ꝙ eadem apparitio sit uera & falsa. Sed oportet si uera falsa facta est, & non sit uera, ꝙ res { transcendens } .i trãsmutata ab eo quod prius erat, lateat opinantem, quia si non lateret eum, simul cum mutatione rei, mutaretur opinio, & non esset eius opinio falsa. Hoc autem adiunxit ad exponendum quod prius dixerat de saluatione rei. Concludit ergo ꝙ phantasia neq; est quid prædictorum quatuor, neq; est compositum ex his.

Verum quoniam fieri potest, ut aliud moueatur ab eo ipso quod motum est. Imaginatio uero motio quædam esse uidetur, & non fieri sine sensu, sed sentientibus, et eorum etiam esse, quorum est sensus, fit autem ut motus oriatur a sensu iam actu, quẽ quidẽ necesse est ipsi sensui simile esse, imaginatio motio hec est profecto, quæ neque sine sensu nimirum esse, neq; competere nõ sentientibus potest, atque multa per ipsam id agere, patiue potest, quod ipsam habet, & insuper & uerum, & falsum esse.

K

Text. 160.

Sed quoniam accidit moto hoc, moueri alterum ab hoc, phãtasia autem motus quidam uidetur esse, & non sine sensu fieri sed in his quæ sentiunt & eorum quorum sensus est. Est autem motum fieri ab actu sensus. Et hunc simílem necesse est esse sensui, erit utique phantasia ipsa, motus qui non sine sensu contingens esse, neque non sentientibus inesse potest, & multa est secũdum ipsam facere & pati habens, & esse uerum & falsum.

Lectio. VI.

POSTQVAM Philosophus ostendit ꝙ phantasia non est aliquid illorum quatuor, quæ ab antiquis ad cognitionem pertinere ponebantur, hic ingrit quid sit phãtasia. Et diuidit in partes duas. In prima ostẽdit qđ sit phãtasia. In secunda assignat rationem eorum quæ ad phantasiam pertinent. ibi. { Hoc autem accidit. } Ad inuestigãdum quid sit phantasia hoc modo procedit. Primo. n. proponit ꝙ si aliquid est motum, contingit ꝙ ab eodem aliquid aliud moueatur. Ostensum est enim in. 8. phy. ꝙ est duplex mouens scilicet mouens immobile & mouens motum, quod. s. mouet, eo qđ mouetur. Deinde ponit ꝙ phãtasia est quidam motus. Sicuti enim sentiẽs mouetur a sensibilibus, ita in phantasiando mouetur a quibusdam apparentibus, quæ dicuntur phantasmata. Vlterius ponit affinitatem quam habet phantasia ad sensum, quia phantasia non potest fieri sine sensu, sed est tantum in habentibus sensum. s. in animalibus, & est illorum tantum, quorum est sensus. s. illorum quæ sentiuntur. Ea enim quæ sunt intelligibilia tantum, non cadunt in phantasiam. Deinde proponit quod ab actu sensus contingit quendam motum fieri. Quod quidem sit manifestum ex eo quod primo proponebatur. s. quod ab eo quod est motum, contingit moueri alterum. Sensus autem ſm actũ fit, ex eo ꝙ mouetur a sensibilibus, uñ relinquitur ꝙ a sensu ſm actum causetur aliquis motus. Ex quo etiam manifestum est qa motus causatur ab actu sensus, necesse est ꝙ sit similis sensui quia omne agens agit simile sibi. Vnde & illud quod mouet ipſũ motum mouetur, causat motum similẽ motui quo ipsum mouetur. Ex omnibus aũt his concludit quod phantasia sit quidam motus causatus a sensu secundum actum qui quidem motus non est sine sensu, neque potest inesse his quæ non sentiunt. Quia si aliquis motus fit a sensu secũdũ actum, similis est motui sensus, & nihil aliud nisi phantasia inuenitur esse, tale. Relinquitur ergo ꝙ phantasia erit huiusmodi motus. Et ex hoc ꝙ est motus causatus a sensu similis ei, sequitur ꝙ continget habentem phantasiã, multa agere & pati secundum eam. Et contingit esse uerum & falsum, ut statim ostenderur. Deinde cum dicit.

N

Circa qđ sensus sit uerus aut falsus.

Atq; id propterea fit, q. sensus quidem propriorum, est uerus, aut raro admodum suscipit falsitatem. At est sensus eius etiam rei, cui propria sensibilia accidunt, ubi iam fit ut ipse sit falsus, Nam non est falsus. si albũ dixerit esse. Sed si album, hoc aut illud esse. Est præterea communium sensus. quæ quidẽ, perinde atq; propria, iis accidunt, quæ sunt per accidẽs sensibilia. Dico autem motum, & magnitudinem, quæ ut patet, accidunt sensibilibus, circa quæ maxime error, deceptioq; fieri sensu potest. Motus igitur iſce qui fit a triplici tali sensu, differentiam ob idipsum minimum habebit, atq; primus quidem, cũ operatio sensus adest, est uerus. Cæteri uero falsi etiam esse possunt, & præsente atq; absente, præsertim cum a sensu longe sensibile distat. Si igitur nihil aliud præter imaginationem, habeat ea quæ dicta sunt. Sitq; idipsum quod diximus, ipsa imaginatio motus is est profecto, qui fit a sensu iam operante.

O

Phantasie diffinitio.

Hoc autem accidit propter hoc, q. sensus quidem propriorũ est uerus, aut quam pauciſſimum habens falsum. Secundo autẽ est eius, cui et hæc accidunt & hic iã cõtingit mentiri. Quod. n. albũ, nõ mẽtitur. Si aũt hoc, aliud & aliud mẽtitur. Tertio aũt cõium, et cõsequẽtiũ accidẽtia, quibus insunt propria. Dico autem ut motus, & magnitudo, accidunt sensibilibus, circa quæ est maxime iam decipi secundum sensum. Motus autem ab actu factus, differt a sensu ab his tribus sensibus. Et primus quidem præsente sensu uerus, alij autem & præsente & absente, erunt utiq; falsi, & maxime cum procul sit sensibile. Si igitur nihil aliud habet ea quæ dicta sunt, nisi phãtasia, hoc autem est quod dictum est, phantasia utique erit motus a sensu secundum actũ factus.

Assignat rationem eorum, quæ conueniunt phantasiæ, per ea quæ dicta sunt. Et circa hoc tria facit. Primo assignat cãm eius ꝙ dixerat, ꝙ phãtasia qñq; sit uera & qñque falsa. Secũdo assignat cãm huius nominis. ibi { Quoniam autem uisus. } Tertio assignat causam eius quod dixerat, ꝙ animalia multa aguntur secundum phantasiam. ibi { Et quoniam immanent. } Dicit ergo primo ꝙ hoc. s. phantasiam esse quandoq; uerum, & quandoq; falsum, accidit propter hoc quod dicetur, quia. s. sensus a cuius actu causatur phantasia, diuersimode se habet ad ueritatem & falsitatem. secundum ꝙ comparatur ad diuersa Nã primo quidem circa ꝓpria sensibilia semp uerus est, aut modicum habet de falsitate. Sicut enim potentiæ naturales non deficiunt in proprijs operationibus, nisi in minori parte, propter aliquam corruptionem, sic etiam sensus non deficiunt a uero iudicio propriorum sensibilium, nisi in minori parte, propter aliquam corruptionem organi, ut apparet in febricitantibus quibus propter indispositionem linguæ dulcia amara esse uidentẽ. Secõo aũt sensus est circa sensibilia per accidens, & hic iam decipitur sensus. Quod enim album sit quod uidetur, non mentitur sensus. sed si album sit hoc, aut illud, puta uel nix, uel farina uel aliquid huiusmodi, hic iam contingit mẽtiri sensum, & maxime a remotis. Tertio sensus est sensibilium communium, quæ consequuntur subiecta in quibus sunt accidentia, quæ sunt sensibilia propria, sicut magnitudo & motus. quæ sunt sensibilia communia accidunt sensibilibus corporibus. Et circa huiusmodi maxime est deceptio, quia iudicium de his uariatur secundum diuersitatem distãtiæ. Nam quod a remotiori uidetur, minus uidetur. Motus autem phantasiæ qui est factus ab actu sensus, differt ab istis tribus sensibus. i. actibus sensus, sicut effectus differt a causa. Et propter hoc etiam, quia effectus est debilior causa, & quanto magis

A magis aliquid elongatur a primo agente, tanto minus recipit de uirtute & similitudine eius, ideo in phantasia facilius adhuc ꝙ in sensu põt incidere falsitas, quæ cõsistit in dissimilitudine sensus ad sensibile. Tunc. n. est falsus sensus quando aliter recipitur forma sensibilis in sensu, ꝙ sit in sensibili. Et dico aliter ſm speciem, nõ ſm materiam, puta si sapor dulcis recipiatur in lingua secundum amaritudinẽ, secundum uero materiam semper aliter recipit sensus, quã habeat sensibile. Omnis igitur motus phantasiæ qui fit a motu propriorum sensibilium, est uerus, ut in pluribus. Et hoc dico ꝙtum ad ꝓsentiam sensibilis, qñ motus phantasiæ est simul cum motu sensus. Sed qñ motus phantasiæ est in absentia sensus, tunc etiam circa propria sensibilia contingit decipi. Imaginatur enim quandoq; absentia ut alba, licet sint nigra. Sed alĩ motus phantasiæ, qui causantur a sensu sensibilium per accidens, & a sensu sensibilium communium, possunt esse falsi, siue sit præsens sensibile, siue non. Sed maxime sunt falsi in absentia sensibilis, quãdo est procul. Tamen magis sunt falsi in absentia sensibilis, qñ est procul. Ex hac autem ratione assignata, concludit ulterius principale propositum dicens, ꝙ si ea ꝙ dicta sunt, non conueniunt nisi phãtasiæ & phãtasia habet quod dictum est, relinquitur ꝙ phantasia sit motus a sensu factus in actu. Vlterius autẽ ꝙ iste motus aliam potentiam requirat, ꝙ sensitiuam. Arist. hoc nõ determinat. Sed uidetur quod cum secundum diuersitatem actuum distinguantur potentiæ & diuersitas motus requirat diuersa mobilia, quia quod mouetur, non mouet seipsum, sed alterum, necessarium uidetur quod sit alia potẽtia phantastica, siue imaginatiua a sensu. Deinde cum dicit.

B

Phantasiæ etymologia.

Cum autem uisus maxime sit sensus, hinc est quod nomen imaginatio ab lumine sumpsit, phantasiaque dicitur, quia sine lumine uisto fieri nequit.

Quoniam autem uisus maxime sensus est, & nomen a lumine accepit, quoniam sine lumine non est uidere.

Assignat causam huius nominis. Circa quod sciendum est qđ phos in græco, idẽ est qđ lux, & inde uenit phanos quod est apparitio, uel illuminatio, & phantasia. Dicit ergo ꝙ uisus est præcipuus inter alios sensus, eo qđ est spiritualior ut supra ostensum est, & plurium cognoscitiuus ideo phantasia quæ causatur a sensu secundum actum, accepit nomen a lumine, sine quo non est uidere, ut supra dictum est. Deinde cum dicit.

Lectio 6. Supra text. 68. 70. 2. t. com. 73. C

At quia imaginationes immanẽt, sensibusq; similes sunt ideo per ipsas animalia, bestiæ inquam, atq; homines, multa agunt. Ille, quia mẽtis sunt (ut patet) ex partes. Homines, quia mẽs perturbatione nonnunquam, uel morbo, uel somno submergitur. Sed de imaginatione quidem determinatum sit hactenus. Satis enim quidnam ipsa sit, & cur sit, hisce quæ iam dicta sunt, explicauimus.

Et quoniam immanent, & similes sunt sensibus, multa secundum ipsas operantur animalia. Alia quidem, quia non habent intellectum, ut bestiæ. Alia uero ex uelamento intellectus, aliquando passione, aut ægritudine, aut somno ut homines. De phantasia igitur quid est, & propter quid est, dictum sit in tantum.

D

Ostẽdit cãm quare aĩalia agunt, & patiuntur secundũ phantasiam. et dicit, quod phantasiæ { immanent } .i. perseuerant. etiam abeũtibus sensibilibus, & sunt similes sensibus secundum actum. Vnde sicut sensus secundum actũ mouet appetitum ad ꝓsentiam sensibilis, ita & phantasiæ in absentia sensibilis. Et ꝓp hoc dicit ꝙ animalia, multo operantur secundum phantasias. Sed hoc contingit propter defectum intellectus, quia cũ intellectus adest, quia est superior, eius iudicium prævalet ad agendũ. Vnde quãdo intellectus non dominatur, agunt animalia secundum phantasiam. Alia quidẽ, quia omnino non habent intellectum sicut bestiæ, alia uero, quia habent intellectũ uelatum, sicut homines. Quod contingit tripliciter. Quandoque quidem ex aliqua passione iræ, aut concupiscentiæ uel timoris, aut aliquid huiusmodi. Qnandoq; autem accidit ex aliqua infirmitate, sicut patet in phreneticis uel furiosis. Quandoque autem in somno, sicut accidit in dormientibus. Ex istis. n. causis contingit ꝙ intellectus non prævalet phantasiæ unde homo sequitur apprehensionem phantasticam, quasi uerã. Vltimo concludit de phantasia, ꝙ dictum est quid sit, & quæ sit eius causa.

B

De animæ autẽ ea parte, quæ cognoscit atq; sapit siue sit separabilis, siue non separabilis, magnitudine sed ratione, considerandum deinceps est, quam differentiam habet, quoq; pacto tandem fit intelligere.

Text. cõ. 1

De parte autem animæ, quæ cognoscit anima, & sapit, siue separabili existente, siue non separabili secundum magnitudinẽ sed secundum rationem, considerandum quam habet differentiam, & quomodo tandem fit ipsum intelligere.

F

hic incipit liber secundus. de anima

Lectio. VII.

POSTQVAM Philosophus determinauit de parte animæ sensitiua, & ostendit etiam quod sentire & intelligere non sunt idẽ, hic incipit determinare de parte anime intellectiua. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de parte aĩę intellectiua. In secunda, ex his quæ determinata sunt de sensu & intellectu, ostendit quid sit de anima sentiendum. ibi { Nunc autem de anima. } Prima diuidit in partes duas. In prima determinat de intellectu. In secunda comparat ipsum ad sensum. ibi. { Videtur autem sensibile. } Prima diuiditur in duas. In prima determinat de intellectu. In secunda de operatione eius. ibi { In diuisibilium. } Prima diuitur in tres. In prima determinat de intellectu possibili. In secunda de intellectu agente. ibi { Quoniam autem sicut in omni. } In tertia de intellectu in actu. ibi { Idem autem est secundum actum. } Circa primum tria facit. In prima determinat de intellectu possibili. In secunda de obiecto eius. ibi { Quoniã autẽ aliud. } In tertia mouet dubitationem circa prædeterminata. ibi { Dubitabit autem aliquis. } Circa primũ duo facit. Primo ostendit naturam intellectus possibilis. Secundo ostẽdit quomodo reducatur in actum. ibi { Cum autẽ sic fiat singula. } Circa primũ duo facit. Primo ostendit de quo est intentio. Secundo ostendit propositum. ibi { Si igitur est intelligere. } Dicit ergo, ꝙ postq̃ determinatũ est de parte animæ sensitiua, & ostensum est ꝙ sapere & intelligere non est idem quod sentire, considerandum est nunc de parte animæ { qua cognoscit aĩa } .i. intelligit, { & sapit. } Supra autem dictum est, ꝙ differentia est inter sapere & intelligere. Nam sapere pertinet ad iudicium intellectus, intelligere autem ad eius apprehensionẽ. Circa hãc autem partem aliquid est quod prætermittit, de quo erat apud antiquos dubium. Vtrum. s. hæc pars animæ sit separabilis ab alĩs partibus animæ subiecto, siue non sit separabilis subiecto, sed ratione tantũ. Intelligit autem esse separabile subiecto, ꝙ hoc qđ dicit esse separabile ſm magnitudinẽ, propter Platonẽ qui ponens partes aĩæ subiecto adinuicem separatas, attribuit eis organa in diuersis partibus corporis. Hoc est ergo quod ꝓtermittit. Sed duo sunt, quæ inquirere intendit. Quorum primum est. Si sit separabilis secundum rationẽ hęc pars animæ ab alĩs, quã differentiam habet ad alias. Et quia proprietas potentiæ ex qualitate actus cognoscitur, secundum quod inquirere intendit est { quomodo fit ipsum intelligere } .i. idest quo modo operatio intellectualis compleatur. Deinde cum dicit.

Text. c. 37 Lectio. xii

G

Quomodo differat sapere & intelligere supra. text. 15 2.

H

Si igitur ipsum intelligere sit ut sentire, aut pati quoddam erit ab ipso intelligibili aut aliquid aliud tale. Vacare igitur

Universidad de Deusto

I Intellect⁹ ꝛ quod dāmō sensui silis

ipsa passione, sed forme susceptiuum esse oportet, & potentia talem, sed non illam esse, & similitudinem subire cum sensu, ut quemadmodum sese habet ad sensibilia, sensus, sic sese habet ad intelligibilia, intellectus.

Tex cō 8

Tex cō. 3

Si igitur est intelligere, sicut sentire, aut pati quoddam erit ab intelligibili, aut aliquid hmōi alterū. Impassibilē ergo oportet esse, susceptiuum autem speciei, & potentia tale, sed non hoc & similiter se habet, sicut sensitiuum ad sensibilia, sic intellectiuum ad intelligibilia.

Ostendit propositum. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit similitudinem intellectus ad sensum. Secundo ex huiusmodi similitudine concludit naturā intellectus possibilis ibi ⁊ necesse est itaq; ⁊ Tertio ostendit ex his ꝙ de intellectu probauerat, differētiam inter intellectū & sensum. ibi ⁊ Quoniam autem non similis. ⁊ Primo igitur ex hmōi suppositione, procedit ad propositū ostendendum ꝙ intelligere est simile ei quod est sentire. Quæ quidem similitudo ex hoc manifesta ē ꝙ sicut sentire est quoddā cognoscere, & sentimus qñq; quidē in potētia, qñq; aūt in actu, sic & intelligere cognoscere quoddā est, & quā doque quidem intelligimus in potentia & quandoque in actu. Ex hoc aūt sequitur quod eum sentire sit quoddam pati a sensibili, aut aliqd simile passioni, quod intelligere sit uel pati aliquid ab intelligibili, uel aliquid alterū huiusmodi, simile. s. passioni. Horū autem duorū secundū uerius est. Nā sentire, ut supra in secundo dictū est, non proprie pati est. Patiē. n. proprie aliqd a cōtrario. Sed aliquid habet simile passioni in ꝫtum sensus est in potentia ad sensibile, & est susceptiua sensibilium, ergo si intelligere est simile ei quod est sentire, et partem intellectiuā oportet esse impassibilem, passiōe proprie accepta, sed oportet ꝙ habeat aliquid sīle passibilitati quia oportet hmōi partem esse susceptiuam spēi intelligibilis, & ꝙ sit in potētia ad hmōi spēm, sed nō sit hoc in actu. Et sic oportet ꝙ sicut se habet sensitiuum ad sensibilia, similiter se habeat intellectiuum ad intelligibilia, quia utrunq; est in potētia ad suū obiectum, & est susceptiuum eius. Deinde cū dicit,

K

Lectio. 10. Tex. cō. 5 i

L Natura Intellectus.

Quare necesse est, ipsum cum uniuersa intelligat, non mixtū esse: sicut Anaxagoras dixit, ut superet atq; uincat. i. ut cognoscat, atq; percipiat. Alienum nanq; cum apparet iuxta, prohibet atq; feiungit. Quo fit, ut neq; ulla sit ipsius natura, nisi ea solum, quæ possibilis est. Is igitur qui intellectus animæ nuncupatur (dico autem nunc eum quo ratiocinatur anima & existimat) nihil est actu prorsus eorum, quæ sunt antea quam intelligat ipse.

Tex. cō. 4

Necesse est itaq;, quoniā oīa intelligit, immixtū esse sicut dicit Anaxagoras, ut imperet. Hoc autem est, ut cognoscat. Intus apparens. n. prohibebit extraneum, & obstruet. Quare neque ipsius esse naturam neque unam nisi hanc ꝙ possibilis sit. Vocatus itaq; animæ intellectus (dico autem intellectum quo opinatur & intelligit anima) nihil est actu eorum quæ sunt, antę intelligere.

Tex. cō. 5 i

M

Ex præmissis ostēdit naturā intellectus possibilis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ intellectus possibilis non est aliquid corporeum, uel commixtum ex rebus corporalis. Secūdo ostendit ꝙ non habet organum corporale. ibi ⁊ Vū neq; misceri. ⁊ Cōsiderandū est ergo circa primū ꝙ antiq de intellectu dupliciter opinati sunt. Quidā enim posuerunt ꝙ intellectus erat compositus ex principijs omnium ad hoc ꝙ cognoscet omnia, & hanc supra dixit esse opinionē Empe. Anaxago uero dixit intellectū esse simplicem & immixtum, & nulli rerum corporalium habere aliquid commune. Ex eo ergo quod dictum est, ꝙ intellectus non est actu intelligens, sed potentia tantū cō

Duplex antiquorū de intellectu opinio.

Libri 1. Lectio. 4

eludit ꝙ necesse est intellectum propter hoc ꝙ intelligit omnia in potentia, non esse mixtum ex rebus corporalib⁹, sicut Empe. posuit, sed esse immixtum sicut dixit Anaxa. Et quidem Anaxa. hoc dixit hac ratione motus, quia posuit intellectum esse principium tot⁹ motus a quo omnia mouentur secundum eius imperium. Si autem esset mixtus ex naturis corporalibus uel haberet aliquam earum determinate, non posset omnia mouere suo imperio, quia determinaretur ad unū. Et hoc est quod dicit ꝙ Anaxa. posuit intellectum esse immixtum ⁊ ut imperet ⁊ .i. ut suo imperio oīa moueat. Sed quia nos nunc nō loquimur de intellectu qui oīa mouet, sed de intellectu quo anima intelligit, illud medium non est opportunum ad ostendendum intellectum esse immixtum sed oportet aliud medium accipere ad illud ostendendum, ex hoc. s. ꝙ intellectus omnia cognoscit. Et hoc est quod addit, ⁊ hoc autem est ut cognoscat ⁊ quasi dicat sicut Anaxa. posuit intellectum esse immixtum ad hoc ut imperet, ita oportet nos ponere intellectum esse immixtum ad hoc ut cognoscat. Quod quidē ex ratione apparet. Omne enim quod est in potentia ad aliquid & receptiuum eius caret eo ad quod est in potentia & cuius est receptiuum, sicut pupilla quæ est in potentia ad colores, & receptiua ipsorum est carens omni colore. sed intellectus noster sic intelligit intelligibilia ꝙ est in potentia ad ea & susceptiuus eorum, sicut sensus sensibilium. ergo caret oībus illis rebus quas natus est intelligere. Cū igitur intellectus noster natus sit intelligere omnes res sensibiles & corporeas, ꝙ careat omni natura corporali sicut sensus uisus caret omni colore, propter hoc quod est cognoscitiuus coloris. Si enim haberet aliquem colorem, ille color prohiberet uidere alios colores. Sicut lingua febricitantis quæ habet aliquem humorem amarum nō potest percipere dulcem saporem. Sic etiam intellectus si haberet aliquam naturam determinatam, illa natura connaturalis sibi prohiberet eum a cognitione aliarum naturarum. Et hoc est quod dicit. ⁊ Intus apparens enim prohibebit cognoscere extraneum & obstruet ⁊ .i. impediet intellectum, & quodammodo uelabit & concluder ab inspectione aliorum. Et appellat intus apparens aliquid intrinsecum connaturale intellectui, quod dum ei appareret semper impediretur intellectus ab intelligendo alia, sicut si diceremus ꝙ humor amarus esset intus apparēs lingue febricitantis. Concludit autem ex hoc ꝙ non contingit naturam intellectus esse ⁊ neq; unam ⁊ .i. nullam determinatam, sed hanc solam naturam habet quod est possibilis respectu omnium. Et hoc quidem contingit intellectui, quia non est cognoscitiuus tantum unius generis sensibilium, sicut uisus uel auditus. uel omnium qualitatū & accidentium sensibilium cōium nel propriorum. sed uniuersaliter totius naturæ sensibilis. Vnde sicut uisus caret quodam genere sensibilium, ita oportet quod intellectus careat tota natura sensibili. Ex hoc autem ulterius cōcludit quod ille qui uocatur intellectus animę, nihil est in actu eorum, quę sunt ante intelligere, quod est contrarium ei, quod antiqui ponebant. Dicebant. n. eū, ad hoc quod cognosceret omnia, esse compositum ex omnibus. Si autem esset cognoscitiuus omnium, quia haberet in se omnia, esset semper intellectus in actu, & nunquam in potentia, sicut supra dixit de sensu, quod si esset compositus ex sensibilibus, non indigeret sensibilibus exterioribus ad sentiendum. Et ne quis crederet quod esset hoc uerum de quolibet intellectu, quod sit in potentia ad sua intelligibilia, antequam intelligat, interponit quod nunc loquitur de intellectu quo anima opinatur, & intelligit. Et hoc dicit, ut præseruet se ab intellectu diuino, qui non est in potentia, sed est quodammodo intellectus omnium. De quo intellectu Anaxa. dixit: quod est immixtus ut imperet. Deinde cum dicit.

N

P

Intellectus ab ei corporea re

Quocirca neq; cum corpore mixtum ipsum esse, consentaneum est rationi. Qualis enim quidam fieret, calidus aut frigidus, &

A Intellectus ab ei corporeo organo abstractus est. Tex. cō. 6.

dus, & instrumentum aliquod ipsius esset profecto sicut est sensus. Nunc autem ipsius nullum prorsus est instrumentum.

Vnde neq; misceri est rationabile, ipsum corpori. Qualis enim aliquis utiq; & esset, aut calefactus aut frigidus, & erit organum aliquod, sicut sensitiuo, nunc autem nullum est.

Ostendit quod intellectus non habet organum corporale. Et primo ostendit ꝓpositū. Secūdo adaptat ad hoc quoddā dictum antiquorum. ibi ⁊ Et bene iā ⁊ Dicit ergo primo concludens ex prędictis, quod si intellectus noster ad hoc quod cognoscat omnia, oportet quod nō habeat naturam aliquam determinatam, ex naturis rerū corporalium quas cognoscit, eodē modo rationabile est qđ non ⁊ misceat corpori ⁊ .i. quod non habeat aliquod organū corporale, sicut habet pars animę sensitiua, quia si esset aliquod organum corporale intellectui, sicut est parti sensitiuæ, sequetur quod habeat aliquam naturā determinatam ex naturis rerū sensibilium. Et hoc est quod dicit ⁊ qualis. n. aliquis utiq; fiet ⁊ aliquam qualitatem sensibilem habens, ut. s. sit actu calidus aut frigidus. Manifestum est. n. quod potentia animę, quę est actus alicuius organi conformat illi organo, sicut actus susceptibili. Neq; refert quantum ad actum potentiæ, utrum ipsa potentia habeat aliquam qualitatem sensibilem determinatā aut organum, cum actus non potentiæ sit solū, sed compositi ex potentia & organo corporeo. Similiter. n. impediretur uisio oculorū si potentia uisiua haberet colorē determinatū siue pupilla Et ideo dicit quod eiusdem rationis est ponere quod intellectus non habeat organum corporale, et quod non habeat aliquam naturam corporeā determinatam. Et ideo subdit quod nullū est organū intellectiuæ partis sicut est sensitiuæ. Deinde cum dicit.

B

Atque bene, rectēque censent qui formarum locum animam iquiunt esse. Attamen neque tota est locus, sed intellectiua, neque est actu, sed potentia formæ.

Et bene iam dicentes sunt, animam esse locum specierū, nisi g non tota, sed intellectiua, neque actu, sed potentia species.

Adaptat quod dictum est, opinioni antiquorū, et dicit quod ex quo pars intellectiua non habet organum, sicut pars sensitiua, iam potest uerificari dictum illorum, qui dixerunt quod anima est locus specierum. quod per similitudinem dicitur, eo quod est specierum receptiua. Quod quidem non uerum esset, si quælibet pars animæ haberet organum quia iam species nō reciperentur in aīa sola, sed in coniuncto. Non enim uisus solum est susceptiuus specierum, sed oculus, & ideo non dicendum est quod tota aīa sit locus spērum, sed solum pars intellectiua, quæ organum non habet. Nec ita est locus specierum, quod habeat actu species, sed potentia tantū. Deinde cū dicit.

C

Atqui passionis uacuitatem non similem esse sensitiui, atq; intellectiui, patet in sensuum instrumentis atq; in ipso sensu. Sēsus. n. ex uehemente sensibili sentire non potest. Auditus nanq; non audit sonum post magnos sonos & uisus non uidet, neque odoratus olfacit, post uehementes colores, atq; odores. At intellectus aliquo ualde intelligibili intellecto, non minus sane, sed magis percipit, intelligitque inferiora. Sensitiuum enim nō est sine corpore, at intellectus ab eodem est separabilis.

D Text. cō. 7

Quod autem non similis sit impassibilitas sensitiui & intellectiui, manifestum est ex organis & sensu. Sensus enim non potest sentire ex ualde sensibili, ut sonum ex magnis sonis, neque fortibus odoribus, & coloribus, neque uidere, neque odorare. Sed intellectus cum intelligat aliquod ualde intelligibile, non minus intelligit infima, sed magis. Sensitiuū enim non sine corpore est. Intellectus autem separatus.

Ostendit dīam intellectum & sensum. ꝫtum ad impassibilitatem. Dictū est enim supra quod sicut sentire non est pati passione proprię accepta, ita nec intelligere. Et ex hoc supra cōclusit qđ intellectus erat ipassibilis. Ne ergo aliquis crederet quod in eodem gradu impassibilitatis esset sensus & intellectus subiungit hoc, quod non est similis impassibilitas sensitiui & intellectiui. Sensus enim licet non patiatur a sensibili, passione proprie accepta patitur tamen per accidens, inquantū organi proportio corrūpitur ab excellenti sensibili. Sed de intellectu, hoc accidere nō pōt, cū organo careat. unde nec per se, nec ꝙ accidens passibilis est. Et hoc est quod dicit, quod dissimilitudo impassibilitatis sensitiui & intellectiui manifesta est ex organo & sensu, quia sensus efficitur impotens ad sentiendum ex ualde sensibili, sicut auditus non potest audire sonū, ꝓp hoc quod motus est ex magnis sonis neq; uisus potest uidere, neque olfactus odorare ex eo quod hi sensus moti sunt prius ex fortibus odoribus & coloribus corrumpentibus organum sed intellectus quia non habet organum corporeum, quod corrumpi possit ab excellentia proprij obiecti, cum intelligit aliquid ualde intelligibile, nō minus postea intelligit infima, sed magis. & idē accideret de sensu, si nō haberet organum corporale. Debilitatur tamen intellectus ex lesione alicuius organi corporalis indirecte, inquantum ad eius operationem requiritur operatio sensus habentis organum. Causa igitur diuersitatis, huius, est: quia sensitiuū non est sine corpore, sed intellectus est separatus. Ex his autem quæ dicuntur, apparet falsitas opinionis illorum qui dixerunt quod intellectus est uis imaginatiua, uel aliqua præparatio in natura humana, consequens corporis complexionem. Sed horū occasione uerborum, quidā intantum decepti sunt, ut ponerent intellectum possibilem esse a corpore separatum, sicut una de substantijs separatis. Quod quidem omnino impossibile est. Manifestum est enim quod hic homo intelligit. Si enim hoc negetur tunc dicens hanc opinionē non intelligit. oportet quod aliquo formaliter intelligat. Hic autem est intellectus possibilis, de quo Philosophus dicit. ⁊ Dico autem intellectum quo intelligit, & opinatur anima. ⁊ Intellectus ergo possibilis est, quo hic homo formaliter loquendo, intelligit. Illud aūt quo aliquid operatur, sicut actiuo principio, potest secundum esse separari ab eo quod operatur, ut si dicamus quod baliuus operatur per regem, quia rex mouet eum ad operādum. Sed impossibile est, illud quo aliquid operatur formaliter, separari ab eo secundum esse. Quod ideo est, quia nihil agit nisi secundum quod est actu, sic igitur aliquid formaliter operatur per aliquid, sicut eo fit actu. Non autem fit aliquid aliquo, ens actu, si sit separatum ab eo secundum esse. Vnde impossibile est quod illud quo aliquid agit formaliter, sit separatum ab eo secundum esse. Ideo hoc considerantes adinuentores huius opinionis, conati sunt adinuenire aliquem modum quo illa substantia separata, quē intellectum possibilem dicunt continuetur & uniatur nobiscum, ut sic eius intelligere sit nostrum intelligere. Dicunt enim quod species intelligibilis est intellectus possibilis. Per eam. n. fit in actu. Huiusmodi aūt speciei subiectum est, quoddam phantasma, quod est in nobis. Sic igitur dicunt intellectum possibilem copulari nobiscū per formam suam. Sed hoc quod dictum est, nullum omnino continuationem intellectus ad nos demonstrat. Quod sic patet. Intellectus enim possibilis non est unum cum intelligibili, nisi secundū quod intellectus est in actu, sicut neque sensus est idem cum sensibili in potentia, ut supra habitum est. Species igitur intelligibilis non est forma intellectus possibilis nisi secūdum quod est intelligibilis actu, non est autem intelligibilis actu, nisi secundum quod est a phantasmatibus abstracta & remota, manifestum est igitur quod secundum quod unitur intellectui, est remota a phantasmatibus. Non igitur intellectus per hoc

E Libro 2. Lectio 10. Tex cō. 58

F supra. text. 150.

Error quorūdā de intellectu humano.

G

Commen. Auer.

H Auerro. 8. argumentum euertit primo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Sophisma quod Auer. hic error grauiter reprehendit, & dissoluitur. Et dicitur ad hanc rõnẽ responsio.

unit nobiscũ. Sed manifestũ est ꝙ author huius positiõis deceptus fuit ꝙ fallacia accidẽtis, quasi sic arguens. Phantasmata sunt quodãmõ unũ cũ spẽ intelligibili, spẽs aũt intelligibilis est unum cum intellectu possibili, ergo intellectus possibilis unitur phantasmatibus. Manifestum est autem ꝙ hic incidit fallacia accidentis, quia species intelligibilis secundum ꝙ est unum cũ intellectu possibili, est abstracta a phantasmatibus, ut dictum est. Dãro tamẽ ꝙ per hunc modum sit aliqua unio intellectus possibilis ad nos, non tamen hæc unio faceret nos intelligẽtes, sed magis intellectos. Id enim, cuius similitudo est species, in ui tute aliqua cognoscitiua existens, non ex hoc fit cognoscens, sed cognitum. Non enim per hoc ꝙ species quæ est in pupilla, est similitudo coloris, qui est in pariete, color est uidẽs, sed magis est uisus. Per hoc igitur ꝙ species intelligibilis, quę est in intellectu possibili, est similitudo quædam phantasmarum, non sequitur ꝙ nos simus intelligentes, sed ꝙ nos, uel potius phantasmata nostra sint intellecta ab illa substantia separata. Sunt autem plura alia quæ contra hanc positionem dici possunt: quæ albi diligentius pertractauimus. Sed hic hoc unum sufficiat, qđ ad positionem hanc sequitur, quod hic homo non intelligit. Manifestum etiam est quòt hæc positio contra intentionẽ Philosophi est. Et primo quidẽ, quia Philosophus hic inquirit de parte animę. Sic enim hunc tractatum incipit. Vnde manifestum est quod intellectus possibilis, pars animæ est, & non substantia separata. Item ex hoc quod ipse procedit ad inquirendum de intellectu, siue sit subiecto separabilis ab alijs partibus animę, siue non. Vnde patet ꝙ suus processus stat, etiam si intellectus subiecto non sit separabilis ab alijs partibus animæ. Item per hoc quod dicit quod intellectus ẽ quo anima intelligit. Hæc enim omnia ostendunt quod Aristoteles nõ dicit intellectum esse separatũ sicut sunt substantię separatæ. Mirum est autem quomodo tã leuiter errauerunt, ex hoc qđ dicit quod intellectus est separatus, cum ex litera sua, huius rei habeatur intellectus. Dicit enim separatus intellectus, quia non habet organum, sicut sensus. Et hoc cõtingit propter hoc, quia anima humana propter suam nobilitatem supergreditur facultatem materiæ corporalis, & non potest totaliter includi ab ea. Vnde remanet ei aliqua actio in qua materia corporalis non communicat. Et pp hoc potentia eius, ad hãc actionem non habet organum corporale, & sic est intellectus separatus.

K 2. cõna ca 49. & ide & ca. 73. Secũda rõ.

Hijs rõnibus fortifime. cõcludit Auer.

L

Intellectus in habitu se ipsum intelligere põt.

Factus autem unum quodq;, perinde atq; is qui dicitur actu sciens: quod quidem tum accidit, cum ipse per seipsum operari potest. Est quidem & tunc quodammodo potentia, sed nõ perinde ut erat antea q̃ didicisset, uel inuenisset: atq; tunc seipsum etiam intelligere potest.

Tex. 26. g

Cum autem sic singula fiat ut sciens, dicitur intellectus qui secundum actum. Hoc autem contigit, cum possit operari per seipsum. Est igitur & tunc potentia quodammodo, non tamen similiter, atq; ante addiscere, aut inuenire: & ipse autem seipsum tunc potest intelligere.

Lectio. VIII.

M POSTQVAM Philosophus determinauit de intellectu possibili, qui est in potentia ad intelligibilia, hic ostendit quomodo in actum reducatur. Et primo ostendit quod intellectus aliquando fit in actu. Secundo ostẽdit quid sit proprium obiectum eius, respectu cuius fit in actu. ibi ❴ Quoniam autem aliud est magnitudo. ❵ Ostẽdit igitur quomodo intellectus in actũ reducatur, dicẽs. Dictum est quod anima intellectiua non est actu ipse species, sed in potentia tantum. ❴ Cum aũt sic fiat singula ❵ ideſt sic reducatur in actum species rum intelligibiliũ. quẽadmodum sciens, id est habens scientiæ habitũ, habet species in actu, & tunc dicitur intellectus qui est secundum actum. Hoc autem accidit statim, cum aliquis potest per seipsum operari operationem intellectus, quę est ipsum intelligere, sicut & quamlibet formam tunc aliquis in actu habet, quando potest operationem illius formę explere. Sed licet tunc intellectus quodammodo sit in actu quando habet species intelligibiles, sicut sciens habet habitũ, est tamen & tunc quodammodo in potentia, non tamen eodem modo, sicut prius erat in potentia, antequam scientiam acquireret, addiscendo uel inueniendo. Nam antecẽs haberet habitum scientiæ, qui est primus actus, non poterat operari cũ uellet, sed oportebat quod ab altero reduceretur in actum, sed quando iam habet habitum scientiæ, qui est actus primus: potest cum uoluerit, procedere in actum secundum qui est operatio. Manifestum est autem ex hoc quod hic dicitur, falsam esse opinionem Auicennæ, quam habet de speciebus intelligibilibus, contra opinionem Aristotelis. Ponit enim Auicenna quod species non conseruãtur in intellectu possibili, nec sunt in eo nisi quando actu intelligit. Sed oportet secundum ipsum quod quandocunq; intelligit actu, quod conuertat se ad intelligentiam separatam agentem a qua effluunt in intellectum possibilem intelligibiles species. Contra quod manifeste hic Philosophus dicit quod intellectus reducitur in actum specierum, per modum quo scięs actu, adhuc est in potentia intelligens. Cum enim intellectus actu intelligit species intelligibiles sunt in eo secundum actum perfectum, cum autem habet habitum scientiæ, sunt species in ipso intellectu, medio modo inter potentiam puram & actum purum. Et quia dixerat quod quando intellectus fit quodammodo in actu, secundum singula eorum ad q̃ erat in potentia, tunc potest intelligere, respectu autem sui nullo modo erat in potentia. posset aliquis credere quod factus in actu, seipsum non intelligeret, ❴ ideo ad hoc excludendum subiungit. quod intellectus factus in actu non solum potest intelligere alia, sed etiam tunc potest intelligere seipsum.

N

Opi. mala de spẽ intelligibilibus, & eorum impugnatio.

O

Cum autem aliud sit magnitudo. aliud magnitudinis esse, et aliud aqua, aliud aquæ esse, & in alijs itidem multis, non. n. uniuersis hic modus accommodatur. Sed sunt in quibus hæc ipsa sunt eadem, non diuersa, aut alia sane, aut parte quidem ea dem: sed aliter sese habente: carnem & esse carnis discernit. Caro nanq; non est sine materia. Sed perinde atq; simum, hoc est in hoc. Sensitiua igitur parte, calidum discernit & frigidum, quorum quædam est ratio, caro: alia uero, esse carnis discernit aut separabili: aut sese habente ad seipsam, perinde atq; sese habet, cum extensa fuerit linea flexa.

P Intellectus cũ sensu cõiunctus discernit singularia cognoscit. Text. 8. 9

Quoniam aũt aliud est magnitudo & magnitudini esse: et aqua et aquæ esse, et sic in multis alijs non autem in omnibus. In quibusdam enim, idem est esse carni, et carnem esse. Aut alio ergo, aut aliter habente discernit. Caro enim non est sine materia, sed sicut simum, hoc in hoc. Sensitiuo quidẽ igitur calidum et frigidum iudicat, et quorum ratio, quædam caro est. Alio autẽ, aut separato, aut sicut circumflexa se habet ad seipsam, cum extensa sit, carni esse discernit.

Tex. 8. h

Q Lectio. 9. Tex. 28. 11

Ostendit Philosophus quid sit obiectum intellectus. Ad cuius euidentiam sciendum est quod Philosophus in septimo metaphy. inquirit utrum quod quid est, ideſt quidditas uel essentia rei quam diffinitio significat, sit idẽ qđ res. Et quia Plato ponebat quiditates rerũ esse separatas a singularibus, quas dicebat ideas uel species, ideo ostendit quod quiditates rerum nõ sunt aliud a rebus, nisi per accidens. utpote nõ est idem quiditas hominis albi, & homo albus, quia quiditas hominis albi non continet in se nisi quod pertinet ad speciem hominis, sed hoc quod dico, homo albus habet aliquid in se præter illud quod est

In quibus quiditas & singularia are.

A de specie humana. Hoc antẽ contingit in omnibus habentibus formam in materia, ꝙ in eis est aliquid, præter principia speciei. Nã natura speciei indiuiduatur per materiã unde principia indiuiduantia, & accidentia indiuidui sunt præter essentiam speciei. Et iõ contingit sub una specie inueniri plura indiuidua, quæ licet non differant in natura speciei, differunt tñ secundum principia indiuiduantia. Et pp hoc in oibus habentibus formam in materia, non est oino idẽ & res & qđ quid est eius. Socrates. n. nõ est sua humanitas. In his uero quæ non habent formam in materia, sicut sunt formæ simplices, nihil põt esse, præter essentiam speciei, quia ipsa forma est tota essentia. Et iõ in talibus nõ põt esse plura indiuidua unius speciei, nec potest in eis differre res & qđ quid est eius. Considerandũ est etiam ꝙ non solum naturalia habent speciem in materia sed etiam mathematica. Est. n. duplex materia. ſ. sensibilis, a qua abstrahunt mathematica, & concernunt eã natura lia, & intelligibilis, quã mathematica concernunt. Quod quidẽ sic intelligendũ est. Manifestũ est. n. ꝙ quantitas immediate inhæret substãtiæ, qualitates aũt sensibiles in q̃titate fundantur, ut album & nigrum, calidũ & frigidũ. Remoto ãt posteriori remanet prius, uñ remotis qualitatibus sensibilibus ſm intellectũ, adhuc remanet q̃titas continua in intellectu. Quędam ergo sunt formę, q̃ materiã requirunt sub determinata dispositione sensibiliũ qualitatũ, & hmõi sunt oẽs formę naturales, & ideirco naturalia concernunt materiam sensibilẽ. Quædam uero sunt formæ, q̃ non exigunt materiam sub determinata dispositione sensibilium qualitatum, tñ requrunt materiam sub q̃titate existentem, sicut triangulus, & quadratum, & huiusmodi, & hæc dicuntur mathematica & abstrahunt a materia sensibili, sed nõ a materia intelligibili, in q̃rum in intellectu remanet continua quantitas, abstracta a sensibili qualitate. Sic ergo patet ꝙ sicut naturalia habent formã in materia, ita & mathematica, & propter hoc tam in naturalibus q̃s in mathematicis, differt res & qđ quid est, uñ in utrisq; inueniuntur plura indiuidua sub una specie, sicut. n. sunt plures homines unius speciei ita & plures triãguli sub una specie. His igitur habitis, planum est accipere ex litera Philosophi intellectum. Dicit. n. qđ aliud est ❴ magnitudo et magnitudinis cẽ ❵ .i. aliud ẽ magnitudo & quod quid est eius. Esse. n. qđ est magnitudinis, appellat quiditatem eius. Et similiter aliud est ❴ aqua & aquæ esse, ❵ & sic est in multis alijs, ideſt in oibus mathematicis, & naturalibus. Vñ signanter duo exẽpla posuit. Nã magnitudo est quid mathematicũ, aqua aũt qd naturale. Nõ aũt hoc contingit in omnibus. Nam in his, quę oino sunt separata a materia, idẽ est res, & quod quid est eius. Et quia substantia separatæ ignotæ sunt nobis, nõ potuit eas nominare proprijs nominibus, sicut mathematica & naturalia, sed nominauit ea sub exemplo rerũ naturalium. Et hoc est quod subdit, ꝙ in quibusdam, idẽ est carni esse & carnem, ex quo non intelligit ꝙ sit idẽ caro, & qđ quid est eius. Nõ. n diceret in quibusdam sic esse, sed simpliciter diceret ꝙ idem est caro & carni esse. Sed intelligit ꝙ hoc, quod sic dicit aliqđ & alicui, ut caro & carni esse, idẽ est ❴ in qbusdã ❵ .i. in his, quæ sunt a materia separata. Et qa ad diuersa cognoscẽda diuersę potẽtiæ cognoscitiuæ regrunt, & cõcludit qđ aia aut cognoscit alio rẽ, & alio eius qdditatẽ, aut uno & eodẽ, sed alio mõ se habẽte. Manifestũ est aũt qđ caro non est sine materia, sed forma carnis est forma determinata, & in materia determinata sensibili: sicut etiã simũ habet subiectum sensibile determinatũ ſ. nasum. Hãc igitur naturã sensitiuã cognoscit aia p sensum. Et hoc est quod subdit, quod anima iudicat potẽtia sensitiua, calidũ & frigidũ, & alia huiusmodi ❴ quorũ ratio ❵ .i. proportio ❴ quædã caro est. ❵ Forma. n. carnis requirit determinatã proportionẽ calidi & frigidi, & aliorum huiusmodi. Sed oportet quod alia potentia ❴ discernat esse carni ❵ .i. quod quid est carnis. Sed

B

Duplex materia sensibilis, & intelligibilis ex quibus q̃titas fundatur.

C

D

E

hoc contingit dupliciter. Vno modo sic ꝙ ipsa caro, uel quidditas carnis cognoscãtur omnino potẽtijs abinuicẽ diuersis, puta ꝙ potentia intellectiua cognoscat quidditas carnis, potentia sensitiua cognoscaẽ caro, et hoc cõtingit quãdo aia per se cognoscit singulare, & per se cognoscit natura speciei. Alio modo contingit ꝙ cognoscitur caro, & quodquid est carnis, nõ ꝙ sit alia, & alia potẽtia, sed quia una & eadẽ potẽtia, alio & alio modo cognoscit carnẽ, & quodquid est eius, & illud oportet esse, cum aia cõparat uniuersale ad singulare. Sicut. n. supra dictum est, ꝙ nõ possemus sentire differẽtiã dulcis & albi, nisi esset una potẽtia sensitiua cõmunis, quæ cognosceret utrunq;, ita etiã nõ possemus cognoscere cõparationem uniuersalis ad particulare, nisi esset una potentia quæ cognesceret utrunq;. Intellectus igitur utrunq; cognoscit, sed alio, & alio modo. Cognoscit enim naturã speciei, siue quod quid est, directe extendẽdo seipsum, ipsum aũt singulare, per quandã reflexionem. inquãtũ redit super phantasmata, a quibus species intelligibiles abstrahuntur. Et hoc est quod dicit ꝙ sensitiuo cognoscit carnẽ ❴ alio ❵ .i. alia potentia ❴ discernit esse carni ❵ .i quodqd est carnis ❴ aut separata ❵ puta cum caro cognoscitur sensu, & esse carnis intellectu, aut eodẽ aliter se habẽte. ſ. ❴ sicut circũflexa se habet ad seipsam ❵ anima intellectiua cognoscit carnem ❴ quæ cum extensa sit, discernit esse carni ❵ ideſt directe apprehendit quidditatem carnis, per reflexionem autem ipsam carnem. Deinde, cum dicit.

F

Rursus & in ijs, quæ in abstractione consistunt, eadẽ esse uidentur. Rectum enim se habet, ut simum: est enim ipsum cũ continuo semper. Quod ſi quiditas sit diuersa, aliud profecto esse recti, aliud est ipsum rectum. Sit enim dualitas. Quare fit, ut hæc etiam alia uel alio modo sese habẽte parte discernat. Omnino igitur ut res separabiles sunt a materia, ſic sese habent & ea quæ sunt circa intellectum ipsum.

Text cõ 11. G

Iterum autem in his, quæ in abstractione sunt, rectum est sicut simum. Cum continuo enim est. Quod autem quid erat esse, ſi est alterum recto esse, & rectum, alio. Sit enim dualitas. Altero itaque, aut aliter habente se iudicat. Omnino ergo sicut separabiles res a materia, ſic & quæ circa intellectũ sunt.

Quod supra dixerat in naturalibus, exponit in mathematicis dicens, ꝙ iterũ in his quæ sunt ❴ per abstractionem ❵ .i. in mathematicis, quorũ ratio abstrahit a materia sensibili, rectũ se habet sicut simum. Hæc. n. mathematica habent materiã, sicut & naturalia. Rectũ. n. mathematicum est, simũ autem naturale. Ratio. n. recti est cum continuo, sicut ratio simi cum naso. Continuum autem est materia intelligibilis, sicut simũ materia sensibilis. Vnde manifestum est, ꝙ aliud est in mathematicis res, & quod qd erat esse, ut rectum, & recto esse, unde oportet ꝙ alio cognoscat quod quid erat esse horũ, et alio ipsa. Et suppona mus ad præsens, exempli causa, cũ Platone, ꝙ dualitas sit quod qd erat esse lineæ rectæ, Plato enim ponebat, ꝙ numeri erant species, & qdditates mathematicorũ, puta unitas lineæ, dualitas lineæ rectæ, & nõ de alijs. Oportet igitur ꝙ aia alio cognoscat ipsa mathematica, & qdditates eorũ, aut eodẽ aliter se habẽte. Vñ sicut ꝙ naturalia oñditur, ꝙ intellectus, qui cognoscit qdditates naturalium, sic alius a sensu, qui cognoscit naturalia singularia ita ex mathematicis oñdit ꝙ intellꝰ q cognoscit qđqd est ipsorũ, sic aliud ab imaginatiua uirtute, quæ apprehẽdit ipsa mathematica. Et qa posset aliqs dicere, ꝙ eodẽ modo intelligerentur mathematica & naturalia, subiungit ꝙ sicut res sunt separabiles a materia, ita se habent ad intellꝰm. Vnde illa quæ sunt secũdũ esse separata a materia sensibili, solo intellectu ꝓcipi possunt quæ aũt nõ sunt separata a materia sensibili ſm esse: sed ſm rõnẽ, intelligũtur absq; materia sensibili, nõ aũt absq; materia intelligibili. Naturalia ue-

H

Universidad de Deusto

I

dem̃ istos ter̃ū natura liū materiā specifi. eā includit dū indiuidua ro ac singu lares intelligi.

re intelligũtur ꝙ abstractionem a materia indiuiduali, nõ aũt per abstractionẽ a materia sensibili totaliter. Intelligit. n. homo, ut compositus ex carnibus & ossibus, ꝙ abstractionẽ eñ ab his carnibus, & his ossibus. Et ide est ꝙ intellectus nõ cognoscit directe singularia, sed sensus uel imaginatio. Apparet aũt ex hoc qđ Pbs hic dicit, ꝙ propriũ obiectum intellectus, est quidditas rei, q̃ nõ est separata a rebus, ut Platonici posuerunt. Vñ illud, qđ est obiectũ intellectus nr̃i nõ est aliqd extra res sensibiles existẽs ut Platonici posuerunt, sed aliquid in rebus sensibilibus existẽs, licet intellectus apprehẽdat alio mõ quiditates rerum, q̃ sint in rebus sensibilibus. Nõ. n. apprehẽdit eas, cũ conditionibus indiuiduantibus, q̃ eis in rebus sensibilibus adiunguntur. Et hoc sine falsitate intellectus, contingere põt. Nihil. n. phibet duorũ adinuicẽ coniunctorum, unũ intelligi, absq; hoc ꝙ intelligatur aliud. Sicut usus apprehendit colorẽ, absq; hoc ꝙ apprehendat odorẽ, nõ absq; hoc ꝙ apprehendat magnitudinem, q̃ est proprium subiectũ coloris. Vñ & intellectus põt intelligere aliquã formã absq; indiuiduantibus principijs, nõ tñ absq; materia a qua dependet ratio illius formæ, sicut nõ potest intelligere simum sine naso, sed põt curuum sine naso intelligere, Et quia hoc non distinxerunt Platonici: posuerunt ꝙ mathematica, & quidditates, rerũ sunt separatæ in esse, sicut sunt separatę i intellectu. Manifestũ est etiã ꝙ spẽs intelligibiles, quas intellectus possibilis sit in actu, nõ sunt obiectum intellectus. Non. n. se habent ad intellectũ, sicut qđ intelligitur, sed sicut quo intelligit. Sicut. n. species, q̃ est in uisu non est quod uidet, sed quo uisus uidet, quo aũt uidetur est color, qui est in corpore, similiter quod intellectus intelligit est quidditas, q̃ est in rebus, nõ aũt species intelligibilis nisi inquantũ intellectus in seipsum reflectitur. Manifestum est. n. ꝙ sciæ sunt de his, quę intellectus intelligit, sunt aũt sciæ de rebus, non autẽ de speciebus uel intentionibus intelligibilibus nisi sola scientia rõnalis. Vñ manifestũ est, ꝙ spẽs intelligibilis non est obiectũ intellectus, sed quidditas rei intellectę. Ex quo patet nullã esse rõnem quorũdam uolentiũ ostendere, ꝙ intellectus possibilis sit unus in oĩbus, ex hoc ꝙ idem est intellectũ ab oĩbus, cũ oporteat esse plures numero spẽs intelligibiles, si sunt plures intellectus. Non. n. est species intelligibilis, ipsum intellectum, sed similitudo eius in aĩa & ĩõ si sint plures intellectus hñtes similitudinem unius & eiusdem rei, erit eadẽ res intellecta apud oẽs. Et præter hoc manifestum est, ꝙ etiã substantiæ separatæ intelligũt quidditates rerum naturalium, quas nos intelligimus, & earũ intellectus diuersi sunt. Vñ si eorũ rõ eẽt efficax, nõ euitaretur incõueniens quod cõcludũt ꝑ hoc ꝙ ponunt unum intellectum in oĩbus hominibus. Nõ. n. possunt ponere, unum intellectum in omnibus intelligentibus.

Dubitabit autem non iniuria quispiam, quonam modo intelliget intellectus, si ipse quidem simplex sit, ac passionis expers, nihilq; habeat cum ulla re prorsus commune, sicut Anaxagoras asserit intelligere autem pati quoddã sit, ut diximus. Quo nanq; quippiam est utrisq; commune, hoc nimirum alterũ agere: alterum pati uidetur.

Tex c 12 M

Dubitabit aũt utiq; aliquis, si intellectus simplex est et impassibilis, & nulli aliquid habet commune, sicut dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, si intelligere pati aliquid est. Inquãtum enim aliquid commune utrisq; est hoc quidem agere, illud uero pati uidetur.

Lectio. X.

POSTQVAM ostendit Philosophus naturã intellectus possibilis, & obiectum eius, hic mouet quasdam dubitationes circa ꝑdeterminata. Et diuidit in duas partes. Et primo ponit dubitationes. Secundo soluit eas, ibi ⁊ Aut pati ⁊ Mouet aũt primo duas dubitationes, quarũ prima talis est. Si intellectus est simplex & impassibilis & nulli habet aliquid cõe. ut Anaxago. dixit, quo modo intellectus potest intelligere, cũ intelligere sit pati quoddã. & de ratione patientis hoc esse uideaẽ ꝙ habeat aliquid cõe cum agente, quia inquantum est aliquid cõmune utrisq; .s. agenti & patiẽti, uidet ꝙ hoc agat & illud patiatur. Oportet. n. ea q̃ agunt & patiuntur adinuicem, cõmunicare in materia, ut dicitur in primo de Generatione. Secundam dubitationem ponit ibi.

N

Lectio. 9. Tex. c. 121

Præterea ambiget quispiam, si ipse etiam intelligibilis sit. Nam aut cæteris rebus inerit intellectus, nisi alia ratione sit intelligibilis ipse. intelligibile autem unum quoddam esse specie, aut aliquid ipse mixtum habebit, quod ipsum intelligibilem, perinde atq; cetera facit.

Tex c 13.

Amplius autem, si intelligibilis et ipse, aut alijs inerit intellectus, si non secundum aliud ipse intelligibilis est, unum autem quoddam secundum speciem est intelligibile, Aut mistũ aliquid habebit, quod facit intelligibilem ipsum, sicut alia.

O

Et insurgit hęc dubitatio ex eo, qđ supra dixit ꝙ intellectus factus in actu, etiã seipsum intelligit. Et est ista dubitatio, ꝙ si intellectus est intelligibilis, hoc potest contingere duobus modis. Vno mõ, ꝙ sit intelligibilis, secundũ se, & non secundũ aliud. Alio modo, ꝙ habeat aliquid sibi adiunctum, qđ faciat ipsum intelligibilem. Si aũt ꝛm seipsum est intelligibilis, & non secundum aliud, intelligibile aũt tm̃tum hmõi est unũ in specie, sequeẽ si hoc nõ solum est intelligibile, sed intellectus. ꝙ etiam alia intelligibilia sint intellectus, & ita oĩa intelligibilia intelligent. Si aũt est intelligibilis per hoc, ꝙ habet aliquid aliud sibi adiunctum, sequetur ꝙ habeat aliquid quod faciat ipsum intelligibilem sicut & alia q̃ intelliguntur, & ita uidetur sequi, idem quod prius. s. ꝙ semper id quod intelligitur, intelligat. Deinde cum dicit.

P

At enim ipsum pati diuisum est prius una quadam ratione communi, Atq; intellectus potentia quidem est quodammodo intelligibilia ipsa, actu uero nihil est eorum antequam intelligat ipsa. Oportet autem in ipso nihil esse, perinde, atq; in tabula nihil est actu scriptum antequã in ipsa scribatur. Hoc enim in ipso fit, atq; accidit intellectu.

Tex c 14

Aut pati secundum commune aliquid, diuisum est prius. Potentia quodammodo est intelligibilia intellectus, sed actu nihil antequam intelligat. Oportet autẽ sic, sicut in tabula nihil est scriptum actu, quod quidem accidit in intellectu.

Soluit præmissas dubitationes. Et ptimo soluit primã dicens, ꝙ sicut prius distinctum est de passione, cum ageretur de sensu, ꝙ pati dicitur ꝛm aliquid cõe. i. hoc quod est pati cõe est ad passionem, quę est in contrarias dispositiones, sicut est passio mutua in rebus naturalibus, q̃ cõmunicant in materia, & est aliqđ pati, qđ dicitur ꝛm receptionem tm̃. Intellectus igit dicitur pati, inq̃tum est quo dãmõ in potentia ad intelligibilia, & nihil est actu eorũ anteqũ intelligat. Oportet aũt hoc sic esse, sicut cõtingit in tabula, in qua nihil est actu scriptũ, sed plura põt in ea scribi. Et hoc etiam accidit intellectui Possibili. quia nihil intelligibiliũ est in eo, actu, sed potentia tantum. Et ꝑ hoc excluditur tam opinio antiquorum naturalium, qui ponẽbãt animam compositam ex omnibus, ut intelligeret omnia, q̃s etiã opinio Platonis, qui posuit naturaliter animã humanam habere oẽm sciam, sed esse, eam quodammodo oblitam, propter unionem ad corpus dicens, ꝙ addiscere nihil aliud est, q̃s reminisci. Deinde cum dicit.

Q

Est etiam intelligibilis & ipse, ut intelligibilia cuncta. Nam in hisce quidem, quæ sine materia sunt, intelligens & id quod intelligitur, idem est. Et enim idem est contemplatiua scientia & id quod ita sub scientia cadit.

Et ipse

A

Tex. cõ 15

Et ipse aũt intelligibilis est, sicut intelligibilia. In his. n. quæ sunt sine materia, idem est intellectus, et quod intelligitur. Scientia nanq; speculatiua, & sic scibile, idem est.

Soluit secundum dubitationem. Et primo soluit qõnẽ Scõo rñdet ad obiectionẽ in contrariũ factam, ibi ⁊ Nõ aũt semp. ⁊ Dicit ergo primo, ꝙ intellectus possibilis ẽ intelligibilis nõ per suam essentiam, sed per aliquam spẽm

Tex. c. 138 & 141.

intelligibilẽ, sicut & alia intelligibilia. Qđ ꝓbat ex hoc, ꝙ intellectum in actu, & intelligens in actu, sunt unũ, sicut & supra dixit, ꝙ sensibile ī actu, & sensus in actu, sunt unũ. Est aũt aliqđ intelligibile in actu, ꝑ hoc ꝙ est ī actu a mã abstractũ, sic. n. supra dixit, ꝙ sicut res sunt sepabiles a materia, sic sunt & q̃ sunt circa intellectũ. Et ĩõ hic dicit ꝙ ⁊ in his q̃ sunt sine materia ⁊. i. si accipiamus intelligibilia actu, idẽ est intellectus, & qđ intelligit, sicut idẽ est sentiens in actu, & quod sentiẽ in actu. Ipsa. n. scia speculatiua ⁊ & sic scibile ⁊. i. scabile i actu. est idẽ. Spẽs igit rei intellectæ in actu. est spẽs ipsius intellectus, & sic per eam seipsum intelligere põt. Vñ & supra Philosophus ꝙ ipsum intelligere, & ꝙ illud qđ intelligitur, scrutatus est naturam intellectus possibilis. Non. n. cognoscimus intellectum nr̃m, nisi ꝑ hoc, ꝙ intelligimus nos intelligere. Accidit aũt hoc in intellectu possibili, ꝙ non intelligatur ꝑ essentiam suã sed ꝑ spẽm intelligibilẽ, ex hoc ꝙ est potentia tantũ in ordine intelligibiliũ. Ostedit n. Philosophus in. 9. Mera. ꝙ nihil intelligit, nisi ꝛm ꝙ est in actu. Et põt

B

Lectio. 3.

accipi simile in rebus sensibilibus. Nam id quod est in potentia tantum in eis. s. materia prima, non habet aliquam actionẽ per essentiã suã, sed solũ ꝑ formã ei adiũctã. Sub stantiæ aũt sensibiles quæ sunt ꝛm aliquid in actu, & ꝛm aliquid in potentia ꝛm seipsas habent aliquã actionẽ. Similiter intellectus possibilis, qui est tm̃ in potentia in ordine intelligibilium nõ intelligit, neq; intelligitur, nisi ꝑ speciem in eo susceptam. Deus aũt qui est purus actus in ordine intelligibilium, & aliæ subst̃iæ separatæ, quæ sunt mediæ inter potentiam, & actum per suam essentiã, & intelligunt & intelliguntur. Deinde cum dicit.

C

Sed cur non semper intelligit, considerandum est causa. In ijs autem, quæ materiã habẽt, unumquodq; intelligibilium potentia est. Quare illis quidem non inerit intellectus. Nam intellectus talium potentia sine materia est, ipse autem intelligibilis rationem subibit.

Tex. c. 16.

Non autem semper intelligendi causat considerandum. In habentibus aũt materiam, potentia unumquodq; intelligibilium. Quare quidem illis non inerit intellectus. Sine materia. n. potẽtia est intellectus talium. Illud aũt intelligibile inerit.

Rñdet ad obiectionẽ, q̃ erat in contrariũ, dicens, ꝙ ex quo intellectus possibilis habet aliqđ quod facit ipsum intelligibilẽ, sicut & alia, restat ut cõtingeret ⁊ cã nõ sp in telligẽdi ⁊ i quare nõ sp intelligibile intelligit. Qđ ĩõ est, qa in rebus hũtibus materiam spẽs nõ est intelligibilis ꝛm actũ, sed ꝛm potẽtiam tantũ. Intelligibile aũt in potentia nõ est idem cũ intellectu, sed solũ intelligibile in actu, unde in illis q̃ hñt spẽm ī materia, nõ inerit intellectus ut. s. intelligere possint, quia intellectus taliũ. i. intelligibiliũ, est quædam potentia sine materia. Illud autem quod est in materia, est intelligibilis, sed in potentia tantum, quod uero est in intellectu, est species intelligibilis secundum actum.

D

Cum autem in omni natura sint quædam, quorum alterum quidem unicuiq; generi materies est, quod id esse patet, quod est potentia illa cuncta, alterum uero causa est, et efficiens, omnia nimirum efficiendo atq; agendo, talem subiens rationem, qualẽ ars conditionem ad materiam subit. Necesse est & in anima differentias has easdem inesse. Atq; quidam est intellectus talis, ut omnia fiat, quidam talis, ut omnia agat, atque efficiat, qui quidem, ut habitus est quidam, & perinde, ac lumen. Nam & lumen colores qui sunt potentia, actu colores quodammodo facit.

E

Quę sit in intellectus agentis natura.

Tex. c 17.

Quoniam autem sicut in omni natura est aliquid, hoc quidem materia unicuiq; generi, hoc autem est potentia omnia illa alterum autem causa & faciuum, quod in faciẽdo omnia, ut ars ad materiam sustinuit, necesse & in anima has esse differentias. Et est intellectus hic quidẽ talis in omnia fieri, ille uero in Tex. c 18.
omnia facere sicut habitus quidam, & sicut lumen. Quoda. n. modo & lumen facit potentia existentes colores, actu colores.

Lectio. X.

POSTQVAM Philosophus determinauit de intellectu possibili, nunc determinat de intellectu agente. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit esse intellectum agẽtẽ, ꝑter possibilẽ, & rõne, & exẽplo. Secundo ostendit huius intellectus naturã ibi ⁊ Et hic intellectus. ⁊ Ponit ergo circa primũ talẽ rõnẽ. In oi natura, quæ est qñq; in potẽtia, & qñq; in actu, oportet ponere, aliquid, quod est sicut materia in unoquoq; genere. qđ, scilicet est in potẽtia ad oĩa q̃ sunt illius generis. Et aliud qđ est sicut cã agẽs, & factiuum, quod ita se habet in faciẽdo omnia, sicut ars ad materiam. Sed aĩa secũdum partem intellectiuã, qñq; est in potẽtia, & qñq; in actu. Necesse est igitur in anima intellectiua esse has differẽtias, ut. s. unus sit intellectus, in quo possint oĩa intelligibilia fieri, & hic ẽ intellectus possibilis, de quo supra dictum est. Et alius intellectus sit ad hoc, qđ possit oĩa intelligibilia facere in actu, q̃ uocatur intellectus agens, & est sicut habitus quidã. Huius autẽ uerbi occasione, quidã posuerũt intellectum agentẽ idem esse cũ intellectu, q ẽ habitus principiorũ. Qđ est nõ põtqa intellectus, q̃ est habitus principiorũ ꝑsupponit aliquã intellecta in actu. s. terminos principiorũ, ꝑ quorũ in telligentiam cognoscimus principia, & sic sequeretur, qđ intellectus agens non faceret oĩa intelligibilia in actu ut hic Pbs dicit. Dicendũ est ergo, qđ habitus hic accipitur secundum quod Pbs frequenter cõsueuit nominare oẽm formã, & naturã habitum, prout habitus distinguitur contra priuationem & potentiam, ut sic per hoc quod nominat eũ habitum distinguat eũ ab intellectu possibili, qui est potentia. Vñ dicit, q̃ est habitus ut lumen, qđ quodã modo facit colores existentes in potentia, esse actu colores. Et dicit ⁊ quodãmodo ⁊ quia supra ostensum est, qđ color secundum seipsum est uisibilis. Hoc aũt solũmodo facit lumen ipsum esse actu colorẽ, inquantum facit diaphanũ esse in actu, ut moueri possit a colore, & sic color uideatur. Intellectus autem agens facit ipsa intelligibilia esse in actu, quæ prius erat in potentia, per hoc quod abstrahit ea a materia, sic. n. sunt intelligibilia in actu, ut dictum est. Inducitur autẽ Arist. ad ponendum intellectum agentem, ad excludendum opinionẽ Platonis, qui posuit quidditates rerum sensibilium esse a materia separatas, et intelligibiles actu, uñ nõ erat ei necessarium ponere intellectum agentẽ. Sed ꝙ Aristo. ponit, quod quidditates rerum sensibilium sunt in materia, & nõ intelligibiles actu oportuit quod poneret aliquem intellectum, qui abstraheret a materia, & sic faceret eas intelligibiles actu. Deinde cum.

F

Intellectus agẽs lõge diuersus est ab intellectu q̃ est habitus ꝓncipiorũ principiorum.

G

Cur Arist. Intellectũ agẽtẽ exigauit.

H

Et is intellectus separabilis est, & non mixtus, passioneq; uacat, cũ sit substantia actus. Semper enim id quod efficit, atq; agit, præstabilius est eo, quod patitur, & ipsum principium omnino materia.

Et hic intellectus separabilis, & impassibilis, et immixtus substantia actu ens. Semper enim honorabilius est agens patiente, & principium materia.

Tex. 05, 19

Ponit quatuor cõditiões intellectus agẽtis, quarũ prima ẽ, qđ sit separabilis, secũda, qđ ipassibilis, tertia qđ sit i-

Universidad de Deusto
Biblioteca

I mixtus.i.non compositus ex naturis corporalibus,neque adiunctus organo corporali. Sed in his tribus conuenit cum intellectu possibili,quarta autem conditio est ꝙ sit in actu ſm suam substantiam,in quo differt ab intellectu possibili,qui est in potentia secundum suam substantiam sed est in actu solum secundum speciem susceptam. Et ad has quatuor conditiones probandas inducit unam rōnem quæ talis est. Agens est honorabilius patiente, & principium actiuum,materia,sed intellectus agens comparatur ad possibilem,sicut agens ad materiam,sicut iam dictū est,ergo intellectus agens est nobilior possibili Sed itellectus possibilis est separatus,impassibilis,& imixtus ut supra ostensum est,ergo multo magis intellectus agēs.

An agens intellectus sit subs̄a separata. Et hoc etiam patet,ꝙ sit ſm subam suā in actu, qa agens est nobilius patiente,nō nisi ſm ꝙ est in actu. Occasione aūt horū,q̄ hic dicuntur,quidā posuerūt intellectū agētem,subam separatā,et qđ differt ſm subam ab intellectu possibili Illud aūt nō uidet esse uerū. Nō.n.homo esset a natura sufficienter institutus,si non haberet in seipso principia,quibus posset operationem complere,quæ est intelligere,quæ quidem compleri non potest,nisi per intellectum possibilem,& per intellectum agentē. Vnde perfectio humanæ naturæ requirit ꝙ utrunq; eorū sit aliquid in homine. Videmus etiā ꝙ sicut operatio intellectus possibilis,quæ est recipere intelligibilia, attribuitur homini, ita & operatio intellectus agentis,quæ est abstrahere intelligibilia. Hoc autē non posset,nisi principium formale huius actionis esset ei secundum esse coniunctum. Nec sufficit ad hoc,ꝙ hæc actio attribuatur homini per hoc ꝙ species intelligibiles factę per intellectum agentē,habent quodāmodo ꝓ subiecto phantasmata, q̄ sunt in nobis,quia ut supra diximus,cū de intellectu possibili ageretur,spēs non sunt intelligibiles in actu,nisi quia sunt abstractę a phātasmatibus,& sic eis mediantibus,actio intellectus agentis non posset nobis attribui. Et præterea intellectus agens cōparatur ad species intellectas in actu sicut ars ad species artificiatorum,per quas manifestum est,ꝙ artificiata non habent actionem artis,unde etiā dato ꝙ species factę intelligibiles actu,essent in nobis,non sequeretur,ꝙ nos possemus habere actionem intellectus agentis. Est etiam prædicta positio contra Arist.intentionem,qui expresse dixit has differentias duas.ſ. intellectū agentem,& intellectū possibilē esse in anima,ex quo expresse dat intelligere,ꝙ sint partes animæ, uel potentiæ, & non aliquæ subæ separatæ. Sed contra hoc uidetur esse præcipue, ꝙ intellectus possibilis comparatur ad intelligibilia,ut in potentia existens ad illa,intellectus autē agēs cōparatur ad ea,ut ens in actu,non uidet possibile, idem respectu eiusdem posse esse in potētia,& in actu,unde non uidetur possibile ꝙ intellectus agens,& possibilis cōueniat in una substantia animę. Sed hoc de facili solui tur,si quis recte consideret, q̄o intellectus possibilis sit in potentia ad intelligibilia, & quomodo intelligibilia sunt in potentia respectu intellectus agentis. Est.n.intellectus possibilis in potentia ad intelligibilia,sicut indeterminatū ad determinatum. Nam intellectus possibilis nō habet determinate naturam alicuius rerū sensibiliū. Vnū quod ꝙ autem intelligibile,est aliqua determinata natura alicuius spēi. Vñ supra dixit ꝙ intellect⁹ possibilis cōparatur ad intelligibilia.sicut tabula ad determinatas picturas. Quantum autem ad hoc,intellectus agens nō est in actu. Si.n.intellectus agens haberet in se determinationē oīum intelligibilium,nō indigerent intellectus possibilis phantasmatibus,sed per solū intellectum agentē reducerētur in actum oīum intelligibilium,& sic nō cōparetur ad intelligibilia, ut faciens ad factum,ut Plꝫ hic dicit,sed ut existens ipsa intelligibilia Comparatur igit ut actus respectu intelligibiliū,inquan ū est q̄dā uirtus immaterialis actiua,potens alia similia sibi facere.ſ immaterialia. Et ꝓ hūc modū,ea q̄ sunt intelligibilia in potētia facit intelligibilia in actu. Sic enim & lumē facit colores in actu,nō ꝙ ipsum habeat in se determinationem oīum colorum. Hmōi aūt uirtus actiua est quædam participatio luminis intellectualis a subsātijs separatis. Et iō Plꝫ dicit,ꝙ est sicut habitus,uel lumē,quod nō cōpeteret dici de eo,si esset substantia separata. Deinde cum dicit.

Scientia autem ea quæ est actu, est idem quod rēs. Ea uero quæ est potentia,in uno prior est tempore, absolute autem, neq; tempore,sed non nunc quidem intelligit,nunc autem non intelligit.

Idem autem est secundum actum scientia,rei:quæ uero secundum potentiam,tempore prior in uno est. Omnino autem neq; tempore. Sed non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit.

Determinat de intellectu ſm actū. Et circa hoc duo facit. Primo ponit cōditiones intellectus in actu. Secundo ostendit cōditiones totius partis intellectiuę ſm ꝙ differt ab alijs partibus aię, ibi ⊣ separatus aūt. ⊢ Circa primū tres ponit cōditiones intellectus in actu,quarū prima est ꝙ scientia in actu,est idem rei scitę. Quod nō est uerū de intellectu in potentia. Secūda conditio eius est,ꝙ scia in potētia in uno & eodē,tpe ē prior,q̄ scia in actu, sed ulr non est prior.non solū natura,seneq; etiā tpe. Et hoc est, qđ Plꝫ dicit in.9.Met. ꝙ actus est prior potētia natura, tpe uero.in uno & eodē potētia prior est actu,qa unū & idem prius est in potentia, & postea fit, actu. Sed ulr loquendo,ēt tpe actus est prior. Nam qđ in potētia est, nō reducīe in actū,nisi per aliqđ,quod est actu. Et sic etiā de potentia sciente,non fit aliquis scient actu,neq; inuenien do,neq; discendo,nisi ꝑ aliā sciam ꝑexistentē in actu,qa omnis doctrina, & disciplina intellectiua fit ex ꝑexistenti cognitione,ut dī in.1.Posteriorū. Tertia cōditio intellectus in actu,ꝙ quā differt ab intellectu possibili & intellectu i habitu,est qa uterq; q̄nq; itelligit,& q̄n ꝙ nō intelligit. Sed hoc nō pōt dici de intellecteu in actu,qui cōsistit in ipso intelligere. Deinde cum dicit.

Separatus uero id est solum,quod est,at q; id solū est immortale,perpetuum q̄.

Separatus autem est solum hoc,quod uere est. Et hoc solum immortale, & perpetuum est.

Ponit conditiones totius intellectiuæ partis. Et primo ponit ueritatem. Secūdo excludit obiectionem,ibi ⊣ Nō reminiscitur. ⊢ Dicit ergo primo,ꝙ solus intellectus separatus est hoc,quod uere est. Quod quidem non potest intelligi,neq; de intellectu agente,neq; de intellectu possibili tātum,sed de utroq;,quia de utroq; supra dixit,ꝙ est separatus. Et sic patet ꝙ hic loquitur de tota parte intellectiua,quæ quidem dicitur separata ex hoc ꝙ habet operationem suam sine organo corporali. Et quia in principio huius libri dixit,ꝙ si aliqua operatio animæ sit propria,contigit animam separari. Cōcludit ꝙ hęc sola pars animæ.ſ.intellectiua est incorruptibilis,& ꝑpetua. Et hoc est quod supra posuit in secundo,ꝙ hoc genus animæ separatur ab alijs,sicut perpetuum a corruptibili. Dicit autem perpetua,non ꝙ semper fuerit,sed quod semper erit. Vnde Philosophus dicit in.12.Meta. ꝙ forma nunquam est ante materiam,sed posterius remanet anima,non omnis,sed intellectus. Deinde cum dicit.

Non autem recordamur:quia hoc quidem expers est passionis. Intellectus uero passiuus extinguitur, & sine hoc nihil intelligit.

Non reminiscitur autem, quia hoc quidem impassibile est, passiuus uero intellectus;est corruptibilis: & sine hoc nihil intelligit anima.

Excludit quādam obiectionem. Posset.n.aliquis credere, ꝙ quia pars intellectiua animę, est incorruptibilis,remanet post mortem in anima intellectiua, scientia rerum

eodem modo quo nunc eam habet,cuius contrarium supra dixit in primo,ꝙ intelligere corrumpitur,quodam in tertius corrupto,& ꝙ corrupto corpore non reminiscitur anima,neq; amat. Et ideo hic dicit,ꝙ non reminiscitur.ſ. post mortem eorū,q̄ in uita sciuimus,quia ⊣ hoc quidem impassibile est ⊢ .s.ista pars animæ intellectiuæ impassibilis est, unde ipsa non est subiectum passionum animæ, sicut sunt amor & odium,reminiscentia & huiusmodi, q̄ ex aliqua passione corporali contingūt. Passiuus uero intellectus corruptibilis,est.i.pars aię,q̄ nō est sine p̄dictis passionibus,est corruptibilis,ꝓtinent.n.ad partem sensitiuam. Tamen hęc pars animæ dicitur intellectus, sicut & dicitur rationalis,inquantum aliqualiter participat rationem,obediendo rationi,& sequendo motum eius, ut dicitur in primo Ethicorum. Sine hac autē parte animæ corporali,intellectus nihil intelligit. Non enim intelligit aliquid sine phantasmate,ut infra dicetur. Et ideo destructo corpore non remanet in anima separata scientia rerum secundum eundem modum quo modo intelligit. Sed q̄o tunc intelligat, non est præsentis intentionis discutere.

Indiuisibilium igitur intellectio in hisce consistit circa quæ falsitas non est. At in quibus & falsitas,iam & ueritas inest, in hisce compositio quædam iam conceptuum intellectus,quasi ipsi sint unum. Atque ut Empe.dixit.

Multorum certe capita:admirabile dictu.
Cerucibus sine sunt exorta,in luminis aura.
Illa tamen dulcis post hoc concordia tungit.

Sic & hæ separata,componi solent, ut incommensurabile & diameter. Quod si eorum etiam.quæ fuerunt,uel erunt,fit cōpositio,et tēpus insup intelligere,atq; additur. Falsitas.n.in cōpositione semper cōsistit. Nam si albū nō albū esse dicat, ipsum tū nō albū cōponit. Licet aūt ꝑ diuisionē etiā omnia dicere. Attamē falsitas aut ueritas nō solū cōsistit in hoc,Cleō est albus. Sed in his etiam Cleon erat,uel erit albus. Id uero,quod singulos dictos conceptus componit, unumque facit: ipse est intellectus.

Indiuisibilium igitur intelligentia in his est,circa quæ non est falsum. In quibus autem & falsum,iam & uerum est,compositio,quædam iam intellectuum est, sicut eorum, quæ unum fiunt. Sicut Empedocles dixit,multorum quidē capita sine cer uice germinauerunt,postea composita sunt concordia,sicut & hæc separata,composita sunt, ut a symmetron, & diametros, & ut symmetron, & diametros. Si autem factorum,aut futurorum sit cōpositio,tēpus cointelligens est,& componens. Falsum enim in compositione semper est. Et nanq; si album non albo,aut si non album albo componit. Contingit autem & diuidentem dicere omnia. Sic ergo est non solum falsum,aut uerū q̄ albus Cleon est,sed & quod erat,aut erit. Vnum autem faciēs unumquodq;,hoc intellectus est.

Lectio. XI.

POSTQVAM Philosophus determinauit de intellectu,hic determinat de operatiōe intellectus. Et diuiditur in duas partes. In prima distinguit duas operatiōes intellectus. In secunda determinat de utraque earum.ibi. ⊣ Indiuisibile autem. ⊢ Dicit ergo primo,ꝙ una operatio num intellectus est,secūdum ꝙ intelligit indiuisibilia, puta cum intelligit hoīem,aut bouem,aut aliquid huiusmodi in complexorum. Et hæc intelligentia est in his, circa quæ non est falsum,tum quia incomplexa non sunt uera neque falsa,tū quia intellectus nō decipitur in eo quod quid est,ut infra dicetur,sed in illis intelligibilibus in quibus est uerum & falsum,est iam quædam compositio intellectuum i.rerū intellectarum,sicut qñ ex multis fit aliquid unum. Et ponit exemplum secundum opinionē Empe. qui opinabatur,ꝙ omnia generata sunt a casu,non ꝓp aliquem finē,sed secundum ꝙ contingit ex diuisione rerū per litem,& coniunctione per amicitiam. Vnde dixit ꝙ a principio germinauerunt multa capita sine ceruice, & similiter multę alie partes animalium separatæ ab alijs partibus. Et dicit ⊣ germinauerunt ⊢ quasi ex elementis producta sine semine animalis,sicut terra germinat herbam uirentem. Sed postmodū huiusmodi partes sic diuisæ.cōpositæ sunt per concordiam,& ex eis factum est unum animal habens diuersas partes, utputa caput,manus, pedes,& hmōi. Et ubi est constitutū animal habens omnes partes necessarias ad sui conseruationē,idem animal saluatū est,& generauit sibi simile. Si aūt defuit aliqua aliarum partium,non potuit saluari,nec remansit in sibi simili per generationem. Sicut ergo Emped.posuit ꝙ amicitia composuit multas partes,& constituit ex eis unū animal,ita & intellectus multa incomplexa prius separata componit & facit ex eis unum intellectum,in qua compositione quandoq; est ueritas, quandoq; falsitas. Veritas quidem,quando componit ea, quæ in re sunt unū & composita,sicut cum componit a symmetrum,hoc est incommensurabilem & diametrum,nam diameter quadrati est incommensurabilis lateri. Falsa autem compositio est quando componit ea quæ non sunt composita in rebus, sicut cum componit symmetrum diametro dicens, quod diameter quadrati est symmeter,idest commensurabilis lateri.

Costa quadrati.



Symmetrum & diametrum aliquando separatim & seorsum intellectus intelligit,& tunc sunt duo intelligibilia. Quando autem componit,fit unum intelligibile,& simul intelligitur ab intellectu. Sed quia intellectus non semper componit ea quæ sunt in præsenti,sed quæ fuerūt uel erunt,ideo subiungit ꝙ si intellectus faciat cōpositionem factorum.i.præteritorum & futurorum, oportet ꝙ cointelligat suæ compositioni tempus præteritum, & futurum. Et sic componit,formans compositionem de præterito uel de futuro. Et ꝙ hoc sit uerum probat,quia contingit compositionem de præterito uel de futuro esse falsam,falsum autem semper in compositione est. Et nanq; falsum est,si non album componatur ei quod est album, ut si dicas,cygnus non est albus. Aut si album componatur ei quod non est album,ut si dicatur quod coruus est albus. Et quia quæcunq; contingit affirmare, contingit etiam negare,subiungit ꝙ omnia prædicta possunt ꝓ diuisionem fieri. Potest enim intellectus omnia dividere,& secundum præsens tempus,& secundum præteritum, & secundum futurum,& uere & falsē. Sic igitur patet quod cum compositio non solum sit secundum præsens tēpus sed secundum præteritum & futurum,uerum autē & falsum consistit in compositione & diuisione,oportet quod uerū & falsum non solum sint in propositionibus de pre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

I

senti,puta ꝙ Cleon est albus,sed etiam in illis de ꝓterito & futuro,puta ꝙ Cleō erit,uel fuit albus.Cōsiderādū est aūt,ꝙ compositio propositionis non est opus naturę,sed est opus rationis & intellectus.Et ideo subiungit ꝙ illud quod facit unum quodꝙ intelligibilium,componēdo ex intelligibilibus propositiones,hoc est intellectus.Et quia uerum & falsum consistit in compositione,ideo dicitur in sexto metaphysice,ꝙ uerum & falsum non est in rebus sed in mente. Deinde cum dicit.

Quemodo intellectus vnumquodq; Idiuisibile intelligat.

Cum autē dupliciter indiuisibile dicatur, aut potentia aut actu nihil prohibet intellectum,cum longitudinem intelligit,in diuisibile intelligere,& in indiuisibili tempore. Est enim indiuisibilis actu,& tempus perinde atq; longitudo, diuisibile ac indiuisibile est. Non igitur dici potest,quid in utroq; temporis dimidio intelligebat. Nō est. n. (si nō diuisio fiat) nisi potentia. At cū utrūq; seorsum intelligit,diuidit simul & tempus,atque tunc ut longitudines illa intelligit. Quod si lōgitudinem, ut ex utrisq; constantē intelligat,in eo quoq; tempore nimirum ipsam intelligit,quod ex utrisq; pari modo temporibus constat, atque componitur.

K

Tex. 23.

Indiuisibile autem quoniam dupliciter,potētia aut actu est, nihil prohibet intelligere indiuisibile,cum longitudinem intelligat. Indiuisibilis.n. actu est,& in tempore indiuisibili. Similiter enim tempus est diuisibile & indiuisibile longitudini. Non enim est dicere,quid in utroq; dimidio intelligat. Non enim est (nisi diuidatur) nisi in potentia. Seorsum autem utrunq; intelligens dimidiorum,diuidit & tempus simul. Tunc autem ut longitudine. Si uero sicut ex utrisq;,& in tempore qđ in utrisq;.

Determinat de utraq; prædictarum operationū.Et primo de ea,quæ est intelligentia indiuisibilium. Secūdo de ea quæ est compositio & diuisio,ibi ⸗ Est aūt dictio quidē. ⸗ Tertio ponit quoddā quod est cōe utrisq;,ibi ⸗ Idē aūt est ꝑm actū. ⸗ Prima pars diuiditur in tres,ꝑm ꝙ indiuisibile dicitur tripliciter,quot uidelicet modis dicitur & unū,cuius rō ex indiuisiōe est.Dicitur.n.uno mō aliquid unum cū continuitate.Vnde & illud qđ est continuū,indiuisibile dicitur,inq̄tum non est diuisum actu,licet sit diuisibile in potentia.Hoc est ergo,quod dicit,ꝙ cum diuisibile dicatur dupliciter.s.actu,& potentia,nihil prohibet intellectum intelligere indiuisibile,cum intelligit aliquid cōtinuum.s.longitudinem,q̄ est indiuisibilis actu,licet sit diuisibilis potentia. Et ꝓꝓ hoc intelligit eam cum indiuisibili tꝑe,quia intelligit eam,ut indiuisibile. Et hoc est contra opinionem Platonis in primo positā,qui posuit intelligentiam fieri,quasi per motū quendam cōtinuum magnitudinis.Potest ergo intellectus intelligere magnitudinem dupliciter.Vno modo,secundum ꝙ est diuisibilis in potentia,& sic intelligit lineam numerando partē post partē.& sic intelligit eā in tꝑe. Alio mō ꝑm ꝙ est indiuisibilis in actu,& sic intelligit eam, ut unum quid cōstans ex multis partibus,& sic itelligit eā simul.Et iō subiūgit ꝙ sili tꝑs,& longitudo diuidit̄ uel nō diuidit̄, intelligēdo Vnde non est dicere,ꝙ intelligatur ꝑm mediū utriusq; idest ꝙ media pars intelligatur in medio tēporis.Hoc.n. nō esset,nisi linea diuideretur in actu,sed est diuisibilis tā tum in potentia. Si autem utrunq; dimidium lineę seorsum intelligat,tunc diuidit lineā in actu ꝑm intellectū.Vñ & tunc tꝑs simul diuiditur,sicut & longitudo.Si autē intelligat lineam,sicut unum quid constitutū ex duabus partibus,etiam intelliget in tempore non diuiso,sed ꝑm aliquid qđ est in utrisq; partibus temporis.s.in instanti.Et si continuetur consideratio per aliquod aliud tēpus,non diuidetur tꝑs,ut aliud intelligat in una parte temporis,& aliud in alia,sed idem in utraq;. Deinde cum dicit.

Indiuisum tripliciter dicitur,& unū

L

M

Tex.c.47 & inde;

Quod uero non quantitate,sed forma est diuisibile,id indiuisibili tempore,et animæ indiuisibili percipit,atq; intelligit.

N

Per accidens autem,& non hoc sane,quo illa diuisibilia sunt, id quod intelligit,& tempus in quo intelligit,sed hoc quo indiuisibilia sunt. Ineſt.n. & in his indiuisibile quoddā,at fortasse non separabile,quod quidem unum tam tempus ipsum,quā ipsam longitudinem facit. Atq; id omni sane continuo,& tempori,& longitudini similiter ineſt.

Tex. 46

Quod autem non secundum quantitatē indiuisibile est,sed specie,intelligit & indiuisibili tempore,et indiuisibili animæ. Secundum accidens autem,& non inquantum illa diuisibilia, quod intelligit.et in quo tempore,sed inquantum indiuisibilia. Ineſt enim & in his aliquid indiuisibile,sed forte non separabile,quod facit tempus unum,& longitudinem. Et hoc similiter in omni est & continuo,& tempore,& longitudine.

Ponit aliū modū indiuisibilis.Nam dicitur alio modo unū qñ habet speciem unā,& si sit compositum ex partibus non continuis,sicut homo,aut domus,aut etiam exercitus,& huic respondet indiuisibile secundum speciem, Et de hoc dicit hic,ꝙ illud quod est indiuisibile non secundum quantitatem,sed secundū spēm,intelligit aīa tēpore indiuisibili,& per indiuisibilem aīæ partem, non ꝙ intellectus intelligens sit aliqua magnitudo,ut Plato posuit.Et licet illud qđ est indiuisibile specie habeat aliquā diuisionem in partibus,tamen illa diuisa intelligit ꝙ accidens,non inquantū sunt diuisibilia,& ex parte eius quod intelligit̄,& ex parte temporis,sed inq̄tū sunt indiuisibilia,quia in partibus diuisis etiam in actu,est aliquid indiuisibile.s.ipsa species,quam intellectus indiuisibiliter intelligit.Sed si intelligeret partes,ut diuisas,puta carnem per se.& os per se,& sic de aliꝭ, tunc non intelligeret in tempore indiuisibili.Vult autem Philosophus consequenter ostendere similitudinem huius modi ad primum modū.Sicut enim in hoc modo est aliquid indiuisibile.s.species,quę facit omnes partes totius esse unum,sic forte in continuis est aliquid inseparabile.s.indiuisibile, quod facit tempus esse unū,& longitudinem unam,siue hoc dicatur esse punctum in longitudine,& instans in tempore,sicut ipsa species longitudinis,aut temporis.Sed in hoc differt,ꝙ istud indiuisibile est similiter in omni continuo & tempore,& longitudine,sed indiuisibile quod est species, non est similiter in omnibus habentibus speciem,quia q̄dam componuntur ex partibus homogeneis,quædam ex partibus heterogeneis,& ex his dissimiliter. Deinde cum dicit.

O

P

Punctum autem,omniſq; diuisio,& id,quod est sic indiuisibile,perinde,atq; priuatio cognoscitur,manifestumq; euadit. Similis esse uidetur,& in aliꝭ ratio. Hoc.n. modo malum cognoscit,atq; etiam nigrum. Contrarium nanq; quodammodo cognoscit.Id autem quod cognoscit, potentia nimirum esse,et in ipso potentiam ineſſe oportet. Quod si causarum alicui nullum sit omnino contrarium,illa seipsam profecto cognoscit,et est actus,& etiam separabilis.

Lectio. 11

Punctum autem,& omnis diuisio,& sic indiuisibile,monstratur sicut priuatio. Et similis ratio in aliꝭ est,ut q̄uo malū cognoscit,aut nigrum. Cōtrario.n. aliquo mō cognoscit. Oportet autem potentia esse cognoscens,& unum esse in ipso. Si uero alicui causarum non ineſt contrarium, ipsa cognoscit seipsam,& actu est,& separabilis.

Q

Prosequitur de indiuisibili tertio modo dicto Videt.n. unum esse,quod est penitus indiuisibile,ut punctus & unitas,& de hoc ostendit nunc quō intelligitur,dicens, qđ punctum,quod est quoddam signum diuisionis inter partes lineæ,& omne quod est diuisio inter partes continui, sicut instans inter partes temporis,& sic de aliꝭ,& omne quod est sic indiuisibile in potentia & actu ut punctus ⸗ mōstraē ⸗ .i.manifestaē intellectui ⸗ sicut priuatio ⸗ .i. per

A

per priuationem continui & diuisibilis . Cuius ratio est, quia intellectus noster accipit a sensu, & deo ea cadunt prius in apprehensione intellectus nostri,q̄ sunt sensibilia & hmōi sunt magnitudinem habētia,uñ punctus, & unitas non diffiniunt̄,nisi negatiue.Et inde est etiam ,ꝙ oia q̄ transcendunt hæc sensibilia nota nobis,non cognoscū tur a nobis,nisi ꝑ negationē,sicuti de substātiꝭ separatis cognoscimus,ꝙ sunt immateriales & incorporeę,& alia hmōi.Et similis rō est in aliꝭ,q̄ cognoscuntur ꝑ oppositū,ut qñ cognoscit intellectus malū,aut nigrum, quæ se habent ad sua opposita,ut priuationes,semper.n.alterum contrariorū est,ut imperfectū,& ut priuatio,respectu alterius,Et subiūgit quasi rñdens,ꝙ intellectus cognoscit utrunq; istorum aliquo modo,suo contrario.s.malū per bonum,& nigrum per album. Oportet autem,ꝙ intellectus nr̄,qui sic cognoscit unū contrariorum per alterum sit in potentia cognoscens,& ꝙ in ipso sit species unius oppositi ꝑ quam aliud cognoscat,ita ꝙ qñq; sit in ipso spēs albi,& qñq; spēs nigri.ut ꝑ unū possit cognoscere alterū.Si autem est aliquis intellectus,cui non ineſt unum contrariorū,ad cognitionem alterius,tunc oportet ꝙ talis intellectus cognoscat seipsum primo,& ꝑ seipsum cognoscat alia,& ꝙ sit semper in actu,& sit penitus separabilis a materia,etiam secundum esse,ut ostensum est de intellectu Dei in.12. Metaphysicæ. Deinde cum dicit.

B

Tex.41 & 51.

Est autem dictio quidem,quippiam de quoppiam, quemadmodum affirmatio Atque omnis est uera,uel falsa. At intellectus non omnis,sed qui est ipsius quid est ad formam accommodati,est uerus,& non quippiam de quopiam dicit.Sed ut iusto proprij ipsius est uera.Si uero album hominem esse dicat, non semper est uera.Sic seſe habent ea,quæ sine materia sunt.

Tex.c.5

Est autem dictio quidem,aliquid de aliquo,sicut affirmatio & uera,aut falsa,omnis,Intellectus autem non omnis sed qui est ipsius quid est,secundum hoc q; aliquid erat esse,uerus est, & non aliquid de aliquo,sed sicut uidere proprij uerum est.Si autem homo album,aut non,nō uerum semper.Sic autem se habent quæcunque sine materia sunt.

Determinat de secū da operatione intellectus,q̄ est cōpositio.& diuisio.Et dicit ꝙ dictio qua dicit intellectus aliquid de aliquo sicut contingit in affirmatione,semper est aut uera,uel falsa.Sed intellectus non semꝑ est uerus, aut falsus,qa intellectus est incōplexorū,qui neq; uerus aut falsus est,quātum ad id,quod intelligitur. Veritas.n. & falsitas consistit in quadam adæquatione,uel comparatione unius ad alterum quę quidem est in compositiōe uel diuisione intellectus.Non aūt in intelligibili incōplexo.Sed,licet ipsum itelligibile incōplexū non sit neq; uerū neq; falsum,tñ intellect⁹ intelligēdo ipsum,uer⁹ est,inq̄tū adæquaē rei intellectæ.Et iō subdit,ꝙ intellectus,qui est ipsius qđ est,sc̄m hoc qđ aliquid erat esse.s.sc̄m ꝙ intelligit qđ est res,uer⁹ est sp.& nō sc̄ūdum ꝙ intelligit aliquid de aliquo.Et huius rōnē assignat,qa quod qđ est,est primū obiectū intellectus,unde sicut usus nunq̄ decipitur in ꝓprio obiecto,ita neq; intellectus in cognoscendo qđ qđ est.Nam intellectus nūq̄ decipiē in cognoscēdo quod qđ est hō.Sed sicut uisus non sp uerus est in iudicando de his,q̄ sunt adiuncta ꝓprio obiecto, puta si albū est homo,uel non,sic intellectus non sp est uerus in cōponendo aliquid alicui.Sic.n.se habent in intelligēdo substantiæ separatæ(si penitus sunt sine materia)sicut cū nos intelligimus quod quid est , & iō in earū intellectu non contingit esse falsum.Sciendum tamen est,ꝙ in cognoscendo quodqđ est,contingit esse deceptionē ꝑ accidens,dupliciter rōne cōpositionis intereuenięntis. Vno mō ꝓut diffinitio unius rei est falsa ad aliā rē,sicut diffinitio circuli est falsa ad triangulū.Alio mō,ꝓut partes diffinitionis non cohærent sibi inuicem,& tunc diffinitio est falsa simpliciter,ut si aliquis ponat in diffinitione alicuius animalis in sensibile,unde in illis,in quorum diffinitione nulla est compositio,non contingit esse deceptionem,sed oportet ea uel intelligere uere , uel nullo mō , ut dicitur in 9.Metaphysicæ. Deinde cum dicit

C

D

E

Lectio 13 Tex.c 12.

Scientia aūt ea quæ est actu,est idem quod res,ea uero quæ est potentia,in uno prior est tempore. Simpliciter autem , neque tempore. Sunt.n.uniuersa quæ fiunt,ex eo quod actu est.

Idem autem est secundum actum scientia,rei:quæ uero secūdum potentiam,tempore prior est in uno,omnino autem,neq; tempore:fiunt.n.ex actu ente,omnia quæ fiunt.

Tex.c 17

Resumit quoddam quod supra dictum est,de intellectu secundum actum,eo ꝙ nūc etiam de actu intellectus locutus est,& dicit quod scientia secundum actū est idē rei scite secūdū actū,& ꝙ scia q̄ est ꝑm potētiā,est ī uno, & eodē prior tꝑe,sed ultr,neq; est tꝑe prior qa oia q̄ sunt in actu,fiunt ex ente in actu,& hoc supra expositum est.

Sensibile autem ad actum ex potentia sensitiuum ipsum deducere,actuque uidetur efficere. Non enim patitur,ac alteratur Quapropter alia quædam est hæc species motus. Nam motus actus est imperfecti. At actus simpliciter,qui quidē est rei perfectæ,alius est omnino,diuersus ab illo.

Tex.c.20.

F

Videtur uutem sensibile ex potentia existente sensitiuo actu agens. Non enim patitur,neque alteratur. Vnde alia hæc species motus. Motus.n.imperfecti actus.Simpliciter autē actus, alter est,qui perfecti.

Tex.c.18

Lectio. XII.

POSTQVAM Philosophus determinauit de intellectu ꝑm se,hic determinat de intellectu ꝙ cōparatione ad sensum.Et circa hoc duo facit.Primo, oñdit qualis sit motus sensus.Secūdo.assimilat motū intellectus motui sensus,ibi ⸗ Sentire quidē igitur. ⸗ Dicit ergo primo, ꝙ sensibile uidetur faciens in actu partem sensitiuam, ex eo ꝙ erat in potentia.Non.n.sic agit sensibile in sensum,sicut contrarium in suum contrariū,ut aliqd ab eo abiciat trāsmutādo,& alterādo ipsum,sed solū reducit eū de potentia in actum . Et hoc est quod subdit,quod sensitiuū, neq; patitur,neq; alteratur a sensibili,passione , & alteratione ꝓprie accepta,secūdum.s.quod est ex contrario in contrariū.Et qa motus , q̄ est in rebus corporalibus , de quo determinatum est in libro Physic. est de cōtrario in contrariū, manifestū est quod sentire,si dicaē motus,est alia spēs motus ab ea,de qua determinatū est in lib.Phy. Ille.n.motus est actus existentis in potētia , qa uidelicet recedens ab uno contrario,q̄diu mouet̄,nō attigit alterū, contrariū qđ est terminus motus,sed est in potentia ad ipsum.Et quia oē qđ est in potentia,inquantum hmōi, est imperfectum,iō ille motus est actus imperfecti Sed iste motus est actus perfecti, est.n.operatio sensus iā facti in actu,per suā spēm.Nō.n.sentire cōuenit sensui,nisi ī actu exñti,& iō iste motus simplr est altera motu physico.Et hmōi motus dr̄ ꝓprie operatio,ut sentire & intelligere,& uelle.Et ꝑm hūc motū aīa mouet seipsam,ꝑm Plat.inquātum cognoscit,& amat seipsam. Deinde cum dicit.

G

H

Sentire igitur,ipsi dicere solum,aut molestum discernit,quasi affirmauerit,aut negauerit,tum persequitur,aut fugit,atque delectari,aut dolere,est operari ipsa medietate sensus ad bonum, aut malum,ut talia sunt,& fuga , & appetitus , qui est actu,hoc sunt.Et non aliud est appetitiuum,aliud fugitiuum , nec alia sunt ista a sensitiuo, quāquam ipsorum ratio non est eadem, sed diuersa.

Sentire igitur simile est ipsi dicere solū.et intelligere. Cum aūt delectabile,aut triste,ut affirmās aut negās,ꝓsequitur,aut fugit.Et ē delectari et tristari,agere sensitiua medietate,ad bonū aut malū inq̄tū talia,et fuga,et appetitusq; sc̄m actū hoc

Tex.c.39

Universidad de Deusto

I *sunt. Et non est alterum, appetitiuum & fugitiuum, neq; abinuicem. neq; a sensitiuo, sed esse alterum est.*

Motus sensus et intellectꝰ i quo cõuenit.

Assimilat motũ intellectus, motui sensus. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter procedit motus in sensu. Secundo ostẽdit ꝙ similiter procedit in intellectu ibi ⁊ Intellectiuę autem. ⁊ Dicit ergo primo ꝙ cum sensibile reducatur in actum sensitiuum, sine passione & alteratione, sicut de intellectu supra dictum est, manifestum est ex dictis, ꝙ ipsum sentire est simile ei quod est intelligere ita tamen ꝙ quando est solum sentire. i. apprehendere & iudicare secundum sensum, hoc est simile ei, quod est solum dicere & intelligere. quãdo. s. intellectus iudicat aliquid, & apprehendit. quod est dicere, quia simplex apprehensio, & iudicium sensus assimilatur speculatiõi intellectus. Sed qñ sensus sentit aliqd delectabile aut triste, quasi affirmans & negans, id quod sensu percipitur, esse delectabile aut triste, tunc prosequitur pet appetitum. i. desiderat, aut fugit. Et dicit signanter ⁊ aut affirmans aut negans ⁊ quia facere affirmationem & negationem, est proprium intellectus, ut supra dictum est. Sed sensus facit aliquid simile huic, quando apprehendit aliquid ut delectabile & triste. Et ut sciatur quid sit delectari & tristari, subiungit ꝙ delectari & tristari ẽ agere sensitiua medietate. i. actio quædam sensitiuæ uirtutis, quę dicitur medietas, inquantum sensus communis comparatur ad sensus proprios, ut quoddam medium, sicut centrum comparatur ad lineas terminatas ad ipsum. Non autem omnis actio sensitiuæ partis est delectari & tristari. sed ꝙ est respectu boni uel mali, inquantum huiusmodi. Nam bonum sensus. s. quod est ei conueniens, causat delectationem, malum aũt quod est repugnãs & nociuum, causat tristitiam. Et ex hoc qđ est tristari uel delectari, sequuntur fuga & appetitus. i. desiderium. quæ sunt secundum actum. Patet igitur ꝙ motus sensibilis in sensum procedit quasi triplici gradu. Nã primo apprehendit ipsum sensibile, ut conueniens uel nociuũ. Secundo ex hoc sequitur delectatio & tristitia. Tertio aũt sequitur desiderium uel fuga. Et quamuis appetere, uel fugere uel sentire, sine diuersi actus, tamen principium eorum est idem subiecto, sed ratione differt. Et hoc est quod subiungit ꝙ appetitiuum & fugitiuũ. i. pars animæ quæ fugit & desiderat, non sunt altere subiecto, neq; abinuicem, neq; a parte sensitiua. sed esse aliud est. i. differunt ratione. Et hoc dicit contra Platonem qui ponebat in alia parte corporis organum appetitiui, & in alia organum sensitiui. Deinde cum dicit.

Tex.cõ 4 & 5.

Tres gradus in cognitiõe sentiẽdi.

L

Animæ autem quæ principium est ratiocinandi, ipsa phantasmata, perinde atq; sensibilia sensui ipsi subiiciuntur, atque cum bonum aut malum esse dicit, affirmando aut negando, tũ fugit aut persequitur. Quapropter ipsa anima sine phãtasmate nunquam intelligit.

Alia nunqꝫ absq; phãtasmate intelligit. Tex.c 30

Intellectiuæ autem animæ, phantasmata ut sensibilia sunt. Cum autem bonum aut malum, Affirmat aut negat, & fugit aut prosequitur. Propter quod nunquam sine phantasmate intelligit anima.

M

Assimilat processum motus in intellectu, ad id qđ dictum est circa sensum. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit quomodo habet se circa sensibilia, Secundo quomodo se habet ad ea ꝙ sunt a sensibilibus separata. ibi ⁊ Abstractione autem. ⁊ Circa primum duo facit. Primo ostẽdit quomodo intellectus se habet circa sensibilia in agendo. Secundo comparat intellectum actiuum ad speculatiuum. ibi ⁊ Vt omnino in actione. ⁊ Circa primum duo facit. Primo assimilat processum intellectus processui sensus. Secundo manifestat similitudinem. ibi ⁊ Sicut enim aer. ⁊ Dicit ergo primo ꝙ phantasmata se habent ad intellectiuam partẽ animæ, sicut sensibilia ad sensum. Vnde sicut sensus mouetur a sensibilibus ita intellectus a phãtasmatibus. Et sicut cum sensus apprehẽdit aliquid sicut delectabile uel triste, prosequitur illud, aut fugit, ita etiam cum intellectus apprehẽdit aliquid, affirmans uel negãs esse bonum uel malum, fugit aut prosequitur. Ex ipso autem modo loquendi Arist. duplex est attendenda differẽtia inter intellectum & sensum, quia in sensu erant tria. Nam ex apprehensione boni uel mali, non statim sequebatur desiderium uel fuga sicut hic circa intellectum sed sequebatur delectatio & tristitia, & ex hoc ulterius desiderium & fuga. Cuius ratio est, quia sicut sensus non apprehendit bonum uniuersale, ita appetitus sensitiuæ partis non mouetur a bono uel malo uniuersali, sed a quodã determinato bono, quod est delectabile secundũ sensum, & quodã determinato malo, qđ est cõtristãs ſm sensum. In parte autem intellectiua est apprehensio boni & mali uniuersalis, unde & appetitus intellectiuæ partis mouetur statim ex bono uel malo apprehenso Secunda differentia est ꝙ de intellectu dicit simpliciter quod affirmat uel negat sed de sensu qđ quasi affirmat uel negat. Cuius ratio ex dictis patet. Ex hoc aũt qđ dixerat, cõcludit ulterius, quod si phantasmata se habent ad animam intellectiuam sicut sensibile ad sensum, sicut sensus non potest sentire si ne sensibili, ita anima non potest intelligere sine phãtasmate. Deinde cum dicit.

N

Duplex differẽtia inter intellectũ & sensum dissimilitudo.

O

Fit autem et hic, perinde ut ibi Nam aer quidem pupillam talem efficit: ipsa autem aliud: & auditus simili modo. Ipsum uero ultimum, unum quidẽ est, & medietas, una & ipsius plures sunt rationes, quo uero dijudicat, atq; discernit calidum a dulci differre, dictum & prius est, & nunc etiam dicendũ. Est enim unum quid ipsum, & ita unum, ut terminus. Atq; hæc ipsa unum sunt, aut similitudine rationis, aut numero, quem habent ad utrunq;, ut illa inter sese habent. Quid enim interest, si quonam pacto discernit aut ea quæ sub eodem genere collocantur, aut cõtraria, dubitemus ut album, ac nigrum. Si igitur ut est. a. quod est album, ad. b. quod est nigrum, sit. c. ad. d. quare mutuo ordine comparationem etiam eorundem uere facere licet. Si igitur. c. d. sint unum, ipsa profecto sese habebunt perinde atq;. a. b. ut sint idem & unum. Non eandem autem habebunt rationem & illa simili modo. Eadem erit omnino ratio, & si. a. quidem sit dulce. b. uero album.

P

Tex. c. 31.

Sicut enim aer pupillam talem facit, ipsa autem alterum, et auditus similiter. Sed ultimum, unum est & una medietas, esse autem ipsi plura. Quo autem discernit, quo differt dulce et calidum, dictum est quidem et prius, dicendum autem et nunc. Est enim aliquid unum, sic autem ut terminus. Et hæc in proportionali, aut numero ens unum habet se ad utrunque, sicut illa adinuicem. Quid enim differt, non homogenea iudicare, aut cõtraria, ut album et nigrum? Sit igitur sicut. a. album, ad. b. nigrum. g. ad. d. sicut illa adinuicem, quare et permutatim. Sicut igitur. g. d. uni insunt, sic se habebunt, sicut et. a. b. idem quidẽ, esse autem non idem: et illud similiter. Eadem autem ratio est, et si. a. quidem dulce sit. b. uero album.

Tex.c.32

Tex.c.33

Tex.c.34

Q

Manifestat similitudinem positam. Et primo ꝯitum ad hoc quod dixit, quod intellectiue aĩæ phantasmata sunt ut sensibilia. Secundo quantum ad hoc quod dixit, qđ cũ bonum aut malum affirmat aut negat, fugit aut prosequitur. ibi. ⁊ Species quidẽ igitur. ⁊ Dicit ergo primo quod aer immutatus a calore, facit pupillam huiusmodi. i. facit eam aliqualem, imprimens in eam speciem coloris, & ipsa. s. pupilla sic immutata immutat alterum. s. sensum cõmunem, & similiter auditus immutatus ab aere immutat sensum communem. Et licet sensus exteriores sint plures tamen

A tamen ultimũ ad qđ terminant immutationes horũ sensuum, est unũ, ga est quasi quædã medietas una inter oẽs sensus, sicut centrũ ad quod terminantur oẽs lineæ, quasi ad unũ mediũ. Et ꝯuis sit unũ subiecto illud mediũ omnium sensuũ, tñ esse ipsius est plura. i. rõ ipsius diuersificat ſm ꝙ ad diuersos sensus cõparat. Et hoc est quo discernit aĩa, in quo differat dulce & calidũ de quo dictum est prius, cũ de ipso ſm se agebat, & nunc etiã dicendũ est de ipso ꝙ cõparationẽ ad intellectũ qa est aliqd unũ respectu oium sensibiliũ, sicut intellectus est terminus omniũ phãtasmatum. Et sicut ex parte illa erãt plura, q̃ dijudicabant ab uno, ita & hic ex parte intellectus se hñt in quodã mõ ꝓportionabiliter ridet uni dijudicãti circa sensibilia, aut ẽt est similitudo ꝯtum ad numerũ dijudicatorũ. Iste. n. inꝯtum terius qui est intellectus ens unũ se habet ad utrasq; inter q̃ discernit sicut illa se habebãt adinuicẽ i. sicut se habebat unus sensus cõis ad diuersa sensibilia iter q̃ discernebat. Et non differt si accipiamus cã exempli, uel non homogenea. i. diuersa sensibilia nõ unius gñis, sicut albũ qđ est in gñe coloris & dulce qđ est in gñe saporis, inter q̃ sensus cõis discernit, aut si accipiamus contraria, ut albũ & nigrũ, q̃ sunt unius gñis, ga inter utrasq; sensus cõis discernit. Accipiamus ergo. a. loco albi, &. b. loco nigri: ut sic sẽt. a. albũ, ad. b. nigrũ, sicut. g. ad. d. idest sicut phantasia albi, ad phantasiam nigri quare & secundum ꝓmutationem proportionum. a. se habet ad. g. sicut b. ad. d. i. albõ ad phantasma albi, sicut nigrũ ad phantasma nigri, & sic se habet intellectus ad. g. & ad d. s. ad phantasma albi & nigri, sicut se habet sensus ad. a & b. i. ad album & nigrum. Si igitur. g. & d. i. phantasmata albi & nigri sunt inexistẽtia uni. i. iudicãtur ab uno intellectu sic se habebunt, sicut. a. &. b. i. albũ & nigrum, quæ iudicant ab uno sensu. Ita ꝙ sicut sensus dijudicans hæc duo erat unũ subiecto, differens ratione ita erit de intellectu. Et eadem ratio est, si accipiamus non homogenea, ut scilicet. a. sit dulce, &. b. sit album. Deinde cum dicit.

B

Intellectiuum igitur ipsas formas in phantasmatibus ipsis intelligitur. Et ut in illis ipsi definitũ est id quod fugiẽdum est uel sequendum, sic & sine sensu, cum in phãtasmatibus est, mouetur. Sentiens. n. signum face datum ignem esse, uidensq; ipsum communi sensu agitari motu cognoscit hostẽ accedere. At nonnunquam hisce quæ sunt in anima phantasmatibus aut mẽtis conceptibus, quasi uidens ad ea quæ sunt præsentia ratiocinatur, atq; deliberat de futuris. Et cũ hic dixerit rem esse quæ uolupt atem aut dolorem affert, tũ fugit aut persequitur.

Species quidem igitur intellectiuum in phantasmatibus intelligit. Et sicut in illis determinatũ est ipsi imitabile & fugiendum, sic & extra sensum, cum in phantasmatibus fuerint, mouetur. Vt sentiens quod fugibile est, quia ignis, cõmuni cognoscit. uidens id quod mouetur, quoniam impugnans est. Aliquãdo autem ijs quæ sunt in anima phantasmatibus aut intellectibus, tanquam uidens ratiocinatur: & deliberat futura, aut præsentia. Et cum dixerit esse ibi lætum aut triste, tunc fugit, aut imitatur.

D

Manifestat quod dixerat supra ꝙ cũ intellectus affirmat uel negat bonum aut malum fugit aut ꝓsequitur, cõcludens ex prædictis, ꝙ pars animæ intellectiua intelligit species a phantasmatibus abstractas. Et sic intellectui determinatur aliquod imitabile & fugiendũ in illis. s. in sensibilibus, cũ præsentia fuerint ita & modo ad imitandum uel fugiendum cũ fiunt in phãtasmatibus extra sensum. i. cum representantur, phantasmata in absentia sensibilium. Et ponit exemplum de utroq;. Et primo qñ mouetur ad presentiam sensibilium, sicut homo sentiens aliqd quod fugiendum est. i. aliquod terribile puta fremitũ aliquem, sicut cum uidet ꝙ ignis est accensus in ciuitate, uidens ignem moueri, cognoscit ⁊ communi ⁊ ideſt aliqua potentia communi dijudicatiua, uel ⁊ communi ⁊ ideſt ab eo qđ cõiter accidere solet cognoscit inquã qm̃ sunt prælia, uel quoniã est aliquid pugnans, & sic mouetur aliquando intellectus ad fugiendum uel imitãdum ex sensibili præsente. Aliquando aũt ex phantasmatibus, aut intelligibilibus q̃ sunt in anima ratiocinatur & deliberat futura aut p̃sentia, tanquam si actu uideret. Et cũ iudicat aliquid esse lętum uel triste, fugit hoc aut imitatur, ut ibi qñ mouebatur a præsenti sensibili. Deinde cum dicit.

E

Et omnino aliquid agit: ipsum etiam uerum ac falsum, quæ sine actione sunt, in eodem genere sunt, in quo sunt bonum ac malum. Sed absolute differunt, atque cuiusdiam ratione.

Et omnino in actione & quod sine actione est uerũ & falsum, in eodem genere est cum bono & malo. Sed in eo quod simpliciter differt & quodam.

Comparat cognitionem intellectus practici & speculatiui, dicens ⁊ ꝙ uerũ & falsum ⁊. i. uera & falsa cognitio intellectus ⁊ in actione ⁊. i. ſm ꝙ pertinet ad intellectũ practicũ ⁊ & sine actione ⁊. i. ſm ꝙ pertinet ad intellectũ speculatiuũ, est in eodẽ genere, siue illud genus sit bonũ siue malũ. Qđ põt dupliciter intelligi. Vno mõ sic, ꝙ res intellecta uel practice uel speculatiue qñꝙ est bona quã docẽs est mala. Neq; diuersificat pp hoc genus rei, ꝙ consideratur speculatiue uel practice. Alio modo potest intelligi ꝙ ipsa cognitio uera est quoddã bonũ intellectus siue speculatiui, siue practici. Et ipsa cognitio falsa est quãdam malũ intellectus, siue speculatiui, siue practici. Non ergo intendit comparare uerum & falsum, bono & malo ſm conuenientiã generis, sed uerum & falsum, qđ est in actione, uero & falso qđ est sine actione. Et hoc patet ex differentia quam subdit dicens, quod differt. s. quod est in actione, & qđ est sine actiõe, in eo qđ est simplr, & quodam. Nam intellectus speculatiuus cõsiderat aliquod uerum esse, uel falsum in uniuersali, quod est considerare simpliciter. intellectus autem practicus applicando ad particulare operabile, quia operatio in particularibus est. Deinde cum dicit.

F

G

Quomodo intellectus Mathematica intelligat.

At uero res eã, quæ uocitantur ob abstractionem abstractæ, hoc pacto intelligit. Nam ut si quispiam simitatem, non ut est simitas, quo quidem pacto percipi separata nõ potest, sed ut concauitas est, intelligeret actu sine ea cum ipsam intelligeret, carne in qua concauitas est sic cum res intelligit mathematicas, tum non separatas ipsas ut separatas intelligit. Omnino autem is intellectus qui actu intelligit, res ipsæ uti diximus est.

Tex. c. 35.

Abstractione autem dicta intelligit: sicut simum, quatenus simũ non separate, inꝯtum aũt curuum, si intellexit, actu, sine carne intellexit, in qua curuũ est, sic mathematica, nõ separata tanquam si separata sint intelligit, cum intelligat illa. Omnino autem intellectus secundum actum intelligens, res est ipsæ.

Tex. c. 36

H

Quia dixerat Pbs ꝙ nequaq̃ sine phantasmate intelligit aĩa, phãtasmata aũt a sensu acipiunt, uult ostendere qũo intellectus nõ intelligit ea, q̃ sunt a sensibus separata. Et circa hoc duo facit. Prio ostẽdit qũo intelligit mathematica, q̃ a materia sensibili abstrahunt. Secõ inquirit utrũ itelligat ea q̃ sunt ſm eẽ a materia separata. ibi ⁊ Vtrũ aũt contingat. ⁊ Circa primũ considerandũ est, qđ eorũ, q̃ sunt in rebus coniuncta, cõtingit unũ sine altero intelligi, & uere, dũmodo unũ eorũ nõ sit in rõne alterius. Si. n. Socrates sit musicus & albus, possum intelligere albedinẽ, nihil de musica intelligendo. Non aũt possum intelligere hoiem, nihil intelligendo de aĩali, quia aĩal est in rõne hominis. Sic ergo separando ſm intellectum quę sunt secundum rem coniunctã, modo prædicto, non contingit

Universidad de Deusto
Biblioteca

falsitas. Si autem intellectus intelligat ea quæ sunt coniuncta, esse separata, esset intellectus falsus: utputa si in p̄dicto exemplo, diceret musicum non esse albū. ea uero q̄ sunt in sensibilibus abstrahit intellectus, non quidē intelligens ea esse separata, sed separatim uel seorsum ea intelligens. Et hoc est quod dicit ꝙ intellectus intelligit ea q̄ sunt dicta per abstractionem s. mathematica. hoc modo sicut dum intelligit simum ſm qđ est simū, non intelligit separate. i. seorsum simū a materia sensibili, ga materia sensibilis. s. nasus cadit in diffinitione simi. Si aūt intellectus intelligit aliquid in actu, in q̄tum est curuum, sine carne intelligit in q̄tum est curuum. Non quidem, ita ꝙ intelligat curuū esse sine carne, sed quia intelligit curuū, nō intelligendo carnē. Et hoc ideo quia caro nō ponit in diffinitione curui. Et sic intellectus intelligit oia mathematica separate, cang̃ si essent separata, q̄uis non sint separata ſm rem. Non aūt sic intelligit naturalia, ga in diffinitiōe naturaliū ponitur materia sensibilis, nō aūt in diffinitiōe mathematicorū. Abstrahit tū circa naturalia intellectus, uniuersale a particulari simili mō, in q̄tū intelligit naturā speciei sine principijs individuantibus, q̄ non cadūt in diffinitione speciei. Et oīno intellectus in actu est res intellecta, quia sicut res in sui rōne hūt materiā, uel nō hūt, sic ab intellectu. p̄cipiunt. Et ga hūc modū abstractiōis Plato nō considerauit, coactus fuit ponere mathematica, & species separatas, loco cuius ad prædictam abstractionē faciendam Arist. posuit intellectum agentem. Deinde cum dicit.

An uero fieri possit, ut aliquam ipse non separatus a magnitudine, separatarum rerū intelligat, necne, considerandum est postea.

Vtrum autem contingit aliquod separatorum intelligere. ipsum existentem non separatum a magnitudine, an non considerandum posterius.

Mouet q̄nem de his q̄ sunt separata a materia ſm eē, dicēs ꝙ posterius cōsiderandū erit, utrū contingat intellectū nostrū nō separatū a magnitudine i. a corpe intelligere aliqd separatorū. i. aliquā sub̄am separatā. Hęc. n. qō hic determinari nō potuit, ga nōdū erat manifestū, eē aliquas sub̄as separatas, nec q̄, uel quales sint. Vū hæc qō p tinet ad metaphysicū, nō tñ inuenīt ab Arist soluta, quia cōplemētū illius sciæ nōdū ad nos puenit, uel ga nōdū ē totus liber trāslatus, uel ga forte p̄occupatus morte non cōpleuit. Cōsiderandū tamē est ꝙ intellectum hic dicit non separatū a corpe, in q̄tū est potētia q̄dā aię, q̄ ē actus corporis. Supra tñ dixit eū a corpore separatum, quia nō habet aliquod organū deputatum suæ operationi.

Nunc autem ea, quæ de anima dicta sunt, quasi ad quædam capita redigentes: rursus dicamus, animam ipsam ea uniuersa quodammodo esse, quæ sunt. Nam ea quæ sunt, aut intelligibilia sunt, aut sensibilia sunt. Atq; scientia quidem est res hæc quodammodo, quæ sub ipsam scientiā cadunt, sensus autem ipse. sensibiles. Verū quo pacto id ita est, quæratur oportet. Scinditur igitur in ipsas res, scientia atq; sensus. Is quidem qui est potentia, in res potentia tales, is uero qui est actu, in actu similiter tales, & scientia pari mō. Sensitiuum autem animæ, & id quod scientijs affici potest hæc potentia sunt, hoc quidem, id q̄ sub scientiam cadit illud uero, sensibile.

Nunc autem de anima dicta recapitulantes dicamus iterum q̄, omnia ea quæ sunt, quodāmodo est anima, aut enim sensibilia quæ sunt, aut intelligibilia. Est autem scientia quidem, scibilia quodammodo sensus autem sensibilia. Qualiter autem hæc sint oportet inquirere. Secatur. n. scientia & sensus in res, quæ quidem potentia est, in ea quæ sunt potentia, quæ uero actu, in ea quæ sunt actu. Animæ autem sensitiuum, & quod scire potest. potentia hæc sunt: hoc quidem scibile, illud uero sensibile.

Lectio. XIII.

POSTQVAM Philosophus determinauit de sensu & intellectu. Nunc p̄ ea quę de utraq; dicta sunt ostendit quid de natura animę sit sentiēdū. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit ꝙ natura animæ est quodammō sicut antiqui credebāt, & quodāmō aliter. In secūda ostendit dep̄endentiam intellectus a sensu ibi. ✠ Qm̄ autē neq; res. ✠ Circa primū duo facit. Primo oīdit ꝙ anima quodammō est oīa sicut antiqui dixerunt. Sed̄o dicit ꝙ aliter est oīa, q̄ illi dixerunt ibi ✠ Necesse est aūt. ✠ Dicit ergo primo, ꝙ nunc recapitulantes q̄ dicta sunt de anima ut ex his ꝓpositū ostendamus dicamus ꝙ oīa quodāmō est anima. Oīa. n. quæ sunt, aut sunt sensibilia, aut intelligibilia, aīa aūt ē quodāmō oīa sensibilia, & intelligibilia ga in aīa est sensus, & intellectus siue scia, sensus aūt est quodāmō ipsa sensibilia & itellectus, intelligibilia, siue scia, scibilia. Et qualiter hoc sit oportet inq̄rere. Sensus. n. & scīa indiuidunt in res. i. diuidunt in actum & potentiā quēadmodum & res, ita tñ ꝙ scia & sensus quæ sunt in potentia ad sensibilia & scibilia, se habent ad scibilia & sensibilia, q̄ sunt in potētia, scientia uero & sensus q̄ sunt in actu, ordinantur in sensibilia & scibilia, q̄ sunt in actu, sed tamen diuersimode. Nā sensus in actu & scientia uel intellectus in actu, sunt scibilia & sensibilia in actu Sed potētia aīæ sensitiuę, & id qđ scire pōt. i. potētia intellecti ua, nō est ipsum sensibile uel scibile, sed est id potentia ad ipsa. Sensitiuū quidem ad sensibile, quod autem scire potest, ad scibile. Relinquitur igitur ꝙ anima quodammodo sit omnia. Deinde cum dicit.

Fotmæ rerū nō res ipsæ sunt in aīa.

Atqui necesse est, aut res ipsas, aut formas in anima esse. At nō sunt in ea res ipsæ profecto. Non. n. ipse lapis in anima, sed forma lapidis inest. Quare anima est ut manus, Manus n. instrumentorum, est instrumentum, & intellectus formarum est forma, & sensus itidem, sensibilium forma.

Manus est organū organorum. intellectus est forma formarum

Necesse est autem, aut ipsa, aut species esse. Ipsa quidem igitur non sunt, nō enim lapis in anima est, sed species. Quare anima sicut manus est. Manus enim organum organorum, & intellectus, species specierum, & sensus, species sensibilium.

Ostendit ꝙ alio mō est oīa, q̄ antiqui ponerent, & dicit ꝙ si anima est omnia, necesse est ꝙ sit uel ipsæ res scibiles & sensibiles, sicut Empedo posuit ꝙ terra terrā cognoscimus, & aqua aquā, & sic de alīs, aut sit spēs ipsorum. Non aūt aīa est ipsa res, sicut illi posuerūt, ga lapis nō est in anima, sed spēs lapidis. Et p̄ hunc modū dicitur intellectus in actu, esse ipsum intellectum in actu, in q̄trum spēs intelle ctī, est species intellectus in actu. Ex quo patet ꝙ anima assimilatur manui. Manus enim est organum organorum, quia manus datæ sunt homini loco oīum organorum, quæ data sunt alīs animalibus ad defensionē uel impugnationem, uel cooperimentum. Oīa. n. hęc homo sibi manu p̄parat. Et similiter aīa data est homini loco oīum formarū ut sit homo quodāmō totī ens, inquā tū ſm aīam est quodāmō oīa prout eius aīa est receptiua oīum formarum. Nam intellectus est q̄dā potentia receptiua oīum formarū intelligibiliū, & sensus est q̄dā potē tia receptiua oīum formarū sensibiliū. Deinde cū dicit.

Quantupe re sensi ip so egeni intellectus & quam ob causam.

Cum autem nulla res sit præter magnitudines separata, ut uidetur, res ipsæ sensibiles, in ipsis profecto sensibilibus formis, ipsæ sunt intelligibiles formæ, tum earum rerum quæ abstractæ uocantur, tum eorum etiam sensibilium, quæ sunt habitus, atq; affectus. Iccirco & qui non sentit, nihil discere, uel intelligere potest, & qui contemplatur, necesse est una cum phantasmate contempletur. Ipsa nanq; phantasmata ueluti sensibilia sunt, attamen sine materia.

Quoniam

Quoniā autem res nulla est præter magnitudines, sicut uidetur sensibiles, separata in speciebus sensibilibus intelligibilia sunt, & quæ abstractione dicuntur, & quæcunq;, sensibiliū habitus sunt & passiones. Et ob hoc nihil sentiens, nihil utiq; addiscet, neq; intelliget. Sed cum speculetur, necesse simul phantasma aliquod speculari. Phantasmata. n. sicut sensibilia sunt præterquam quod sunt sine materia.

Quia dixerat ꝙ intellectus est quodāmodo intelligibilis sicut sensus sensibilis, posset aliquis credere ꝙ intellectus non dependeret a sensu. Et hoc quidem uerum esset si intelligibilia nr̄i intellectus essent a sensibilibus separata ſm esse, ut Platonici posuerunt. Et iō hic ostendit ꝙ intellectus indiget sensu: Et postmodū ꝙ intellect⁹ differt a phantasia, q̄ etiam a sensu dependet. ibi ✠ Est aūt phantasma. ✠ Dicit ergo primo ꝙ ga nulla res intellecta a nobis, est præter magnitudines sensibiles, quasi ab eis separata ſm esse, sicut sensibilia uidentur abinuicem separata, necesse est, ꝙ intelligibilia intellectus nr̄i sint in speciebus sensibilibus ſm esse, tā illa q̄ dicuntur per abstractionem. s. mathematica, q̄ naturalia, q̄ sunt habitus, & passiones sensibiliū. Et p̄p̄ hoc sine sensu non potest aliquis homo addiscere quasi de nouo acquirens scientiam, neq; intelligere, quasi utens scientia habita. Sed oportet cum aliquis speculatur in actu, ꝙ simul formet sibi aliqđ phā tasma. Phantasmata. n. sunt similitudines sensibilium. Sed in hoc differunt ab eis quia sunt p̄ter materiā. Nam sensus est susceptiuus specierū sine materia, ut supradictū ē. Phantasia autem est motus factus a sensu ſm actū. Patet aūt ex hoc falsum esse quod Auicenna ponit, ꝙ intellectus non indiget sensu, post q̄ acquisiuit scientiam. Manifestum est. n. ꝙ postquam aliquis acquisiuit habitum sciētiæ, necesse est ad hoc ꝙ speculetur, ꝙ utatur phantasmate, & propter hoc per læsionem organi impeditur usus scientiæ iam acquisitæ. Deinde cum dicit.

Est autem aliud phātasia ab affirmatione negationeue. Verum. n. uel falsum complexione est conceptuum intellectus.

Est autem phantasia alterum a dictione, & negatione. Complexio. n intellectuum est uerum, aut falsum.

Ostendit differentiam inter phantasiam & intellectū Et primo quantū ad operationē communem intellectus quæ est compositio & diuisio, dicens ꝙ phantasia est alterum ab affirmatione, uel negatione intellectus, quia in complexiōe intelligibilium iam est uerū & falsum quod non est in phantasia. Nā cognoscere uerum & falsum est solius intellectus. Secundo ibi.

At mentis primi conceptus quo, quæso, different ut nō phā tasmata sint? At neq; cæteri sunt phantasmata, non tamen sā ne phantasmatibus sunt.

Primi autem intellectus quo different ut non phantasmata sint? An neq; qui phantasmata. sed non sine phantasmatibus.

Inquirit in quo differant primi intellectus. i. intelligentiæ indiuisibilium, cum non sint phantasmata. Et respondet quod non sunt sine phantasmatibus. sed tamē nō sunt phantasmata, quia phantasmata sunt similitudines particularium, intellecta aūt sunt uniuersalia ab indiuiduantibus conditionibus abstracta. unde phantasmata sunt indiuisibilia in potentia, & non in actu.

Cum autem animalium anima hisce duobus st diffinita, discernendi inquam potentia, quod quidem est opus, officiumque mentis, atq; etiam sensus, & insuper etiam mouendi, motu ad locum accommodato, potentia, de sensu quidē & intellectu hoc sint determinata, ac pertractata. Deinceps autem de eo quod mouet, quidnam sit ipsius animæ consideremus oportet, utrum una quædam ipsius sit pars separabilis magnitudine uel ratione, an ipsa anima tota. Et si pars sit aliqua, utrum sit alia quædam propria, præter eas quæ dici solent, & eas quas dixi mus, an istarum aliqua una.

Quoniam autem anima secundum duas diffinita est potentias, quæ animalium est, & discretio quod intelligentiæ opus est, & sensus, & adhuc in mouendo secundum locum motū, de sensu quidem, & intellectu determinata sint tanta. De mouente autem quod forte st animæ, speculandum est utrum una quædā pars ipsius sit, separabilis aut magnitudine, aut ratione, aut omnis anima. Et si pars aliqua, utrum propria quædā sit præter consuetas dici, & dictas aut harum una aliqua sit.

Lectio. XIIII.

POSTQVAM Philosophus determinauit de partibus aīę uegetatiua, sensitiua, & intellectiua. Nunc quarto determinat de parte anima motiua. Et diuiditur in partes duas. In prima dicit de quo est intentio. In secunda p̄sequitur. ibi ✠ Habet aūt dubitationē. ✠ Dicit ergo primo quod ga aīa quæ est animalium, diffinita est etiā ab antiquis Philosophis ſm duas potentias. i. ſm quod habet potentiam ad duo quorū unum est discretio, q̄ fit per cognitionē, q̄ quidē discretio opus est intellectiuæ & sensitiuæ partis, aliud aūt est mouere secūdum locū, de sensu & intellectu sunt tanta determinata, quanta in prioribus habita sunt. Sed nunc speculandum est de alia parte. s. principio mouente, qd aīæ sit. Vtrū. s. sit aliqua pars animæ separabilis ab alīs, uel magnitudine. i. subiecto, ita quod habeat distinctum locum in corpore, ab alīs potētijs, sicut Platonici posuerunt, uel sit separabilis ab alīs animæ partibus, rōne tantū. Aut non sit pars animæ, sed sit tota anima. Et dato quod sit aliqua pars animæ, remanet considerandum utrū sit quædam alia pars animæ præter illas q̄ consueuerunt dici, & præter eas quæ a nobis dictæ sunt, aut est una earum. Deinde cum dicit.

At hic exisit continuo dubitatio, dubitabitque non iniuria quispiam, quonam modo partes animæ & quot oporteat dicere. Nam infinite quodammodo & non hæ solum esse uidentur, quas diuidendo quidam dixerunt, rationis inquam particeps, & irascendi, ac cupiendi principium, uelut alij, rationis particeps, & rationis expers.

Habet aūt dubitationē mox, qūo oportet partes animæ dicere, & quot. Modo. n. quodā infinite uidentur, & non solum quas dicunt quidam, determinantes ratiocinatiuā, & irascibilem, & appetitiuam, hi autē rōnē habentē, & irrōnabilem.

Prosequitur suam intentionem. Et primo p̄ modū disputationis. Secūdo p̄ modum determinationis. ibi. ✠ Videtur aūt hęc duo. ✠ Circa primū duo facit. Primo disputat contra distinctionem potentiarum animę. Secūdo specialiter circa principium motus, quæ pars animæ sit. ibi. ✠ Sed de motu scd̄m locū. ✠ Circa primū duo facit. Primo recitat diuisionē potentiarū aīę, quā quidā ponebant Secundo disputat contra eas. ibi ✠ Scd̄m. n. differētias. ✠ Dicit ergo primo qđ mox in principio huius inquisitiōis habet dubitationē, qūo oporteat distinguere partes aīæ, & quot sunt, ga scd̄m aliquē modum uidentur infinitæ esse. i. nō posse cōprehēdi sub aliquo certo numero. Et hoc uerum esset, si singulis operibus animæ & motibus, quæ sunt ab anima, necesse esset attribuere diuersas partes aīæ & sic uidetur qđ nō sint solū ille partes, quas quidā determinant. s. rōnalē, irascibilē, appetitiuā. i. cōcupiscibilē. Hæc quidē diuisio nō comprehendit oēs aīæ partes, sed solū uires motiuas in homine. Alīj autē distinguunt aīæ uires, p̄ rōnē abentem, & irrationabilē. Sed hæc qdē diuisio licet secundum aliquem modum comprehendat anime partes oēs, nō tamen est propria diuisio partium animæ, secundum quod sunt animæ partes, sed forte solū secundum quod sunt in anima rōnem habente, & sic utitur ea Arist. in. 1. Ethico. Deinde cum dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per differẽtias.n. quibus hasce diuidũt, et separant partes, & aliæ partes esse uidentur, quæ maiorẽ inter seſe, q̃ dictæ distantiam habẽt. Vegetatiua inquã, quæ quidẽ & plãtis, et uniuersis animalibus ineſt, & sensitiua, quam nec ut rõnis expertem, nec ut eiusdem participem quisquam facile ponet.

Secundum enim differentias per quas has separant, & aliæ uidentur partes maiorem his differentiam habentes, de quibus & nunc dictum est. Vegetatiua nimirum quæ & plantis ineſt, & omnibus uiuentibus, & sensitiua, quam neque sicut irrationalem, neque sicut rationem habentem ponet quis utique facile.

Obiecit cõtra prædictas diuisiões multipliciter. Prima obiectio est, q̃ si istæ differentiæ ſm quas diuersificãt aliquæ partes aiæ, sufficiunt ad diuersitatem in partibus aiæ cõstituendã, inueniuntur aliæ partes maiorem differentiã habentes adinuicem, q̃ illæ quæ dictæ sunt, de qbus etiã in hoc libro dictũ est. Pars.n. uegetatiua est i plãtis, & in oĩbus aĩalibus, siue in oĩbus uiuentibus, & sensitiua etiã est in oĩbus aĩalibus, et manifestũ est q̃ uegetatiua et sensitiua plus differũt abinuicẽ, & a rõnali, & cõcupiſcibili, & irascibili, q̃ irascibilis differat a cõcupiſcibili & cũ istę duæ potẽtiæ nõ cõprehendũtur sub illis diuiſionibus. Et q̃ non cõprehendãtur sub prima diuiſione manifestũ est. Patet.n. q̃ neq; uegetatiua neq; sensitiua põt dici esse rõnabilis, uel concupiſcibilis, uel irascibilis. Vnde hoc ꝓtermiſſo probat q̃ hæc non cõprehendãtur sub secunda diuiſione, dicẽs q̃ nõ de facili põt aliqs uel uegetatiuã uel sensitiuã ponere uel irrationalem uel rõnem hãtem. Et qdem q̃ neutra harũ habeat rationem, manifestũ est. Sed q̃ neq; etiã aliqua earum sit irrationabilis, ex hoc manifestũ esse põt, quia irrationabile est, uel quod est contrariũ rationi, uel qđ est natũ habere rationẽ, & nõ habet, quoꝝ neutrũ contingit dictis partibus. Si enim diceret tm̃ negationem rõnis, nõ poſſet poni genus potentiarũ aiæ. Vnde manifestũ uidet q̃ ꝑmiſſę diuiſiones potentiarũ aiæ sint inconuenientes. Secundã rationem ad idem ponit ibi.

Irrationale tripliciter, Contrarie, Priuatiue, Negatiue.

Præterea imaginatiua, quæ rõne quidem ab omnibus est diuersa. Cui uero ſit iungenda, ut ſte idem quod illa, aut aqua est seiungenda, ut sit alia ab illa, magnam dubitationem habet pro facto. Siquis seiunctas animæ partes, separataſq; ponat

Tex. 42

Adhuc aũt & phantastica, quæ secundũ esse qutdẽ ab omnibus altera est. Cui aũt harum eadẽ uel altera ſit, habet multam dubitationem, ſi aliquis ponat separatas partes animæ.

Dicens q̃ pars animę phantastica, q̃ ſm rõnem ab omnibus aliis differt, habet multã dubitationem cũ qua præ dictarum potentiarũ debeat esse eadem uel altera, & præcipue ſi aliquis ponat partes animæ separatas ſubiecto, ſicut aliqui ponebant. Tertiam rationem ponit.

Insuper appetitiua, quæ & rõne, & ui, alia diuerſaq; ſine dubio ab uniuerſis esse uidetur. Absurdum autem est hanc a cæteris diuerſe partibus. Vit.n. & in particípe rõnis, uoluntas, & in ratione uacãte, cupiditas atq; ira. Quod ſi tres in partes diuiditur anima, in unaquaq; ꝑfecto partiũ inerit appetitus.

Adhuc aũt & appetitiua quæ & ratione, & potentia altera uidetur utiq; esse ab omnibus, & incõueniens utique hãc sequeſtrare. In ratiocinatiua, n. uoluntas ſit, & in irrationabili concupiſcentia & ira. Si autem tria in anima, in unoquoq; erit appetitus.

Dicens q̃ uis etiã appetitiua uidetur esse altera rõne et potentia, ab omnibus partibus animæ. Et ſi ſm prædictã diuiſionẽ, partes aiæ ſubiecto diſtinguãtur in rationalem & irrationalem ⸗ inconueniens uidebitur sequeſtrare ⸗.i. diuidere appetitiuã in duas partes ſubiecto differentes. & tamen hoc oportebit ſiquis dicat rationale & irrationale partes aiæ ſubiecto diſtinctas, quia quædã appetitiua est in parte rationabili, id est uoluntas, quædam in parte irrationabili, ſcilicet irascibilis, & cõcupiſcibilis. Et ſiquis distinguat partes animæ in tres ſubiecto diſtinctas, ſcilicet rationalẽ, irrationalẽ et irascibilẽ, sequetur quod in unaquaq; earũ erit appetitus. In rationabili enim est uoluntas, ut dictũ est. Irascibili ineſt appetitus, & ſimiliter concupiſcibili. Erunt igiẽ tres appetitus in anima ſubiecto differẽtes, ſm prędictã diuiſionẽ. Sed quæritur quare in appetitu ſenſitiuo sunt duę potẽtiæ appetitiuę. ſ. irascibilis, & cõcupiſcibilis In appetitu autẽ rationali est unus appetitus tm̃. ſ. uoluntas. Et dicendũ est qđ potẽtiæ diſtinguũtur ſecundũ rationes obiectorum, obiectũ autẽ appetitiuæ est bonum apprehenſum. Alio aũt modo apprehendit bonũ intellectus & ſensus. Nam intellectus apprehendit bonũ ſm uniuerſalẽ rationẽ boni, ſensus aũt apprehendit ſub determinata ratione boni. Et ideo appetitus q̃ sequiẽ apprehenſionẽ intellectus est unus tm̃. Appetitus aũt q̃ sequũtur apprehẽſionẽ ſensus diſtinguuntẽ ſm diuersam rationẽ boni apprehenſi. Nã aliqd apprehensum ꝑ ſensum, hẽt rõnẽ boni appetibilis, inq̃tũ est delectabile ſm ſensum, & ad hoc bonũ ordinat cõcupiſcibilis. Aliqd aũt hẽt rõnẽ boni & appetibilis, inq̃tũ ꝑficitur delectabilibus, quaſi hũs facultatẽ ad libitũ utendi eis, & ad hoc ordinatur irascibilis, q̃ est quaſi ꝓpugnatrix concupiſcibilis. Et inde est qđ animalia non irascuntur, neque pugnant niſi propter delectabilia i. ꝓp cibos & uenera, ut dr̃ in .c. de hiſtorijs aĩaliũ. Et ꝓp hoc oẽs paſsiones irascibilis incipiunt a paſsionibus cõcupiſcibilis, et terminanr̃ in eis. Ira.n. a triſtitia cõmouet & in delectatione finitur. Irati.n. puniendo delectant. Et ꝓp hoc quidam dicunt quod obiectum irascibilis est arduũ, qđ autẽ a qbuſdã dr̃, qđ irascibilis ordinat ad fugã mali, nullã oĩno habet rõnem. Eadẽ.n. est potẽtia cõtrariorũ, sicut uiſus albi & nigri. uñ bonũ & malũ nõ ꝓpt diuersificare potentiã appetitiuã. Et ꝓp hoc sicut amor boni ꝑtinet ad cõcupiſcibilem, ita odiũ mali, ut dicit Pbs. in. 9. Ethi. & spes de bono, & timor de malo pertinent ad irascibilem. Quartam rationem ponit ibi.

Sed ut redeamus unde digreſſi sumus, quid est id qđ mouet ipſum animal loco de quo nec diſputatio noſtra ẽ inſtituta. Motu nãq; eo, quo incremẽta, decremẽtaq; ſuſcipiuntur, qui q̃ oĩbus animãtibus ineſt, id mouere sane uidetur, qđ uniuerſis est eiſdẽ principium inquam generandi, ac nutriendi. De reſpiratione aũt, expirationeue & ſomno, atq; uigilia posterius cõſiderare oportet. Nãet hæc ipſa magnam dubitationem difficultatemq; habent.

Sed iã de quo nunc ſermo inſtat agamus mouens ſecundum locũ animal, est. Motum.n. ſecundum augmentiũ & decremẽtiũ id quod omnibus ineſt uidebitur utiq; mouere, generatiuũ & uegetatiuum. De reſpiratione autem, & expiratione et ſomno & uigilia posterius perſpiciendum. Habent enim dubitationẽ multam hæc quoq;.

Dicẽs qđ etiã illud de quo nũc quærimus. ſ. qđ ſit mouens aĩal ſcđm locũ, facit dubitationẽ circa ꝓdictas diuiſiones. qa nõ uidetur ſub eis cõtineri. De motu aũt augmenti & decrementi q̃ est cõis oĩbus uiuentibus, manifeſtũ est qđ habet principium cõe oĩbus uiuentibus, ſecundum generatiuam & uegetatiuã. Quædam aũt aliæ mutationes aĩaliũ sunt, ſicut reſpiratio, & expiratio, ſomnus et uigilia, de quibus posterius determinandum est. qđ cauſet ea. Habent.n. multam dubitationem, & ꝓp hoc ſpecialem exigunt tractatum. Deinde cum dicit.

Nũc est de motu ad locũ accõmodato cõſiderandũ, quidnam id tandẽ ſit, qđ ipſum animal motu mouet progrediendi. Patet itaq; nõ esſe ipſam potẽtiam nutriẽdi. Nã alicuius gratia ſemper motus efficitur, estq; cũ imaginatione, uel appetitu, nihil.n. nõ appetens, aut fugiens, hoc motu cietur, niſi forſitan ui.

Sed

Tex. 44

Sed de motu ſecundum locum. quid ſit mouẽs animal secũdũ proceſſiuum motum, conſiderandum. Quod igitur non uegetatiua potentia, manifeſtum. Semper enim propter aliquid, motus hic, & aut cũ phantaſia, aut appetitu est. Nihil enim non appetens, aut fugiens, mouetur, niſi uiolentia.

Procedit diſputatiue ad inquirẽdum quid ſit principiũ motus ſecundum locum in animalibus. Et primo oſtẽdit q̃ non ſit uegetatiua potentia, ſecundo q̃ nec ſenſitiua. ibi ⸗ Similiter autem neq; ſenſitiua. ⸗ Tertio q̃ nec intellectiua. ibi. ⸗ At uero neque ratioci. ⸗ Quarto quòd nec appetitiua. ibi. ⸗ At uero neq; appetitus. ⸗ Dicit ergo primo q̃ conſiderandum nunc est, quid ſit mouẽs aĩal ſm locum motu proceſſuo. Et q̃ non ſit potentia uegetatiua, oſtendit duabus rationibus, quarum prima talis est. Semp mot⁹ ꝓceſſiuus ſm locũ, est ꝓp aliqd imaginatũ, & desideratũ. Nõ enim aĩal mouet, niſi appetẽs aut fugiẽs aliqd niſi forte per uiolẽtiã. Sed phãtaſia & appetitus nõ cõpetit parti uegetatiuę, ergo pars uegetatiua nõ est principiũ motus localis proceſſiui. Secũdam rõnem ponit ibi.

Præterea plantæ quoq; tali cierentur profecto motu, partẽ que aliquã ad hũc motũ ut inſtrumentum haberent.

Amplius, & plantæ utiq; motæ eſſent, & utiq; haberẽt aliquã partem organicam ad motum hunc.

Quæ talis est. Pars uegetatiua est etiam in plãtis. Si igiẽ pars uegetatiua eẽt prĩcipium mot⁹ localis ꝓceſſiui, sequeretur q̃ plãtę eſſent motiuę ſuũ ꝓpſarũ ſm hũc motũ, & haberent partes organicas cõueniẽtes huic motui, qđ patet esſe falſum. Nõ ergo pars uegetatiua est principiũ motus localis ꝓceſſiui in aĩalib⁹. Deinde cum dicit.

Pari modo nec ipſam ſentiendi ui motus huiuſce principium eſſe conſtat. Sunt enim animalium multa, quæ ſenſum quidẽ habent, manent tamen, & ſemper immobilia ſunt. Quod ſi natura nihil facit fruſtra, neq; neceſſariorum quicquam omittit, niſi in animalibus mẽbris captis, ac imperfectis, atq; animaliũ hæc et perfecta ſunt, & non membris capta, cuius id indicium eſt, & generãt enim & ſtatũ decremẽtaq; ſuſcipiũt, haberẽt & eas ipſa profecto partes, quæ progrediendi ſunt inſtrumenta.

Similiter autem neq; ſenſitiuum. Multa enim ſunt animaliũ, quæ ſenſum quidem hũt, manentia autẽ, & immobilia ſunt per finem. Si igitur natura nihil facit fruſtra neq; deficit in neceſſarijs niſi in orbatis, & imperfectis, huiuſmodi autem animalia perfecta & nõ orbata ſunt, ſignum autem eſt, quia generatiua ſunt, & augmentum habent, & decrementum, quare & haberent utiq; partes organicas proceſſionis.

Oſtendit q̃ neq; etiam ſenſus est principium talis motus tali ratione. Senſus enim est omnibus aĩalibus, ſi ergo ſenſus eſſet principiũ prædicti motus, sequeretur q̃ omne animal hoc modo moueretur. Quod patet esſe falſum, qa multa ſunt habentia ſenſum, quæ tamen manẽt ſemper in eodẽ loco, & ſunt immobilia per ſinẽ. i. q̃diu uiuũt. Et qa poſſet aliqs credere q̃ hoc non est ꝓp hoc q̃ deficiat eis principium motiuum, ſed qa deficiũt eis inſtrumenta apta ad motum, ideo ad remouendum hoc, ſubiungit quòd natura nihil facit fruſtra, neq; deficit in neceſſarijs, niſi in aĩalibus orbatis & imperfectis, ſicut ſunt aĩalia mõſtruoſa, quæ quidem monſtra animalibus accidunt, prẽter intẽtionem naturæ, ex corruptione alicuius principij in ſemine. Sed animalia immobilia ſunt perfecta in ſua ſpecie, & non ſunt orbata quaſi monſtra, cuius ſignum est, quia generant ſibi ſimile, & habent debitum augmentum & decrementũ quod non est in animalibus orbatis, ergo & in huiuſmodi animalibus natura nihil facit fruſtra, neq; deficit in neceſſarijs. Vnde ſequitur quòd ſi haberent principiũ motus, quòd haberẽt partes organicas, diſpoſitas ad motum proceſſiuum. Alias principium motiuũ eſſet ĩ eis ſuperfluum, & neceſſaria ad executionem potentię motiuæ eis deficerẽt. Ex hoc autem accipere poſſumus, q̃ cui cunq; ineſt aliquod principium uitæ, inſunt ei organa cõ uenientia illi principio, & q̃ partes corporis ſunt propter partes animæ. Deinde cum dicit.

Neta.

Intells non est ipſa uis motiua.

At uero neq; ratiocinandi uis, & id quod etiam intellectius appellatur principium eſt mouendi. Intellectius enim cõtemplatiuus, nihil eorum quæ ſub actionẽ cadũt, contemplatur, neq; dicit quicquam omnino ſi ſit fugiendum, an perſequẽdum. At motus ſemper aut fugientis, aut perſequentis quippiam eſt. Actiuus, etiam cum rem aliquã huiuſcemodi cõtemplatur, inde iam fugere aut perſequi non iubet. Attamen ſi res illa terribilis ſit, cor ipſum mouetur, ſin afficiẽs uoluptate, pars aliqua alia corporis agitatur.

Tex. 46

At uero neq; ratiocinatiua potentia, & uocatus intellectius eſt mouens. Speculatiuus enim nihil ſpeculatur agibile, neq; dicit de fugibili, & perſequibili. Semper aũt motus aut fugiẽtis, aut perſequentis aliquid eſt. Sed neq; cũ ſpeculatus fuerit aliqd huiuſmodi, iam præcipit aut perſequi, aut fugere, puta cũ multoties intelligit terribile aliquid, aut delectabile, nõ iubet aũt timere, ſed cor mouetur. Si aũt delectabile, altera aliqua pars.

Oſtendit quòd etiã intellectus non est principium motiuum, & dicit quòd neq; pars ratiocinatiua, que uocat intells, uĩ esſe mouẽs. Vnde accipere poſſum⁹ quod ratio & intells nõ sunt diuersę partes aię, ſed ipſe intells dicit ratio, inquãtũ ꝑ inquiſitionẽ quãdã peruẽit ad cognoſcẽdũ intelligibilẽ uertitur. Et quod intells nõ ſit principium motus, probat primo quãtũ ad ſpeculatiuũ intellectũ, qa cũ intellectus ſpeculatiuus ſpeculatiue cõſideret ea, quæ ſunt tm̃ ſpeculabilia, & nullo mõ agibilia, ſicut cũ cõſiderat quod triangul⁹ hẽt tres angulos ęquales duob⁹ rectis, & alia huiuſmodi, manifeſtũ est quod ſpeculatiu⁹ intells nõ ſpeculatur aliqd agibile, neq; dicit aliqd de fugibili, & perſequibili, & ſic nõ põt mouere, qa ſp mot⁹ est fugiẽtis aliqd ſm appetitũ, aut proſequẽtis. Aliqñ aũt intells cõſiderat aliqd agibile, nõ tri practice, ſed ſpeculatiue, qa cõſiderat ipſum in uniuerſali, & non ſm quod est principium particularis operis. Et de hoc cõſequẽter dicit, quod neq; intells ⸗ cũ fuerit ſpeculatus ⸗ i ſpeculatiue conſideauerit ⸗ aliquid huiuſmodi ⸗ .i. aliquid agibile, nondum prẽcipit proſequi uel fugere, ſicut cũ multoties intelligimus terribile aliquod, uel delectabile. Sed intellectus nõ iubet timere, uel deſiderare, ſed aliqñ mouet cor ad timẽdũ, abs q̃ ipetio intell⁹. Et ſi iterũ delectabile moueat appetitũ, erit aliq̃ alia pars, q̃ cor, quę mouet. Et hoc dicit ꝓp opinionẽ Platonis, q̃ poſuit partes aię esſe ſubiecto diſtinctas ita quod irascibilis, cui⁹ est timere, ſit in corde, & cõcupiſcibilis, ſit in aliqua alia parte corporis, puta i hepate. Sic igitur manifeſtum est quod intell⁹ ſpeculatiue cõſiderando aliqd agibile, nõ mouet, ex quo patet, quod intell⁹ ſpeculatiuus nullo mõ mouet aliqd. Deinde cum dicit.

Præterea intellectus nonnunquã iubet, ratioq; fugere aliqd aut perſequi dicit. At non obtemperat homo neq; mouetur, ſed agit cupiditate, ut in ipſo fieri ſolet incõtinente. Omnino autem perſæpe fieri uidemus, ut non medeatur iſce, qui medicinam habet, ne eiſce conficiat ſtatuam, qui ſtatuariam habet artẽ. Propterea q̃ nõ ars ipſa, neq; ſciẽtia, ſed aliqd aliud hãc habet uim, & potentiã, ut per ipſam artem aliquid, ſciẽtiãq; agatur.

Amplius & præcipiente intellectu, & intelligentia fugere aliquid, aut proſequi, non mouetur, ſed ſecundum concupiſcentiã agit, ut incõtinẽs. Et totaliter uidemus q̃ habẽs medicatiuã non ſanat, tanquam alterius proprium ſit agere ſecundũ ſcientiam, ſed non ſcientiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Probat q; nec etiam intellectus practicus mouet, dicẽs q; nec etiam intellectu practico precipiente, quod contingit cum intelligentia dicit aliquid fugiendum aut prosequendum, non propter hoc homo mouetur, sed agit secũdum concupiscentiam, sicut patet de incontinentibus, qui habent rationem rectam, sed non inhærent rationi rectæ, unde videtur quòd intellectus non moueat. Probat autem idem ex medicis, qui hñtes scientiã medicatiuam & nõ sanantur, quia non faciunt ea in seipsis quæ præcipit ars eis. Ex quo uidetur quòd agere secũm sciam non sit scientiæ practicæ, sed alicuius alterius. Deinde cum dicit.

Vis motiua, non est appetitus.

At uero nec appetitus, auctor atq; princeps huius est motionis. Continentes enim quãquam appetunt, atq; cupiunt, non tamen agunt ea, quæ cupiunt, sed intellectum ipsum sequuntur, rationiq; obtemperant.

Tex.c.48

At uero neq; appetitus huiusmodi motus dominus est. Abstinentes enim appetentes & concupiscẽtes, non operantur ea quorum appetitum hñt, sed consequũtur intellectum.

K Ostendit q; pars appetitiua nõ sit denominatiua super hunc motum, quia uidemus q; cõtinentes appetũt & concupiscũt, sed non operantur ea quorum habent appetitũ. Econuerso est in incontinentibus, ut manifestius apparet in.7. Ethi. Videt igitur qũ neq; appetitus moueat.

Cap. 2.

Videntur igitur duo hæc, esse mouentia, uel appetitus uel intellectus, siquis imaginationem, ut quandam intellectionem esse ponat. Nam & homines magis imaginationem quam scientiam pleruq; sequuntur, & in cæteris animalibus, non intellectio neq; ratio, sed imaginatio inest. Hæc igitur ambo, intellectus & appetitus, mouendi motu dicto principia sunt.

Videntur autem duo hæc, mouentia, aut appetitus aut intellectus, si aliquis phantasiam posuerit, sicut intellectum quendam. Multa enim præter scientiam, sequuntur phantasiam. Et in alijs animalibus, non intellectiuum neq; ratio est, sed phantasia. Vtraque hæc ergo motiua sunt secundum locum, intellectus & appetitus.

Lectio. XV.

POSTQVAM Philosophus processit disputatiue ad inquirẽdũ quid sit principiũ motus localis in aialibus hic determinat ueritatem. Et primo ostendit in uniuersali, quid sit principium motus. Secũdo qũo hoc principiũ diuersimode i diuersis reperitur ibi. ⁊ Omnino quidẽ igitur. ⁊ Circa primum duo facit. Primo ostendit quid sit principium motus in animalibus. Secundo docet ordinẽ, qũo motꝰ ist e completur, quantum ad motores, & mobilia. ibi. ⁊ Specie quidem igitur. ⁊ Circa primum tria facit. Primo ponit esse duo principia motus. Secũdo reducit ea in unum. ibi. ⁊ Intellectus autẽ. ⁊ Tertio soluit obiectionem superius positam ibi ⁊ Quoniã aũt. ⁊ Dicit ergo primo qđ cõsideratis his quę prędicta sunt, cum manifestũ sit quòd uegetatiua pars non sit mouẽs, & similiter neq; sensus, cum nõ omnia in quibus hęc sunt moueri inueniãtur, ut patet ex dictis, uidentur duo hęc esse mouentia scilicet appetitus & intellectus, ita tamen quòd sub intellectu phantasia comprehendatur, quæ habet aliquid simile

Infra. c. 46 intellectui, inquãtum mouet ad absentiam sensibilium sicut intellectus, quia hæc etiam est principiũ motus. Multi enim homines prætermissa scientia intellectus, sequuntur in suis motibus phantasiam, sicut illi qui non secundũ rationem agunt, sed impetu mouentur ad aliquid agẽdũ.

M Et in alijs animalibus manifestum est, quòd nunquã intellectus est, neq; rõ, quę mouere possit, sed solũ phãtasia. In hoibus uero est phãtasia & intellꝰ. Sic ergo manifestũ est quòd utraq; hæc mouent. ſ. intellꝰ cõprehẽdẽs sub se phãtasia, & appetitus. Deinde cum dicit.

Intellectus is inquã, qui alicuius gratia ratiocinatur, quicq; principium est agendi. Atque hic fine ab intellectu contemplatiuo differtur. Appetitus etiam omnis alicuius est gratia, cuius enim est appetitio, id est principium intellectus actiui. At ipsum ultimum, principium est actionis Quare non sine ratione principia mouendi uidentur hæc esse duo, appetitus inquam, et mẽs ea quæ principium est agendi. Ipsum enim appetibile mouet, et propterea mens mouet, quod appetibile, ipsius principium est. Imaginatio quoq; cũ mouet, non absq; appetitione mouet. Vnũ igitur est id quod mouet, ipsum inquam appetitiũ. Nam ſi duo intellectus atq; appetitus mouerent, per aliquam cõmunem utique formam mouerent. Tunc autem intellectus quidem non uidetur absq; appetitu moueri. Voluntas enim appetitus est quidam, atq; cum fit motus, per rationem, & etiam per uoluntatẽ fit. Appetitus autem absq; ratione mouet. Cupiditas enim ex ipsa, quidam est appetitus.

7 Tex.c 48

Intellectus autem qui propter aliquid ratiocinatur & qui practicus est. Differt autem a speculatiuo secundum finem. Et appetitus propter aliquid omnis est. Cuius enim appetitus, hoc principium practici intellectus. Vltimum autem, principium actionis est. Quare rationabiliter hæc duo uidentur mouentia, appetitus & ratio practica. Appetibile enim mouet, & propter hoc ratio mouet, quia principiũ eius est appetibile. Et phãtasia aũt cum moueat, non mouet sine appetitu. Vnũ igitur est mouens, nempe id quod appetimus. Si enim duo, intellectus, & appetitus mouerent, secundum communem utiq; aliquam speciem mouerent. Nunc autem intellectus non uidetur mouens ſine appetitu. Volũtas enim appetitus est. Cũ autem secundum rationem mouetur, & secundum uolũtatem mouetur. Appetitus autem mouet præter rationem. Concupiscentia enim appetitus quidam est.

Tex.c.50

Reducit prædicta mouẽtia in unũ. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit propositum. Secundo ex eo quod est ostensum, assignat causam cuiusdam accidentis circa motum animalium. ibi. ⁊ Intellectus quidem igitur. ⁊ Tertio improbat diuisionem potentiarum, quã antiqui ponebãt ibi ⁊ diuidentibus autem. ⁊ Dicit ergo primo, quod intellectus qui mouet, est intellectus qui ratiocinatur propter aliquid, non propter ratiocinari tantum, & hic est intellectus practicus, qui differt a speculatiuo, secundum finem. Nam speculatiuus speculatur ueritatem, non propter aliquid aliud, sed propter seipsum tantum, practicus autem speculatur ueritatem propter operationem Et manifestũ est quòd omnis appetitus est propter aliquid. Stultũ enĩ est dicere, quòd aliquis appetat propter appetere. Nam appetere est quidam motꝰ in aliud tendẽs Sed illud cuiꝰ est appetitus. ſ. appetibile, est principium intellectꝰ practici. Nam illud quod est primo appetibile, est finis, à quo incipit cõsideratio intellectus practici. Cum enim uolumꝰ aliquid deliberare de agendis, primo supponimus finem, deinde procedimus per ordinem ad inquirẽdum illa, quæ sunt propter finem, sic procedẽtes semper a posteriori ad prius, usque ad illud quod nobis iminet primo agendum. Et hoc est quod subdit, quòd ultimum de actione intellectus practici, est principium actionis i. dest illud, unde debemus actionem incipere. Vnde rationabiliter dictũ est, quòd hæc duo sunt mouentia scilicet appetitus, & intellectus practicꝰ qa enim ipsum appetibile quod est primũ consideratum ab intellectu practico, mouet, propter hoc dicitur intellectus practicus mouere, qa. ſ. eius principiũ quod est appetibile, mouet. Et quod dicitur de intellectu, intelligendum est etiam de phantasia, quia cum phantasia mouet, non mouet sine appetitu. Non enim mouet, nisi inquantum representat appetibile, sicut nec intellectus. Sic igitur apparet qđ unum est mouens. ſ. appetibile, hoc enim appetitum mouet, & est principium intellectus, quę

P Speculatiui, & practici intellectus differentia.

Quomodo intellectus & phãtasia mouẽt.

Q

duo

A T. c 610. duo ponebantur mouentia. Et hoc rationabile est quòd hæc duo mouentia reducantur in unum quod est appetibile, quia ſi ponebantur hæc duo intellectus & appetitus esse mouentia, respectu eiusdem motus, cum unius effectꝰ sit una causa propria, necesse est quòd moueãt hęc duo secundum aliquam communem speciem. Non est autem dicendum quòd appetitꝰ moueat sub specie intellectus, sed magis econuerso. quia intellectus non inuenitur mouẽs sine appetitu, quia uoluntas secundum quam mouet intellectus, est quidam appetitus. Et ratio hui⁹ assignatur in nono metaphyſi. quia cum ratio scientię practicæ se habeat ad oppoſita, non mouet, nisi determinetur ad unum, per appetitum. Sed appetitus mouet sine ratione, sicut patet ex his quę ex concupiscentia mouentur. Concupiscentia enim est appetitus quidam. Exemplificat autem magis de concupiscentia, quam de ira, quia ira habet aliquid rationis, non autem concupiscentia, ut probat Philosophus in septimo Ethico Et sic patet quòd mouentia reducuntur unum, quod est appetibile. Deinde cum dicit.

Cap. 9.

Intellectus igitur rectus est omnis, at appetitus atq; imaginatio, & recta est, & non recta. Quocirca semper quidem ipsum appetibile mouet. Hoc autem est aut uere bonum, aut apparens bonum. Attamen non omne bonum mouet, sed id quod sub actione cadit. Sub actione autem cadit, quod aliter sese habere etiam potest. Patet igitur talem animæ uim atq; potentiã, principium esse mouendi, quæ quidem est ea, quam appetitum consueuimus appellare.

B

Tex. c. 51.

Intellectus quidem igitur omnis, rectus est. Appetitus autẽ & phantasia, recta & non recta. Vnde semper quidem mouet appetibile. Sed hoc est bonum, aut apparẽs bonum. Non omne autem, sed agibile bonum. Agibile autem est contingens & aliter se habere. Quod igitur huiusmodi potentia mouet animæ quæ uocatur appetitus, manifestum.

C

Assignat ex prædictis, rationem cuiusdam accidentis circa motum uel actionem, oñdẽs scilicet quare in actionibus & motibus nostris erramus. Et dicit quod ⁊ omnis intellectus est rectus ⁊ quod intelligendum est de intellectu principiorum. Non enim erramus circa prima principia in operabilibus, cuiusmodi sunt, nulli nocendum esse. Non esse, aliquid iniuste agendum, & similia, sicut nec erramꝰ circa prima principia in speculatiuis. In his autẽ quę sunt post principia, si quidem recte consideramus, procedit ex rectitudine quæ est circa prima principia. Si autem a rectitudine deuiamus, procedit ex errore quia accidit in ratiocinando. Sed appetitus & phantasia, qui etiam mouent, sunt & cum rectitudine, & sine rectitudine. Et ideo in actionibus nostris contingit deficere a rectitudine secũdum quòd deficimꝰ ab intellectu & ratione. Vnde patet ex prædictis quod appetibile semper mouet. Hoc autem appetibile, est aut uere bonum, qñ perfistitur in iudicio intellectus recti, aut apparens bonum, quando declinatur in iudicio intellectus recti, propter appetitiuum uel phãtasiã. Non autem omne bonum est appetibile, & mouẽs sed bonum agibile, quod est bonum applicatum ad operationẽ, & hoc contingit aliter se habere, sicut omnia quæ nostræ actioni subduntur. Vnde bonum ultimum & necessariũ in sua uniuersalitate consistens, non mouet. Manifestũ est igitur quòd potentia animæ quæ dicitur appetitꝰ, sit mouens. Deinde cum dicit.

D

Tex. 52.

Constat eos oportere qui partes animæ diuidũt, si modo potentias ipsas diuidant, atq; separent, complures ipsas esse concedere, nutriendi principium, sentiendi, intelligendi, deliberandi, & appetendi. Hæc enim plus inter sese differũt quam potentia cupiendi ac irascendi.

Diuidentibus autem animæ partes, si secũdum potentias diuidant & separent ualde multæ fiunt, uegetatiuũ, sensitiuũ, intellectiuũ, cõsiliatiuum, adhuc appetitiuum. Hæc enim plus differunt abinuicem, quam cõcupiscibile & irascibile.

E

Excludit illud quod antiqui dixerunt de distinctione partium motiuarum, dicens, quod diuidẽtibus partes animæ in rationalem, irascibilem & cõcupiscibilem, si ipsi intendunt distinguere potentias animæ abinuicem separatas multo plures fient, quam ipsi ponant scilicet uegetatiuũ, sensitiuũ, intellectiuũ, consiliatiuũ, & appetitiuũ. Distinguit autem consiliatiuum ab appetiuo, sicut & in.6. Ethico. Distinguitur ratiocinatiuum quod est contingentium, a scientifico, quod est necessariorum, & ea ratione quæ ibi tangitur. Hę autem partes animę plus differũt abinuicem, quã concupiscibile & irascibile, quæ comprehẽdũtur sub appetitu sensitiuo, unde plures sunt partes, quã ipsi ponant. Deinde cum dicit.

Cap. 2.

Cum autem appetitiones inter sese contrariæ fiant quod quidem tum fit, cum ratio cupiditasq; contrariæ sunt, idq; fieri solet in hisce, quæ sentiunt atq; percipiunt tempus, mens enim ob futurum retrahere iubet. Cupiditas uero presens ipsum persequitur. Nam quod iam afficit uoluptate, id & simpliciter affice re uoluptate, & absolute bonum esse uidetur, ex eo sane quia futurum non perspicitur.

Quãdo & in ghus appetitꝰ sint contrarii.

F

Tex. 53.

Quoniã autem appetitus fiunt contrarij adinuicem, hoc autem accidit, cum ratio & concupiscentia contrariæ fuerint. Fit autem in ipsis tẽporis sensum habentibus. Intellectus enim propter futurum retrahere iubet. Concupiscentia autem propter ipsum iã. Videtur enim quòd iam delectabile, & simpliciter delectabile, et bonũ simpliciter, propterea q, nõ uidetur futurũ.

Excludit quandam obiectionem supra positã ad ostendendũ quod appetitus nõ mouet, per hoc quod continẽtes, appetitũ nõ sequuntur. Sed hæc ratio soluitur, quia in homine sunt contrarij appetitus, quorum unum continentes sequũtur, & alij repugnant. Dicit ergo quòd qa possunt fieri appetitus contrarij adinuicem, hoc contingit cũ ratio concupiscentiæ contrariatur, & fit & accidit hoc in habentibus sensum tẽporis i. qui non solum cognoscunt quod in presenti est, sed considerant præteritum & futurum, quia intellectus quandoq; ab aliquo concupiscibili retrahere iubet, propter futuram considerationem. Sicut cum febricitanti, ex iudicio intellectus uidetur à uino abstinendum esse, ne febris incalescat. Sed concupiscentia incitat ad accipiendum propter ipsum iam. i. propter illud quod in presenti est. Videtur enim quod in presenti delectabile esse simpliciter delectabile, & bonũ, ex eo quòd non consideratur ut futurũ. Deinde cum dicit.

G

Specie quidem unum id est profecto quod mouet, appetitiuũ inquam, ut appetitiuum est, atq; appetibile omnium est mouentiũ primũ. Hoc enim mouet, & nõ mouetur, mente aut imaginatione perceptũ, numero uero plura sunt ea, quæ mouent.

Spẽ quidẽ igitur unũ erit mouẽs, appetibile aut appetitiuũ. Primũ aũt omniũ appetibile. Hoc enĩ mouet, & nõ mouetur, eo q, ſit intellectũ aut imaginatũ. Numero aũt plura mouẽtia.

Tex. 54.

H

Ostendit ordinem motꝰ. Et circa hoc tria facit. Primo ostẽdit quomodo mouentia sunt unum, & quomodo plura. Secundo quomodo ordinantur adinuicem ibi. ⁊ Quoniam autem tria sunt. ⁊ Tertio summarie determinat de unoquoque eorum quædam, quæ ad motum requiruntur. ibi. ⁊ Nunc autem: ⁊ Dicit ergo primo quod ſi mouẽtia considerantur formaliter, & secundum speciem, unũ erit mouẽs scilicet appetibile uel appetitiuum, quia inter omnia primum mouens est appetibile, hic enim est mouens non motum, inquantum est imaginatum uel intellectum. Manifestum est enim quòd secunda mouentia nõ mouentur, nisi inquantum participant primum. Vnde om-

Universidad de Deusto

nia conteniunt in specie primi mouentis. Quãuis autẽ omnia pueniant in specie primi mouentis, tamẽ numero sunt plura. Deinde cum dicit.

In motu animaliũ 4 requirunt.

At uero cum tria sint in animaliũ motu, unum id quod mouet, secundum id quo mouet, & tertiũ id quod mouetur, atq; id quod mouet, sit duplex, nam aliud est immobile, aliud mouet atq; mouetur, immobile quidem id bonũ est, quod sub actionem cadit, id uero quod mouet atq; mouetur, est ipsum principium appetendi. Mouetur enim id quod appetit, ea ratione qua appetit, & appetitio est motus quidam, uel operatio. Id autem quod mouetur, est animal ipsum. At quo mouet appetitus, ut instrumento, id iam corpori tribuendum est. Quocirca de ipso tũc est contemplandum, cum de communibus animæ, corporisue operibus, atq; officijs contemplabimur.

Quoniam autem tria sunt, unum quidem mouens secundum autem quo mouet, & tertium quod mouetur. Mouens autẽ duplex, aliud quidem immobile, aliud autem, quod mouet, & mouetur. Est autem immobile, agibile bonum, mouens, autem & quod mouetur, appetitiuum. Mouetur enim quod appetit, secũdum q appetit, & appetitus, actus ut motus quidã est. Quod autẽ mouetur, animal est. Quo uero mouet organo appetitus, iam hoc corporeum. Vnde in communibus animæ & corporis operibus, considerandum est de ipsis.

Asſignat ordinem motus, & dicit ꝙ tria ſunt quæ inueniuntur in motu. Vnum quod eſt mouens, & aliud eſt organum quo mouens mouet, et tertium eſt quod mouetur. Mouens autem eſt duplex, unum qdẽ immobile, & aliud quod eſt mouens motum. In motu igitur animalis, mouẽs quod non mouetur, eſt bonum actuale quod mouet appetitum, prout eſt intellectum uel imaginatum. Sed mouens motũ, eſt ipſe appetit⁹, qa omne qd̃ appetit, inquãtũ appetit mouetur, & ipſum appetere eſt quidã actus, uel motus, prout motus eſt act⁹ profecti, prout dictũ eſt de operatione ſenſus & intellect⁹: Quod autem mouetur, eſt animal. Organũ autem quo appetitus mouet, eſt aliquid corporeum. ſ. qd̃ eſt primũ organũ mot⁹, & ideo de huiuſmodi organis cõſiderandum eſt in operationibus cõibus animę & corporis. Determinat enim de hoc in libro de cauſa mot⁹ animalium. In hoc enim libro intendit determinare de anima ſecundum ſe. Deinde cum dicit.

Nunc ut in ſumma dicamus, id quod mouet ut inſtrumẽtum, ibi eſt collocandum, ubi idem principij rationem, finisue ſubit, ut in cardine ſit. Hic enim conuexum & concauum eſt, quorum alterum finis, alterum principiũ eſt. Quapropter alterũ quieſcit, alterũ mouetur. Sunt ratione quidẽ diuerſa, magnitudine uero nõ ſeparantur: Vniuerſa nãq; pulſu tractuq; mouẽt. Iccirco oportet, perinde atq; in circulo, aliquid manere, & hinc incipere motum.

In oſ motu eſt aliquid mobile a quo motus incipit. Tex. c. 55

Nunc aũt ut in ſumma dicatur, mouẽs organice, ubi principiũ & finis idẽ, uelut in circulatione, hoc eſt gibboſum & cõcauum. Hoc quidẽ finis, illud uero principiũ. Vnde aliud quidem quieſcit aliud uero mouetur. Ratione quidẽ altera, magnitudine uero inſeparabilia ſunt. Omnia enim pulſu & tractu mouentur. Propter quod oportet, ſicut in circulo, manere aliquid, & hinc incipere motum.

Summarie determinat de organo motus localis, & dicit, in ſumma, ꝙ primũ mouẽs organice oportet tale eſſe, ut in eodẽ ſit & principium & finis mot⁹, ſicut in quadã circulatione, in qua eſt gibboſum & concauũ, quorũ unũ eſt q̃ſi finis, & aliud q̃ſi principiũ. Nã ꝓcauũ eſt ſicut finis, gibboſum aũt uideꝝ eſſe, ſicut principiũ mot⁹. Sc̃dm cõcauitatẽ. u. cõtrahitur in ſeipſo, ſc̃dm gibboſitatẽ uero attẽditur ei⁹ dilatatio, prout ab ipſo ſit principiũ mot⁹ & pulſus. Et qa in ipſo eſt principiũ mot⁹ & finis, principiũ autẽ motus oportet eſſe immobile in uno quoq; motu, ſicut cũ mouet man⁹, quieſcit brachiũ, & cũ mouet brachiũ quieſcit humerus, & ſic oĩs mot⁹ ab aliquo immobili ꝓcedit, oportet ꝙ in ipſo organo mot⁹ qd̃ eſt cor, ſit aliqd qeſcẽs, inquantũ eſt principiũ motus, & aliud quod mouetur, inquantũ mot⁹ terminatur ad ipſum. Et hæc duo in ipſo ſcilicet qeſcens & motũ ſunt diuerſa ratione, licet ſubiecto & magnitudine ſint abinuicem inſeparabilia. Et ꝙ oporteat ibi eſſe principiũ mot⁹, & finis, & per ꝓſequẽs qeſcẽs & mobile, manifeſtum eſt ex hoc, ꝙ omnis mot⁹ animalis cõponitur ex pulſu & tractu. In pulſu autem id quod eſt mouens, eſt tantum principium motus, quia pellens elongat a ſe id quod pellit. Sed ī tractu, id quod mouet eſt terminus motus, quia trahens ad ſe mouet id quod trahitur. Et propter hoc oportet ꝙ primũ organũ mot⁹ localis in aĩali, ſit & ut principiũ mot⁹, & ut termin⁹. Et ideo oportet ꝙ in eo ſit aliqd manẽs, & tũ quòd hinc incipiat motus, ſicut apparet in motu circulari. Nã corp⁹ quod circulariter mouet pp immobilitatẽ centri & polorũ non mutat totaliter locũ niſi forte ratione, ſed ſc̃dm totũ manet in eodem loco ſc̃dm ſubiectũ, partes aũt uariãt locũ ſubiecto, & nõ ratione tĩs, ſic etiã eſt in oĩ motu cordis. Nã cor in eadẽ parte corporis cõfixũ manet, ſed mouet fm dilationẽ & ꝓſtrictionẽ, ut cauſet motum pulſus & tract⁹, & ſic quodammodo eſt mobile, & quodammodo qeſcẽs.

Omnino igitur, ut diximus, hoc ſuiipſius mottiuum eſt aĩal, quo eſt appetitiuũ. At appetitiuũ ſine imaginatione nõ eſt. Omnis autem imaginatio, aut rationis eſt particeps, aut eſt ſenſitiua. Atq; huius & belluæ participes ſunt.

Tex. c. 56

Omnino igitur ſic ut prædictum eſt, inquantum appetituũ animal, ſic ſuiipſius motiuũ eſt. Appetitiuũ aũt nõ ſine phantaſia. Phantaſia aũt omnis aut rationalis aut ſenſibilis eſt. Hæc igitur et alia animalia participant. Lectio. XVI.

POSTQVAM. Philoſophus determinauit de principio motiuo ſc̃dm localem motum in communi & ſecundum ſe, nũc determinat de ipſo, per cõparationẽ ad diuerſa genera aĩalium. Et circa hoc tria facit. Primo oĩdit qo ſit cõmune oĩb⁹ aĩalibus participãtibus motũ. Sc̃do qũo principiũ motiuũ inueniatur in aĩalibus imperfectis ibi. ¶ Conſideranda aũt de imperfectis. ¶ Tertio oĩdit qũo hoc principium motus ſit in animali perfectiſſimo qd̃ eſt hõ, differenter ab aliis aĩalibus. ibi. ¶ Senſibilis quidẽ. ¶ Dicit ergo primo, quod oẽ animal inquantum eſt appetitiuum, ſic eſt ſuiipſius motiuum. Nã appetit⁹ eſt cauſa propria mot⁹. Sed appetitiuũ nõ eſt ſine phãtaſia, quę eſt uel rationalis, uel ſenſibilis. Senſibili aũt phãtaſia, alia aĩalia ab hoĩe participãt, nõ aũt rõnali phantaſia Conſideranda aũt eſt quod ſicut ſupra dictũ eſt, ſicut ſub intellectu phãtaſiã cõprehendit, ita etiã phantaſiam uſq; ad intellectũ extendit, ſequens nominis rationem. Nam phantaſia appartitio quædam eſt, apparet autem aliquid & ſecundum ſenſum, & ſecundum rationem. Phantaſia etiam habet ſuam operationem in abſentia ſenſibiliũ, ut ratio, & intellect⁹. Deinde cum dicit.

Tex. c. 48

At enim cõſiderãdũ eſt etiã, qd nã ſit id, quod imperfecta animalia motu ciet, q bus ſenſus ineſt tãtummodo tactus. Atq; inueſtigandum eſt ſi his etiã inſit imaginatio, cupiditaſue, necne. Et enim dolor atq; uoluptas his ineſſe uidetur. Quod ſi hæc inſunt, & cupiditatem neceſſe eſt eiſdem ineſſe. Ad quonam pacto his imaginatio ineſt? An aſſerẽdũ eſt, ut uidetur, hæc & in his ineſſe, imaginationem inquam, atq; cupiditatẽ? Verum ut indeterminate mouẽtur, ſic & hæc ipſis inſunt indefinite.

Aquo imꝑfecta aĩalia mouẽtur

Aĩalia imꝑfecta indeterminatã hãt phãtaſiam.

Conſiderandum autem, & de imperfectis quid mouens eſt, quibus ſenſus tactus ſolum ineſt, utrum contingat phantaſiam & cõcupiſcẽtiam

& concupiſcentiam ineſſe bis, an non. Videtur enim letitia & triſtitia ineſſe. Si autem hæc, & concupiſcentiam neceſſe. Phãtaſia autem quomodo utique inerit? An ſicut mouentur indeterminate, & hæc inſunt quidem, indeterminate aũt inſunt.

Oſtendit quid ſit principium motus in animalibus imperfectis. Et dicuntur animalia imperfecta, quibus ineſt ſolum ſenſus tactus. Et dicit quòd conſiderandũ eſt quid moueat ea, utrum ſcilicet in eis ſit phantaſia & concupiſcentia, uel non. Videtur autem quòd in eis ſit concupiſcẽtia, quia in eis uidetur eſſe lætitia & triſtitia. Retrahũt enim ſe, cum ab aliquo nociuo tanguntur, & aperiunt ſe, & extendunt in illud quod eſt eis conueniens, quod nõ fieret, niſi in eis eſſet dolor & delectatio. Si hæc autem ſunt in eis, neceſſarium eſt quòd in eis ſit concupiſcentia. Sed cum concupiſcentia ex ſenſu fiat delectationis, ſequitur quòd ꝓcupiſcentia nõ ſit ſine phãtaſia. Reſtat ergo quærendum, quomodo in eis ſit phantaſia. Et reſpondet qd̃ ſicut mouentur, ita ineſt huiuſmodi animalibus, & phantaſia & concupiſcentia. Mouentur autem non determinate, quaſi intendentes aliquem determinatum locum, in ſuo motu, ſicut accidit in animalibus quæ mouentur motu proceſſiuo, quæ imaginantur aliquid diſtans, & illud concupiſcunt, & ad illud mouentur. Sed huiuſmodi animalia imperfecta non imaginantur aliquod diſtans, quia nihil imaginantur, niſi ad præſentiam ſenſibilis. Sed cum lædantur, imaginantur illud ut nociuum, & retrahunt ſe, & cum delectantur, extendunt ſe ſuper illud, et applicant ſe illi. Et ſic in eis eſt phantaſia uel concupiſcentia indeterminata, inquantum imaginantur & concupiſcũt aliquid ut conueniens, non autem ut hoc aut illud, aut hic, aut ibi, ſed habent confuſam imaginationem, & concupiſcentiam. Deinde cum dicit.

Memento dicti ꝑ ſupra 1. c. 6. tacta fuit.

Tex. c. 57.

Imaginatio igitur ſenſitiua in ratione etiam expertibus uti diximus, animalibus ineſt. At deliberatiua his ineſt tantum, in quibus oratio ineſt. Nam utrũ hoc agat, an hoc rationis iam opus, atq; officium eſt. Atq; neceſſe eſt uno quodam metiri. maius enim perſequitur. Quare poteſt unum ex pluribus phantaſmatibus facere. Et hæc eſt cauſa ſane, cur non omnis imaginatio uidetur opinionem habere, quia eam quæ eſt ex ratiocinatione non habet. At hæc illam nimirum habet. Qua propter deliberatiuum appetitus non habet.

Hic Reſpõ.

Senſibilis igitur phantaſia, ſicut dictum eſt, & in alijs animalibus ineſt. Deliberatiua autem rationalibus ineſt. Vtrum enim aget hoc aut hoc, iam rationis eſt opus. Et neceſſe eſt uno menſurare. Maius enim imitatur. Quare poteſt unum ex pluribus phantaſmatibus facere. Et cauſa hæc eſt, cur opinionem nõ putatur habere, quoniam eam quæ ex ſyllogiſmo non bẽt. Hæc at illã. Propter quod deliberatiuũ nõ habet appetitus.

Oſtendit quod principium motiuum ſit in hominibus. Et circa hoc tria facit. Primo oĩdit qũo pricipiũ mouẽs in hoĩbus eſt ratio deliberãs. Secũdo qũo aliquãdo deliberatio rõnis, per appetitũ uincitur. ibi. ¶ Vincit autẽ. ¶ Tertio oĩdit quę ratio ſit mouẽs, ibi. ¶ Scientificũ autẽ. ¶ Dicit ergo primò quòd phantaſia ſenſibilis, ut ex dictis patet, eſt etiã in aliis aĩalib⁹, ſed illa q̃ eſt per deliberationem, eſt tm̃ in rationalib⁹, quia cõſiderare utrum hoc ſit agẽdum, aut hoc (quod eſt deliberare) opus eſt rationis. Et in tali cõſideratiõe neceſſe eſt accipere aliquam unam regulã, uel ſinẽ, uel aliqd huiuſmodi, ad qđ mẽſuret quid ſit magis agẽdũ. Manifeſtũ eſt enim quòd hõ ¶ imitaẽ ¶ ideſt deſiderat id quod eſt magis in bonitate, & id quod eſt meli⁹, melius aũt ſemper dijudicamus aliqua menſura, & ideo oportet accipere aliquã menſurã, in deliberando quid magis ſit agendum. Et hoc eſt mediũ ex quo ratio practica ſyllogiçat quid ſit eligendum. Vnde manifeſtũ eſt quòd ratio deliberans põt ex pluribus phantaſmatib⁹ unum facere ſcilicet ex tribus, quorum unum præeligitur alteri, & tertium eſt quaſi menſura quæ prꝫeligit. Et hęc eſt cauſa quare animalia nõ habent opinionem, licet habeant phantaſiam, quia non poſſunt uti ſyllogiſmo, per quem unum prꝫeligãt alteri. Sed deliberatio rationis hẽt illam. ſ. opinionem, alias non faceret ex pluribus phantaſmatibus unum. Et inde eſt quòd appetitus inferior, qui ſequitur phantaſiam, non habet deliberationem, ſed abſq; deliberatione mouẽ ad concupiſcendum, uel iraſcẽdũ, qa ſcilicet ſeqt̃ phantaſiam ſenſibilem. Deinde cum dicit.

Mediũ prãdicti ſyllogiſmi.

Vincit autem interdum appetitus, mouetq; uoluntatem, interdum hæc illum, appetitus inquã appetitum ut ſphæra ſphæram, cum in continẽtia fit. Atq; ſemper ſuperior, magis eſt principes, mouetq; natura, quo fit, ut tres iam motus efficiãtur.

Vincit autem & mouet aliquando appetitus deliberationẽ. Aliquando autem mouet & hunc illa, ſicut ſphæra, appetitus appetitum, cum incontinentia fuerit. Natura autem ſemper quæ ſurſum, principalior eſt, & mouet, ut tribus lationibus iam moueatur.

Oſtẽdit quomodo deliberatio rationis uincatur ab appetitu inferiori, & dicit quòd appetitus inferior qui eſt ſine deliberatione, uincit deliberationem, & remouet hominem ab eo qđ deliberauit. Aliqñ eĩ ſuperius appetitus mouet appetitũ ſ. ſuperior qui eſt rationis deliberantis, eũ qui eſt phantaſiæ ſenſibilis, ſicut in corporib⁹ cęleſtib⁹, ſphęra ſuperior mouet inferiorẽ, qđ accidit eũ aliqs cõtinens fuerit. Cõtinentis enim eſt per deliberationẽ rationis uincere paſſiones. Et iſte eſt naturalis ordo, ut ſuperior appetitus moueat inferiorem quia etiã in corporibus cæleſtib⁹ natu raliter ſphæra ſupior principalior eſt, & mouet inferiorẽ, ita qđ inferior mouetur trib⁹ motib⁹ localibus. Sicut ſphęra Saturni mouetur & motu diurno, qui eſt ſuper polos mũdi, & motu cõtrario, qui eſt ſuper polos codiaci, et prꝫeter hoc, motu ꝓprio. Et ſimiliter appetitus inferior, etſi aliquid de motu proprio tetineat, mouetur, tamẽ naturali ordine, motu appetitus ſuperioris, & motu rationis deliberãtis. Si autem econuerſo accidit, quod appetitus ſuperior tranſmoueatur ab inferiori, hoc eſt prꝫeter ordinem naturalem. Vnde et hoc facit peccatum in motib⁹, ſicut peccata ſunt monſtra in natura. Deinde cum dicit.

Ea uero ratio cui ſcientiæ tribuuntur, nõ mouet ſed manet. Cum autem æſtimatiõũ ac rationum, alia ſit uniuerſalis, alia ſingularis. Alia nãq; dicit omne bonum honoribus eſſe afficiendum, hæc uero dicit & me bonum eſſe, hæc iam opinio mouet, non illa uniuerſalis. Quin potius ambæ mouent. At illa quieſcens magis, hæc autem non quieſcens.

Particularis propõ. magis mouet, cõcluſia. Tex. c. 58.

Scientificum autem non mouet, ſed manet. Quoniam autem hoc quidem uniuerſalis exiſtimatio & ratio, alia uero particularis. Hæc quidem enim dicit quod oportet talem tale agere, hoc autem quod hoc quidem eſt tale, & ego talis. Iam hæc mouet opinio, non quæ uniuerſalis. Aut utraq;, ſed hæc quidem quieſcens magis, hæc autem non.

Oſtendit quæ ratio ſit mouens. Et primo ſciendum eſt quod ratio ſpeculatiua, quã appellat ſcientificam, nõ mouet, ſed in quiete eſt, quia nihil de imitando uel fugiendo dicit, ut ſupra dictum eſt. Ratio autem practica, quædam eſt uniuerſalis, & quædam particularis. Vniuerſalis quidem, ſicut quæ dicit qđ oportet talem tale agere, ſicut filiũ, honorare parentes. Ratio autem particularis dicit qđ hoc qdẽ eſt tale, & ego talis, pura quod ego filiꝰ, & hunc honorem debeo nunc exhibere parenti. Hæc autem iam opinio mouet, non autem illa quæ eſt nniuerſalis. Aut ſi utraq; mouet, illa quę eſt uniuerſalis mouet ut cauſa ꝓpria

Tex. c. 48.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I & quiescens, particularis uero ut causa proxima, & quodammodo motui applicata. Nam operationes & motus in particularibus, sunt unde oportet ad hoc quòd motus sequatur, quòd opinio uniuersalis ad particularia applicetur. Et propter hoc etiam peccatum in actionibus accidit, quando opinio in particulari operabili corrumpitur propter aliquam delectationem, uel propter aliquam aliã passionem, quæ tamen uniuersalem opinionem non corrumpit.

Vñ peccatum oritur.

Necesse est igitur, omne quod uiuit, animãq; habet, nutrientem uim habere ab ortu generationeue usque ad interitum corruptionemue suam. Necesse est enim omne quod est ortum, accretionem, & statum, & decretionem habere, quæ quidem, ut patet, sine nutritione fieri nequeũt. Necesse est igitur uniuersis his quæ accrescunt atq; decrescunt, ineße potentiã nutriẽdi.

Vegetatiuũ in cib⁹ viuentib⁹ ẽ.

Tex c. 59.

K Vegetabilem igitur animam necesse habere omne, quodcũque uiuit, & habet animam, à generatione usque ad corruptionem. Necesse est enim quod generatur, augmentum habere, & statum, & decrementum, hoc autem sine alimento esse, impossibile est. Necesse est igitur, ineße uegetabilem potentiam in omnibus generabilibus, & corruptibilibus.

Lectio. XVII.

POSTQVAM Philosophus determinauit de singulis partibus animæ, hic ostẽdit quomodo adinuicem ordinantur. Et primo ostendit q̃ necesse est animæ partẽ uegetabilem in oĩbus uiuentibus inueniri. Secundo ostẽdit q̃ sensitiua non est in omnibus, sed in aliquibus ibi. ¶ Sensum autem non necesse. ¶ Dicit ergo primo, ex his quæ supra de partibus aĩæ determinata sunt, concludens. q̃ omne quòd uiuit, & per consequens quãcũq; partem animę habens, necesse est q̃ habeat animam uegetabilẽ à principio suę generationis usq; ad suam corruptionẽ. Ex quo innuit hoc esse in animalibus quæ generantur, & corrumpuntur intelligendum. Hoc aũt probat sic, quia necesse est q̃ omne uiuẽs quod generatur, habeat augmentum & statum & decrementum, sed hæc nõ possunt accidere sine alimento, quia tempore augmẽti oportet q̃ plus de alimento, cõuertatur, quam sufficiat ad conseruationẽ præexistentis magnitudinis, tẽpore aũt status, æqualiter, sed tempore diminutionis, minus. Cum igitur uti alimento pertineat ad partẽ uegetabilem, necesse est q̃ hæc pars animę sit in omnibus uiuentibus, quę generantur & corrũpuntur. Et sic patet ordo istius partis animæ ad alias partes animæ, quia omnes aliæ præsuponunt istam. De inde cum dicit.

L

Non oĩ viuens habet sensum.

At non in omnibus uiuẽtibus necesse est sensum esse. Etenim neq; ea possunt tactum habere, quorũ corpus est simplex, quæ non sine materia, formarum sunt susceptiuum. Neque fieri potest, ut sine hoc sensu, animalium quicquã in rerũ sit ratione.

Tex c. 60.

Sensum autem non necesse est omnibus uiuentibus inesse. Neque enim ea quorum simplex corpus, contingit habere tactum. Neq; sine hoc possibile est esse ullum animal. Neq; quæcunq; nõ susceptiua specierum sine materia.

Ostendit qũo se habeat pars sensitiua ad uiuentia. Et primo ostendit q̃ nõ est in omnibus uiuentibus. Secundo ostendit in quibus uiuentibus sit, ibi. ¶ Animal aũt necesse. ¶ Dicit ergo primo, q̃ nõ est necessarium q̃ omnia uiuentia habeant sensum, quia sensus tactus (sine quo nullus alius põt esse, & per cõsequens neq; aliquod aĩal, cuius ratio perficitur ex hoc q̃ habet sensum) esse nõ põt in aliquo corpore simplici, quia organum sensus tactꝰ necesse est esse in quadam medietate inter contraria, ut supra ostẽsum est, quod nulli corpori simplici cõuenit, cũ in corporibus simplicibus sint excellentię qualitatum sensibilium, puta in igne excellẽtia calidi, in aqua, excellẽtia frigidi. Si

M

3. tex. 68. 113.

militer etiam quęcũq; nõ sunt susceptiua specierũ sine materia, nõ habent sensum. Nam sensus est susceptiuus specierum sine materia, ut supra dictum est. Sunt autem quædam uiuentia scilicet plantæ, quæ sunt propinqua corporibus simplicibus propter earum terrestreitatem, & nõ recipiunt spẽs sensibiliũ, nisi p materialẽ immutationẽ, non ergo oĩa uiuẽtia habẽt sensum. Deinde cum dicit.

N

2 tex. cõ. 122.

Animal autem necesse est sensum habere, si nihil facit frustra natura. Nam uniuersa quæ natura conficiuntur, gratia sunt alicuius aut sunt easus eorum, quæ alicuius causa fiunt. Si igitur corpus quod habet uim gradiendi, non haberet sensum, corrumperetur sane & non ad suum proficisceretur, perueniretque finem, quem quidem opus esse naturæ constat. Quo nãque pacto nutrietur? Immobilibus enim adest nutrimentũ, eo in loco ubi sunt orta, quo nutrivi possunt suapte natura.

Aĩal omne necessario habet sensum.

O

Animal autem necesse est sensum habere, si nihil frustra facit natura. Propter aliquid enim omnia quæ sunt natura, subsistunt, aut concidentia sunt eorum, quæ sunt propter aliquid. Si igitur omne processiuum corpus non habet sensum, corrumpetur utiq;, & ad finem non utique ueniet, qui est naturæ opus. Quomodo enim aletur? Manentibus quidem enim existit, unde nutriri nata sunt.

Ostendit q̃ omnia aĩalia habent sensum. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit hoc de animalibus quæ mouentur motu processiuo. Secundo simpliciter de omnibus animalibus, ibi. ¶ At uero ¶. Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum. Secũdo excludit quoddã per quod posset suæ rationi obuiari. ibi ¶ Non potest aũt corpus ¶ Dicit ergo primo q̃ necesse est q̃ animal sensum habeat. Ad quod probandum proponit primo q̃ natura nihil facit frustra, quia oĩa quæ sunt in natura, sunt propter aliud ideſt prouenit ex necessitate ex his quæ propter aliquid sunt, sicut natura facit membra propter aliquas operationes. Sed ex hoc q̃ mẽbra sunt talis dispositionis, sequit̃ q̃ habeant aliqua accidentia, sicut q̃ habeant pilositates quasdam uel colores uel corruptiones, quæ non sunt propter finem, sed magis prouenjunt ex necessitate materiæ. Sic igitur cum natura operetur propter aliquid, si res naturales nõ possent peruenire ad finem quem natura intendit, essent frustra. Sed natura facit corpus processiuum. i. animalis quod potest moueri motu processiuo, sic organiçatum & dispositum, propter motum, & ut per motũ ulterius prosequeretur alimentũ, per quod conseruaretur in esse. Hoc autem non posset esse, si non haberet sensum, quia non discerneret corruptibilia, quæ possunt ei obuiare, & sic corrumperetur, & non peruenirer ad finem quem natura intendit, ut. s. conseruetur alimento, quod ex motu ac quiritur. Qũo enim alerentur, nisi quærerent alimentum per motum? Nec est instantia de animalibus immobilibus, quia animalibus manentibus. i. immobilibns existit adiũctum illud, unde nata sunt nutriri, unde non oportet q̃ à remotis quærant. Manifestum est igitur q̃ si corpora processiua non haberent sensum, non possent consequi finem ad quẽ natura ordinauit, & ita essent frustra, quod est inconueniens. Deinde cum dicit.

P

Fieri autem nequit ut corporum quicquam nobile, atq; ortum, animam quidem habeat, discernẽtemq; mentem, sensu autem uacet. Cur enim non habebit? Aut enim animæ, aut corpori idipsum melius erit, At neutri uidetur melius esse. Illa nanq; ob hoc non intelliget magis. Illud autem non ob id ipsum magis persistet. At uero neq; corpus quicquam ingenitum animatũ, sensum habere neceße est. Nullum igitur, uti diximus, non immobile corpus habet animam absq; sensu.

Q

Non potest autem corpus habere quidem animam, et intelTex. 61

lectum

A lectum discretiuum, sensum autem non habere, non mansiuum existens, generabile autem. At uero neque ingenerabile. Quare enim nõ habebit? Aut enim animæ melius, aut corpori. Nũc autem neutrum est. Hæc quidem non magis intelligit. Hoc autẽ nihil erit magis propter illud. Nullum ergo habet animal corpus non manens sine sensu.

Tex. 62.

Excludit quoddam per quod posset obuiari prædictæ rationi. Posset enim aliquis dicere q̃ corpus processiuum potest pertenire ad finem intentum à natura, discernẽdo corruptibilia per intellectum, etiam si nõ haberet sensum. Sed excludit hoc, dicens q̃ corpus non existens mansiuũ sed processiuum, non potest habere animam et intellectũ discernentem nociua, ita q̃ non habeat sensum, neq; si sit generabile, neq; si sit ingenerabile. Et de generabili quidem ostensum est. Nam uiuentia generabilia habentia intellectum sunt tantum homines. Intellectus autem humanus indiget sensu, ut supra ostensum est. Sed quod dicit, ¶ q̃ neq; illud quod est ingenerabile habet intellectũ sine sensu, ¶ uidetur esse falsum secũdum opinionem Arist. Nam corpora cælestia quæ ponit esse animata, habent de partibus animæ, intellectum. Non habent aũt sensum, cũ sint corpora uniformia, non habentia distinctionem in organis quæ requiruntur ad sensum. Vnde quidam sic exponunt ut ibi terminet̃ sentẽtia, ubi dicit ¶ generabile aũt, ¶ ut sit sensus, quòd nullum corpus nõ manẽs, põt habere intellectum sine sensu, dũmodo sit generabile. Sed quod subdit. ¶ At uero neq; ingenerabile, ¶ est principium alteri? sentẽtię, ac si dicat, q̃ hoc quod dictum est de corpore generabili, nõ sic se habet circa corpus ingenerabile, ut scilicet nõ possit habere intellectum sine sensu. Et hoc est quod subdit. ¶ Quare enim non habebit. ¶ Intelligendũ est magis relatiue q̃ interrogatiue, ut sit sensus quòd causa quare corpus ingenerabile scilicet corpus cæleste non habet sensum, licet habeat intellectum est ista, quia si haberet sensum, aut hoc esset ut exinde esset aliqd melꝰ animę corporis, aut ut exinde esset melius corpori cęlesti, sed neutrũ horũ est, ꝙa anima corporis cælestis nõ magis intelligeret per sensum, quam sine sensu, intelligit enim per modum substantiarum separatarum ea quæ sunt ẽm se intelligibilia. Neq; etiam corpus cæleste magis posset conseruari in esse propter sensum, quia non est possibile ipm corrũpi, unde non indiget sensu ad uitandum corrũpentia. Sed ad hunc sensum non adaptatur conclusio consequens. s. quòd nullum corpꝰ non manens. i. nõ immobile, habet animam sine sensu. Nisi forte dicatur quòd hęc cõclusio, nõ sequitur ex eo quod immediate dictum est, sed ex eo quod primo fuit dictum. Quia igitur hæc expositio extorta uidetur, dicendũ est quòd per corpus ingenerabile non intelligit corpus cæleste, sed corpora quorundam animaliũ aereorum quæ ponebant Platonici, noiantes ea dæmones, quos quidem Apule. platonicus sic diffinit. Dæmones sunt animalia corpore aerea, mente rationalia, aĩo passiua, tempore æterna. Et de huiusmodi animaliũ corporibus uult Philosophus ostendere quòd non est possibile quod habeant intellectum sine sensu, sicut Platonici posuerunt, ut interrogatiue legatur quod dicitur. ¶ Quare enim non habebit? ¶. s. huiusmodi corpus sensum. q. d. Non est huius rationem assignare. Si enim non habet, aut hoc est propter bonum animæ, aut propter bonum corporis. Sed neutrum horum, quia sine sensu, nèq; anima eius intelligit melius, neq; corpus magis conseruabitur. Et ex hoc statim directe sequitur cõclusio quam inducit quòd nullum corpus mobile habens animam, careat sensu. Apparet autem hãc esse intentionẽ Arist. ex hoc q̃ immediate subiũgit, quòd impossibile est aliquod corpus simplex esse corpus animalis. Deinde cum dicit.

B

C

D

Atqui si sensum habet, neceße est ipsum uel simplex corpus, uel mistum esse. Sed fieri non potest ut sit simplex, non enim habebit tactũ. At hũc sensum inesse necesse est.

At uero si habet sensum, necesse est corpus esse, aut simplex, aut mistum. Impossibile autem est esse simplex. Tactũ enim non haberet. Est autem necesse hunc habere.

E

Ostendit quòd sensus sit simpliciter necessarius omni animali. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secũdo inducit quandam conclusionẽ ex dictis. ibi ¶ Manifestum igitur quoniam necesse. ¶ Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secũdo probat propositum. ibi ¶ Hoc autẽ ex his. ¶ Proponit autẽ duo, quorũ primum est q̃ si aliquod corpus habet sensum, necesse est quòd uel sit simplex, uel mistum. Et impossibile est quòd sit simplex, quia si esset corpus simplex, nõ haberet tactum, quem quidem sensum necesse est omne animal hẽre, nõ solum aĩalia processiua, sed etiam aĩalia immobilia, sicut ostendit supra. Deinde cum dicit.

Secundo. s. c 27. Aĩal oẽ habet sensum tactus.

Quod quidem ex hisce perspicuum euadere potest. Nam cũ animal omne, corpus sit animatum, corpusq; omne tãgibile sit, tangibile autem sit id, quod est sensibile tactu, necesse est & animalis corpus, uim habeat sentiendi tangendo, si debeat ipsum animal cõseruari. Cæteri nãq; sensus per alia quædã externa sentiunt. Odoratus inquam usus, ac auditus. Tangens autem nisi sensum habeat, non poterit alia quidem fugere, alia autem capere. Quod si ita sit, fieri non potest, ut ipsum animal conseruetur.

F

Hoc autem ex his manifestum. Quoniam enim animal, corpus animatum est, corpus autem omne tangibile, tangibile autem quod sensibile tactu, necesse & animalis corpus tactiuũ esse si debet saluari animal. Alij enim sensus per aliera sentiũt, ut olfactus, uisus, auditus. Tactiuũ autem nisi habeat sensum, non hæc quidem poterit fugere, illa autẽ accipere. Si uero hæc, impossibile est saluari animal.

Tex. 63.

Probat propositum. Et primo quòd sensus tactus sit in omnibus animalibus, secundo quòd corpus animalis non possit esse corpus simplex. ibi ¶ Quod autẽ possibile. ¶ Circa primũ duo facit. Primo ostendit quòd necesse est inesse omnibus animalibus sensum tactus secundo quòd alĩ sensus à sensu tactus non insunt omnib⁹. ibi ¶ Alĩ autem propter bonum &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd necesse est tactum inesse omnibus animalibus. Secundo ostendit idem de gustu ibi. ¶ Propter quod & gustus. ¶ Dicit ergo primo quòd hoc scilicet q̃ necesse sit tactum inesse omnibus animalibus manifestũ est ex his quæ nunc dicentur. Animal enim est corpꝰ animatum. Omne autem corpus scilicet generabile & corruptibile, est tangibile, & dico tangibile quod est sensibile tactu. Corpora autem cælestia quæ sunt ingenerabilia & incorruptibilia, non sunt tangibilia. Non enim sunt de natura elementorum, ut possint habere qualitates elementares, quæ sunt qualitates tãgibiles. Sed omnia corpora corruptibilia necesse est habere qualitates tangibiles, cũ sint uel elementa simplicia, uel ex elementis composita Et ex hoc cõcludit quòd necesse est corpꝰ animalis habere sensum tactus, si debeat saluari corpus animalis, quia cũ corpus animalis sit tangibile. i. habens tangibiles qualitates, & similiter corpora quæ ipsum tangunt, immutari potest corpus animalis ab his quæ ipsum tangũt, naturali immutatione usq; ad suam corruptionem. Aliter autem est de aliꝭ sensibus quæ sentiunt per alia media, & non tangendo, sicut olfactꝰ uisus, & auditus. Vñ illa sensibilia cũ sint remota, nõ tangũt corpus aĩalis, nec possunt alterare ipm ad corruptionẽ, sicut tangibilia. Et ideo nisi aĩal haberet sensum tactus, per quẽ discerneret cõuenientia à corruptiuis, non posset hæc fugere, & illa accipere, & ita non posset saluari aĩal. Necessariũ est igitur ad salutẽ aĩalis, quòd habeat sensum tactus. Deinde cum dicit.

G

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Oſt aīal hꝫ habet guſtum ſuſp. li. 2. tex. 28.

Quapropter & ipſe guſtus, quaſi tactus eſt quidam. Eſt. n. alimenti ſenſus. At alimentum, corpus eſt, quod tactu percipitur. Sonus autem, & color, & odor non nutriunt, nec accretionem, decretionēue faciunt. Quia neceſſe eſt ipſum guſtum, tactum quendā eſſe, quia rei tangibilis ac nutritiui eſt ſenſus. Hi igitur ſenſus neceſſarij ſunt animali, atq; perſpicuū eſt fieri non poſſe, ut ſit animal abſq; tactu.

Tex. 604.

Propter quod & guſtus eſt, ſicut tactus quidam, alimentum autem, corpus tangi poſsibile. Sonus autem, & color & odor non alunt, neq; faciunt augmentum, neq; decrementum. Quare & guſtum neceſſe eſt tactum eſſe quendam, quia tangibilis & uegetatiui ſenſus eſt. Hi quidem igitur neceſſarij ſunt animali. Quo & manifeſtū q; non poſsibile ſine tactu aīal eſſe.

.1. Thomā in fine huiꝰ libri tertij.

Oſtendit idem de guſtu. ſ. quòd guſtus eſt ſicut tactus quidam. Eſt enim guſtus alimēti, quo. ſ. diſcernitur alimētū, utrū ſit cōueniens uel non. Alimētū aūt eſt quoddam corpus tangibile. Nutrit. n ex hoc quòd eſt calidum, humidum, frigidum, & ſic cū. Ex eiſdem. n. nutrimur, ex quibus ſumus. Sed ſonus, & color, & odor, nihil faciunt ad alimentum, neq; ad augmentum, uel ad decrementum. Sapor aūt confert ad alimentum, inquantum eſt ſequela cōpſonis. Sic igitur patet quod guſtus eſt quidā tactus, qa eſt ſenſus alicuius tangibilis & uegetatiui. i. nutritiui. ſ. alimenti. Et ſic patet quòd hi ſenſus neceſſarij ſunt animali. Ex quo etiam manifeſtum eſt quod animal non poteſt eſſe ſine tactu. Deinde cum dicit.

K

Tactus ac guſtꝰ neceſſarij, cæteri uero ad bene eſſe.

Te. c. 65.

At cæteri ſenſus, boni ſunt gratia, & definito iam generi nō cuiuſuis animalium ſine ullo diſcrimine, ſed cuidam ut gradienti neceſſe eſt inſint. Nam ſi conſeruari debeat, non ſolum tangēdo, ſed emirus etiam ſentire ipſum oportet. Quod quidem erit, ſi per externū ſentire mediū poſit hoc pacto, ut à ſenſibili quidē medium, ab hoc autem ipſum patiatur, ac moueatur.

Alij autem propter bonum, & generi animalium tam, non cuicūq; ſed quibuſdam, ut proceſſiuo neceſſe ineſſe. Si enim debet ſaluari, non ſolum oportet tactum ſentire, ſed & de longe. Hoc autem erit, ſi per medium ſenſitiuū fuerit, eo q illud quidem a ſenſibili patiatur, & moueatur, ipſum aūt ab illo.

L

Oſtendit quod alij ſenſus non inſunt omnibus animalibus, ſed quibuſdam. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit propoſitū Secundo manifeſtat quoddam quod dixerat. ibi. ⁋ Sicut. n moues. ⁋ Dicit ergo primo quod alij ſenſus ſcilicet uiſus, auditus & olfactus, conueniunt animali nō propter neceſſitatē, ſed propter bene eſſe. Sed neceſſariū eſt eos ineſſe non cuilibet generi animalium, ſed quibuſdam ſcilicet quæ mouentur motu proceſſiuo, quia ſi debet huiuſmodi animal ſaluari, nō ſolū debet ſentire id qđ tāgit, ſed debet ſentire id quod eſt a longe, quia ad aliqd remotum mouetur. Hoc aūt ſcilicet quod ſentiat aliquid a longe, erit ſi habeat ſenſus qui ſentiant per medium, eo quod mediū patiē, & mouetur a ſenſibili, ſenſus aūt a medio. Et hoc oſtendit conſequēter cū dicit.

M

Nam ut in motu ad locum accommodato fieri ſolet, cum per multa efficitur. Primum nāq; mouens pellit ſenſum, pellēdoq; facit ut illud pellat id, quod deinceps poſt illud eſt collocatum, ſitq; hoc pacto motus per medium. Atq; primum quidem pellit, & non pellitur. Vltimū autem pellitur, non pellit. Mediū uero pellitur, atq; pellit. Et interdum plura ſunt media, interdū pauciora. Sic & in alteratione fieri ſolet, hoc excepto dūtaxat id inquam quod alterat, eodē in loco manere. Veluti ſi quiſpiā in ceram tinxerit, uſque ad id mota eſt, uſque quo tinxerit. Lapis autem non mouetur. At aqua ad diſtantiam longam. Aer autem ad longiorem mouetur, atq; agit, & patitur, ſi maneat, ſitque unus & non diuiſus. Quapropter & de reflexione miſtius eſt aerem a figura, coloreq; pati, quouſq; ſit unus (. Eſt autem unus in ipſo leni) quam egredientem uiſionem frangi, atq; reflecti cenſere. Quocirca rurſus hoc mouet uiſum perinde atque ſignū q. in cerā imprimitur, tranſmitteretur uſq; ad finem.

N Senſus ſenſitiū recipiēdo, nō emittēdoue quo modo.

Sicut enim mouens ſecundum locum, uſq; ad permutationē facit, & pellens alterum facit ut pellatur, & eſt per mediū motus. Et primum quidem mouens depellit & non depellitur, ultimum autem ſolum depellitur non pellens, medium autem utraque, multa autem media, ſic & in alteratione, præter quā quod manet in eodem loco id quod alterat. Vt ſi in ceram tinxerit aliquis, uſq; ad id mota eſt, uſquequo tinxit. Lapis autē nihil. Sed aqua uſq; procul. Aer autem ad plurimum mouetur, & facit & patitur, ſi maneat, & unus ſit. Vnde & de repercuſſione, eſt melius, quam uiſum egredientem repercuti, aerem pati à figura & colore, uſquequo ſit unus. In leni autem eſt unus, propter quod hic iterum uiſum mouebit, ſicut utiq; ſi in cerā ſigillum ingrederetur uſq; ad finem.

O

Oſtendit per ſiſe in motu locali. Videmus enim qđ mouens ſecundum locum, facit permutationem uſq; ad aliquem determinatum locū, quia quod primo depellit, facit ut illud depulſum, iterum depellat aliud, & ſic, primū depellens mouet tertium per medium, & primum quidē mouens depellit ſed non depellitur. Vltimū aūt ubi terminatur motus, depellitur ſed non depellit. Medium aūt habet utrūq; ſ. quod depellit, & depellitur, & cōtingit multa media eſſe talia. Et ſicut hoc eſt in motu locali, ita contingit in alteratiōe, quod ſic primum mouēs & ultimum motum, & medium quod ſit mouens et motū. Sed in hoc tamen differt, quod primū alterās manet ſm locum dum alterat, quod non cōtigit dici de pellente. Et ponit exemplum, ſicut ſi aliquis tāgat cerā liquefactā, uſq; ad illū terminum mota eſt, quouſq; per actionem caloris actio tangentis pertingit. Sed lapis quia durus eſt, non eſt ſuſceptiuus talis impreſſionis. In aqua aūt talis actio magis protenditur procul, quā in cera. Sed adhuc aer qui eſt paſſibilior, in maxime remotū mouetur. & facit & patitur, ut medium exiſtens, dūmodo maneat & ſit unus, ut. ſ. nō interrumpatur per aliquod obſtaculum interpoſitum. Et ideo circa repercuſſionem ſenſus, melius eſt dicere quòd aer patiatur a figura & colore, quouſq; permanet unus & continuus, quod contingit qñ eſt lenis, & non interruptus, q̄ quod radij egredientes a uiſu, repercutiantur a uiſibili, ut Platonici poſuerunt. Et ideo aer ſic motus a figura & colore, mouebit uiſum, inquātum uiſibile immutat totū aerē uſq; ad uiſum. Et eſſet ſimile de cera & ſigillo ſi figura ſigilli imprimereť in cerā uſq; ad ultimū terminum eiꝰ, ſicut uiſibile imprimit ſpēm ſuā in aerē uſq; ad uiſum.

P

Atqui perſpicuum eſt fieri non poſſe, ut corpus animalis ſit ſimplex, igneum inquam, aut aqueum, aut aereum. Nam nullus alius ſenſus, abſq; tactu habeti poteſt. Corpus enim animalis omnis, ut dictum eſt, uim habet ſentiendi tangendo. Cætera autē elementa, præter terram, inſtrumenta ſenſus fieri poſſunt, atq; omne tale per aliud ſentiendo, ſenſum nimirum efficit, & per media. Attactus in tangendo ſenſibilia ſua conſiſtit. Quapropter & hoc nomine nuncupatur, atque tameſi cætera quoque ſenſum inſtrumenta, tactu ſentiunt, tamen per aliud mediū ſentiunt. At ipſe tactus per ſeipſum ſolus ſentire uidetur. Quibus efficitur, ut nullum talium elemētorum, corpus ſit animal. At uero neq; terreum eſſe poteſt. Tactus enim ueluti mediocritas eſt omnium tangibilium, & inſtrumentum ipſius non modo terræ differētiarum eſt ſuſceptiuum, ſed etiam calidi, frigidiq;

Alatis corpꝰ ſimplex eſſe nullo mō pōt.

Suſ. li. 7. t. u 7. uſq;

A

Cur plūris nullus ſenſus fuerit ſenſus.

Te. c. 66.

diq; cæterorumq; omnium tangibilium. Et ideo neq; oſſibus, neque pilis, neq; talibus partibus ullis omnino ſentimus, quia terrea ſunt. Hinc & plantæ omnium ſenſuum ſunt (ut patet) expertes, quia & ipſæ terreæ ſunt. At abſq; tactu fieri poteſt non poteſt, ut alius quiſquam ſit ſenſus. Huius autem inſtrumētum ſenſus neque terra eſt, neq; cæterorum ullius elementorum.

Quod autem impoſsibile ſit, ſimplex eſſe animalis corpus, manifeſtum eſt, dico autem puta igneum, aut aereum. Sine tactu enim, nullum alium ſenſum eſſe poſsibile eſt. Corpus enim tactuum animatum omne, ſicut dictum eſt. Alia autem, præter terram, ſenſoria quidem utique fient, omnia autem per alterū ſentiendo faciunt ſenſum, & per medium. Tactus autem eſt in tangendo ipſa, propter quod & habet hoc nomen. Et tamen alij ſenſus tactu ſentiunt ſed per altera. Hic autem uidetur ſolus per ſeipſum. Quare huiuſmodi elementorum nullum uliq; erit corpus animalis. Neq; itaq; terrenum. Omnium enim tangilium tactus eſt ſicut medietas, & ſuſceptiuus ſenſus, non ſolum quæcunq; differentiæ terræ ſunt, ſed calidi, & frigidi, & aliorum omnium tangi poſsibilium. Et propter hoc oſſibus, & capillis, & huiuſmodi partibus nō ſentimus, quia terreæ ſunt. Et plantæ etiam ob hoc, nullum habēt ſenſum, quia terreæ ſunt, ſine autem tactu, ullum poſsibile eſt alium eſſe. Hic autem ſenſus nō eſt, neq; terræ, neq; ullius alius elementorum.

B

Lectio. XVIII.

POSTQVAM Philoſophꝰ oſtēdit quòd tactꝰ de neceſsitate ineſt omnibus animalibus, hic intendit oſtendere quòd impoſsibile ſit corpus aīalis eſſe ſimplex, puta quòd ſit igneū, uel aereum, ſicut Platonici poſuerūt quēdam aīalia eſſe aerea. Hoc autem probat, quia nullū aliū ſenſum ptingit eſſe ſine tactu, oportet enim omne animal habere tactum, ut oſtenſum eſt, & per conſequēs oportet quòd omne corpus animatum ſcilicet anima ſenſibili, ſit tale ut per ipſum poſsit fieri ſenſus tactus. Omnia autē elementa, præter terram, poſſunt eſſe organa uel media aliorum ſenſuum ſcilicet aer & aqua, eo quòd aer & aqua faciunt ſentire per alterum ideſt per medium. Sed tactus nō ſit per medium, ſed in tangendo ipſa ſenſibilia, & ideo ſic nominatur, quāuis & alij ſenſus ſentiant quodāmodo in tangendo, non quidem immediate, ſed per medium. Nam ſenſibile tangit ſenſum per medium, ſicut & per medium, immutat ipſum. Solus autem ſenſus tactꝰ in tangendo ſenſibile, ſentit per ſeipſum, & non per aliquod medium. Ex quo manifeſtum eſt quòd corpus animalis debet eſſe tale ut per ipſum poſsit fieri tactus, nō autem ut per ipſum poſsit fieri uiſus & auditus, quia hi ſenſus fiunt per mediū extrinſecum. Et quia corpus animalis oportet eſſe tale, ut per ipſum fiat ſenſus tactus, impoſsibile eſt quòd ullū elementorum ſit corpus animalis, neq; terra, per quam non ſunt alij ſenſus, neq; alia elemēta per quę fiūt alij ſenſus. Cuius ratio eſt, quia illud per quod fit tactꝰ, oportet eſſe medium inter qualitates tangibiles, ad hoc quòd ſit ſuſceptiuum earum, utpote in potētia exiſtens ad eas, ut ſupra oſtenſum eſt. Et hoc eſt uerū nō ſolum reſpectu qualitatū terrę, ſed etiam omnium tangibilium qualitatum. In corporibus autem ſimplicibus non inuenitur mediū inter qualitates tangibiles, ſed inueniuntur ipſe qualitates ſecundū extremitatem cōtrarietatis. Et inde manifeſtum eſt quòd per nullum corpus ſimplex, nec per aliquid corporibꝰ ſimplicibus uicinum, poteſt fieri ſenſus tactus. Et ideo oſſibꝰ, & capillis, & talibus partibus non ſentimus, quia ſupera bundat in eis quod terrę eſt, & non reducuntur ad mediū, prout tactus requirit. Propter iſtam etiam rationem, plantæ nullum habent ſenſum, quia habent multum de terreſtri, & ſine tactu non eſt poſsibile eſſe aliquem alium ſenſum, nec tactum fieri poſsibile per aliquod ſimplex elemē

Scilo. t. cō. 17.

C

Scilo. t. cō. 18.

D

tum. Sic ergo manifeſtum eſt q̄ nullum corpus ſimplex poteſt eſſe animatū aīa ſenſibili. Deinde cum dicit.

E

Hæc cum ita ſint, patet animalia neceſſario mori, cum hoc ſolo ſenſu tactus priuantur. Neque enim fieri poteſt, ut hūc ſenſum non animal habeat. Neq; ſi animal eſt, alium ſenſum, præter hunc, habere neceſſe eſt. Et propterea fit, ut cætera qdē ſenſibilia non corrumpant ſuis exuperationibus animal, color inquam ſonus, & odor, ſed ipſa tantum ſenſuum inſtrumenta, niſi per accidens, ut ſi ſimul cum ſono pulſio ictuſq; fiat, & ſi à rebus quæ uidentur, atq; ab olentibus alia moueantur, quæ tactu corrumpunt. Sapor etiam hoc ſane corrumpit, quo ſimul accidit ipſum tangibile eſſe. Exuperationes autem tangibilium, ut calidorum, frigidorum, & huiuſmodi, ipſum interficiunt, atq; interimunt animal. Exuperatio enim ſenſibilis cuiuſuis, ſenſus deſtruit inſtrumentum, atque deuaſtat. Quare & tangibile exuperans, ipſum deſtruit tactum. At hoc ſenſu definitū eſt animal. Sine namque tactu fieri non poſſe ut ſit animal, demōſtrauimus. Quamobrem exuperationes, eorum quæ tactu percipiuntur, non ſolum inſtrumentum ipſius, uerū etiam animal ipſum interimūt, atque corrūpunt, quia neceſſe eſt animal hunc ſolum habere.

Id ſolius ꝓprium ſit uti eo priuatæ aialia quā primū inſit.

Legito ſuperius li. 2. tex. 117. & li. 3. 143.

F

Manifeſtum igitur q̄ neceſſe hoc ſolo priuata ſenſu animalia mori. Neque enim hunc poſsibile eſt habere non animal exiſtens, neque cum ſit animal, aliū neceſſe eſt habere, præter hūc. Et propter hoc quidem alia ſenſibilia excellentijs non corrumpūt, animal, ut color, & odor, & ſonus, ſed ſolum ſenſus: niſi ſecundum accidens, puta ſi ſimul cū ſono depulſio fiat, & ictus, et a uiſis, & odore alia mouentur, quæ tactu corrumpunt, & humor autem, ſecundum q. accidit ſimul tactiuum eſſe, ſic corrumpit. Tangibilium autem excellentia, ut calidorum, & frigidorum, & durorum, corrumpit animal. Omnis enim ſenſibilis ſuperfinitas corrumpit ſenſum. Quare & quod tangi poteſt, tactum. Hoc autem tactu, determinatum eſt uiuere. Sine enim tactu monſtratum eſt q̄ impoſsibile eſt animal eſſe. Vnde tangibilium excellentia non ſolum corrumpunt ſenſum, ſed et animal, quia neceſſe eſt ſolum habere hunc animalia.

Te. c. 67. Legito ſuperius t. 117. 118. 143.

Te. c. 68.

G

Concludit ex prædictis habitudinem ſenſuum ad animalia. Et primo quantum ad tactum. Secundo quantum ad alios ſenſus. ibi ⁋ Alios autem ſenſus. ⁋ Dicit ergo primo quòd, cum neceſſe ſit omne animal habere tactum, ut oſtenſum eſt, manifeſtum eſt q̄ ſolū per priuationem hui⁹ ſenſus. ſ. tactus, neceſſe eſt animalia mori. Hic enim ſenſus conuertitur cum animali, nec aliquid poteſt ipſum habere niſi ſit animal, nec aliqd poteſt eſſe animal, niſi habeat hunc ſenſum. Et inde ulterius concludit, quod ſenſibilia aliorum ſenſuum (ſi ſint excellentia) corrumpunt quidem ſingulos ſenſus, puta nimis fulgida corrumpunt uiſum, & fortes ſoni corrumpunt auditum, quia camē, corruptis his ſenſibus, poteſt animal remanere, horum excellentię non corrumpūt animal niſi per accidens, inquatum ſcilicet accidit animal pati ſimul ab aliquibus tangibilibus corrumpentibus, puta ſi ſimul cum ſono fiat depulſio & ictus, ut accidit in contruo, ex quo interdum animalia moriūtur. Et ſimiliter ab his quæ uidentur, aliqua moriuntur, nō inquantum ſunt uiſa, ſed inquantum aerem inficiunt, ut dicitur de quibuſdam uenenoſis. Et ſimiliter intelligendū eſt de odoribus, ſecundum quòd cum malis odoribus interdum adiūgitur corruptio aeris. Et ita etiam de ſapore eſt, quòd poteſt corrumpere animal, non inquantū ſapor eſt, ſed inquantum ſapori adiungitur aliqua qualitas tangibilis, puta quod talis ſapor conſequitur calorem excedētē, uel frigus. Sed excellentiæ qualitatum tangibilium cor-

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

rumpit animal per se,& non per accidens,quia omnis excellentia sensibilis corrumpit sensum. Vnde & quod tangi potest.i.tangibile si fuerit excellens,corrumpit tactum. Secundum autem hunc sensum determinatur uita animalis,tandiu enim durat animal, quādiu durat sensus tactus in eo. Ostensum est enim ꝙ impossibile est esse sine tactu, unde manifestum est quòd excellentiæ tangibilium, nō solum corrumpunt sensum tactus, sed etiam corrumpunt animal, inquantum hunc solum sensum necesse est inesse animali. Deinde cum dicit.

Supra tex. 63. Cur uisus, Gustus, Auditus & lingua aliis data sint.

Cæteros autem sensus animal habet, non ut sit, sed ut bene sit,ut antea diximus. Visum enim habet, ut uideat. Quoniam & in aere,& in aqua,& omnino in perspicuo degit. Gustū autem,ob id quod uoluptate afficitur, aut dolore, ut in alimento ea sentiat,& cupiat,ac moueatur. Et auditū ut aliquid significetur. Linguā præterea,ut ipsum aliqd alij ꝑ ipsam significet.

K

Alios autem sensus habet animal,sicut dictum est,non propter esse.sed propter bene,ut uisum,quia in aere,& aqua,ut uideat,omnino autem,quoniam in diaphano. Gustum autem habet propter delectabile,& triste,ut sentiat quod in alimēto,& concupiscat,& moueatur. Auditum aūt ut significetur aliquid ipsi. Linguā aūt habet,quatenus significet aliquid alteri.

Finis Textus tertij Libri de anima Aristo.

Ostendit qualiter se habeant alij sensus ad animal, & dicit ꝙ alios sensus habet animal, non propter necessitatem sui esse,quia sine eis potest esse,& uiuere sed ꝓp bō esse,sicut usum hēt,ga uiuit in aere,& in aqua, ut uideat ꝑ aerē & aquā.ea quę ꝓcul sunt.Et nō solū ꝑ aerē et aquā, sed etiā ꝑ quodcūq; diaphanū, quia etiā ꝑ corpora cęlestia uidemus. Gustū aūt habet aial ꝓp delectationē & tristitiā q̄ est i cibo,ut sentiat delectationē in alimēto, & sic concupiscat ipm,& moueat ad quęrēdū ipm. Sed notandū est,ꝙ supra posuit gustū necessariū aialib⁹, inquātum est tactus quidā alimenti,hic autē numerat ipm inter sensus nō necessarius ingtū est discretiuus saporū qui faciūt alimētū delectabile uel triste,ut accipiat facilē, uel refutetur. Et q̄d dicit de gustu intelligēdū est de odoratu,ga per odoratū attrahunt aialia ad alimētū à remotis, licet etiā in hominibus sit alia species,& alia utilitas odoratus,ut in libro de sensu & sensato dr. Audit⁹ aūt est in aiali ad hoc, quod ei aliquid significetur. Est.n. necessariū ꝙ cōceptiones uni⁹ aialis alteri significentur, ꝑm ꝙ unū aial iuuat ex altero,ut patet maxime in gregabilib⁹ aialibus, in quibus geniti educantur a generantibus. Et ideo oportet etiam ꝙ aial hēat linguā,ꝑ quā sonādo,significet suas affectiones alteri. Et hęc dicta de aia ad prēsens sufficiant.

Suſ.t.64. & li.2. te. 101.

L

Expliciunt Diui Thomę Aquinatis almi ordinis prædicatorum in tres Libros de aia Aristo.præclarissima cōmētaria summa cura & diligētia emendata.

QVAESTIONES, SVPER TRES LIBROS DE ANIMA

Aristo. et Sancti Thomę expositionē. F. Dñici de Flādria ordis Prędicatorū.

IN HOC PROEMIO COMPREHENDUNTUR DUĘ LECTIONES LIBRI PRIMI, & Commenti sancti Thomæ.

M

BONORVM honorabilium. } Iste Liber diuiditur i prooemium, & tractatum. Tractatus.ibi { Principium autē quęstionis. } Prooemium diuiditur in tres partes. Nam primo reddit auditorem docilem. Secundo benevolum. Tertio attentum. Docilem reddit præmittendo ordinem & distinctionem tractatus, benevolum ostendendo utilitatem scientiæ, attentum ostendendo difficultatem Pro quo notandum est ꝙ sex conclusiones sunt in hoc prooemio, quarū prima est, quòd ista scientia est melior & honorabilior cæteris partibus philosophiæ naturalis. Quæ probatur unica ratione sic. Illa scientia dicitur esse nobilior quia uel est de nobilioribus uel quia est de certiorib⁹ cæteris partibus philosophię naturalis,ergo &c. Maior probatur. Primo q̄d est de nobilioribus,quia ista scientia considerat de anima rationali quę est nobilior cæteris formis naturalibus. Secūdo q̄d est de certioribus,quia quilibet expetitur habere in se aiam.ergo &c. Ex hac cōpositione inferuntur quatuor corollaria,quorum primum est (vt infert Philosophus in textu) videlicet quòd rationabiliter scientia de anima est prior. Cuius ratio est,quia nobiliora sunt priora, sed per compositionem præcedentem scientia ista est nobilior cę teris partibus philosophiæ naturalis.ergo &c. Elicitur secundo quòd aliqua scientia dicitur esse nobilior alia propter duo,uidelicet propter nobilitatē subiecti, siue rei ꝓsideratę,& propter certitudinem consideratorum. Elicitur tertio quòd omnis scientia est de numero bonorum cuius ratio est,quia bonum & perfectum idem sunt,sed scientia quęlibet est perfectio animæ rationalis,ergo quelibet scientia est de numero bonorum. Elicitur quarto quòd omnis scientia speculativa est de numero bonorum honorabiliū, cuius ratio est,quia bonum honestum est id quod appetitur ꝓp se,& non propter aliquid,sed quęlibet scientia speculativa appetitur propter se,ut patet i ꝓœmio metaphy. ergo quælibet scientia speculativa est de numero bonorū honorabilium. Ex quo sequitur q̄d nulla scia practica est de numero bonorū honorabilium,cū non acquiratur propter se tantum,sed tamen bene est de numero bonorū laudabilium. Pro cuius ampliori declaratione notandum est quod bonum utile & bonum laudabile,& honestum, sic inter se differunt,quia bonum utile dicitur, quod quæritur propter aliud tantum,bonum uero honestum est id q̄d quæritur propter se,sed bonum laudabile est id quod quæritur propter se & propter aliud. Contra prædictam conclusionem primo arguitur sic cōtra suppositum. De eo q̄d non est,non est scientia,sed anima nō est, sed magis est id quo aliquid est,ergo de anima non est scientia. Præterea. Omnis scientia sequitur suum obiectum, sicut effect⁹ suā causam,sed anima præcedit scientiam, ergo de anima nō potest esse scientia tanquam de subiecto saltē. Præterea. Arguitur cōtra primam cōclusionem. Nam illa scientia est honorabilior quæ est certior,sed quæ est metaphysica est certior ista,ergo non est nobilior seu honorabilior cæteris scientijs. Præterea. Arguitur contra corollarium. Scientia libri physicorum præcedit scientiam de anima, ergo sequitur quod ista scientia non est prior cæteris partibus philosophiæ naturalis. Præterea. Arguitur contra probationē maioris. Nam forma corporum cœlestiū est nobilior anima,cum usus eius ad plura se extendat quam anima rationalis, ergo sequitur q̄d aia nō est nobilior cæteris formis naturalibus. Ad primū dicēdum quòd de eo quod nullo modo est,non est scientia saltem positiua, tamē de eo q̄d est in rerum natura,licet non sit id quod proprie est,bene est scientia. Vnde licet anima non sit id q̄d proprie est, est tamen id quo aliquid est. Sed hanc responsionem nititur destruere Ioānes de Ianduno tali ratione. Ens proprie dictum diuiditur in actum & potentiam,sed actus & forma idem sunt ergo forma est proprie ens, & per consequens anima (cum sit forma) erit proprie ens. Sed hæc ratio peccat per fallaciam æquiuocationis. Nam aliquid potest dici ens proprie dupliciter. Vno modo id quod non est ens per accidēs,& isto modo quælibet forma bene est proprie ens. Alio modo potest aliquid dici proprie ens scilicet quod per se & proprie subsistit, & isto modo nulla forma est proprie ens, nisi forte anima rationalis quę per se subsistit subsistētia incompleta,ut infra patebit. Ad secundum

N

Bonum ut plex

Ifdunus re pugnat.

O

P

Q

A

cundum dicendum ꝙ anima rationalis potest dupliciter considerari. Vno modo secundum suum esse, et isto modo præcedit omnem scientiam. Alio modo secundum rationem communem eius, secundum.s. ꝙ potest diffiniri et cognosci, & etiam isto modo bene præcedit scientiam ordine cognitionis,& vt obiectum præcedit habitum. Ad tertium dicendum ꝙ ista scientia non est nobilior omnibus alijs scientijs. sed est nobilior omnibus alijs scientijs naturalibus. Ad quartum dicendum quòd istam scientiam esse priorem potest intelligi dupliciter, uel ordine perfectionis, & sic est prior omnibus partibus scientiæ naturalis, uel ordine cognitionis, & sic solum est prior scientijs de animatis, quia communior Ad quintum dicēdum quòd licet forma corporum cælestiū sit nobilior extensiue quā anima rationalis,tamen intensiue anima rationalis est nobilior & dignior. Cuius ratio est, quia anima rationalis pax est maioris dignitatis quā corpora cælestia.ergo etc. Circa præcedentia adhuc dubitatur utrū scientia de anima sit una numero. Et arguitur quòd non duabus rationibus. Io. de Ianduno. Nam diuersarum conclusionum numero distinctarum non potest esse unus habitus numero, vt patet de se, sed in libri de anima sunt diuersę cōclusiones numero distinctæ, ergo in eis non est una scientia numero. Præterea. Ex diuersis phantasmatibus non potest fieri una impressio numero, sicut ex diuersis colorib⁹ non potest fieri una coloratio in numero, sed eorum quæ traduntur in scientia de anima sunt diuersa phantasmata, ergo idem quod prius. Ad istud dubium propter rationes prædictas, prædictus doctor concludit esse dicendū ꝙ hæc scientia non est una numero. Sed prædictæ rationes nihil concludunt. Nam duplex potest esse distinctio cōclusionum. Quædam est distinctio materialis, a qua distinctione non causatur distinctio scientiæ. Alia est distinctio formalis, & illa est duplex. Quædam est secundum formas naturales. Alia est secundum diuersas rationes cognoscibilitatis,aquā quidem distinctionem, causatur distinctio scientiæ. Licet ergo in libris de anima sint diuersæ conclusiones distinctæ numero, primo & secundo modis, conueniunt tamen in una ratione cognoscibilitatis, unde de eis potest esse una scientia numero. Ad secundū dicendum quòd non est similitudo de phantasmatibus

B

intellectum, & de coloribus per respectum ad usum quantum ad impressionem, quia phantasmata non sunt obiectum intellectus, sicut colores sunt obiectum usus. Vnde licet ex diuersis colorib⁹ sint diuersæ impressiones, tamen ex diuersis phantasmatibus potest esse una scientia numero. Secundo dubitatur unū ista scientia sit una unitate specifica, & arguitur quòd non, duabus rationibus eiusdem. Nam diuersarum conclusionum specie distinctarum non potest esse unus habitus specificus,cū distinctio specifica obiectorum causet distinctionem specificam habituum, sed in hac scientia sunt diuersæ conclusiones specie distinctę,ergo &c. Præterea. Scientia idem est quòd species intelligibilis, sed omnium consideratorum in hac scientia non est una species intelligibilis, ergo eorum non est una scientia specifica. Dicendum ꝙ ista scientia est una unitate specifica,cui⁹ ratio est, quia omnium illorum quæ conueniunt in una ratione formali cognoscibilitatis, est una scientia unitate specifica. Sed omnia quæ considerātur in hac scientia conueniunt in una ratione formali cōsiderationis,ergo &c. Ad primum dicendum, sicut dictū est ad primum præcedentis dubij. Ad secundum dicendum negando maiorem, quia species intelligibilis differt realiter ab ipsa scientia, sicut causa ab effectu. Dubitatur tertio vtrum hæc scientia sit una tantum unitate generica & arguitur quod sic,ratione prædicti opinatoris, quia illa scientia est tantum una unitate generica, cuius obiectū est tantum unum unitate generis, sed obiectum huius scientiæ scilicet anima est unum unitate generica uel analogica,ergo &c. Dicendum quod licet obiectum huius scientiæ sit unum unitate analogica loquendo de unitate naturali,est tamen unum unitate specifica loquendo de unitate cognoscibilitatis, unde non oportet quod illa scientia sit solum una unitate generica. Vel dicendum quod unitas analogiæ obiecti sufficit ad unitatem specificam scientię. Dubitatur quarto utrū corpus animatum sit subiectū huius scientiæ,arguitur quod sic, quia illud est subiectum sub cuius ratione formali omnia considerantur, sed quæcunq; considerantur in hac scientia considerantur ut corpus animatum,uel ut reducibile ad ipsum. ergo &c. Dicendum quod anima est subiectum huius scientiæ,& non corpus animatum. Cuius ratio est quia illud est subiectū cuius principia,partes,& passiones quærimus, per Philosophum quarto metaph. Sed in hac scientia quærim⁹ partes,principia, & passiones & operationes ipsius animæ, ergo &c. Ad rationem dubij dicitur negando consequentiam,quia non considerantur in hac scientia partes & passiones corporis animati inquātum huiusmodi sed inquātum fluunt ab ipsa anima. Secunda cōclusio est ista. Ista scientia est utilis ad oēs alias partes philosophiæ, & probatur. Illa scientia est utilis ad cæteras scientias sine qua ille scientiæ non possunt adipisci, sed sine hac scientia nulla alia partiū philosophiæ naturalis præsertim potest adipisci,ergo &c. Probatio minoris, quia omnis pars philosophiæ uel est naturalis uel moralis, uel mathematica uel metaphysica,uel rationalis, sed sine anima & potentijs eius non potest haberi scientia moralis, cū uirtutes de quibus considerat,sint subiectiuæ in potentijs animæ. Similiter nec mathematica,nec metaphysica potest adipisci sine intellectu possibili qui est pars animæ, nec etiam scientia naturalis,cum anima sit principium animatorum,de q̄bus maior pars philosophiæ naturalis cōsiderat,ergo &c. Contra hanc conclusionem arguitur sic. Bonum utile & honestum adinuicem distinguuntur, Sed ista scientia est de numero bonorum honorabilium,ut per primam cōclusionem,patet,sequitur ergo quòd ipsa non est bonum utile. Præterea. Ista quæritur gratia sui ipsius, cum sit scientia speculativa,ergo nō est utilis,patet sequela,quia utile dicitur quod quæritur propter aliud & non propter se, ut supra concessum est. Præterea. Multi habent cognitionem moralium,qui tamen non habent scientiam de anima, ergo sine ista scientia potest haberi scientia moralis, & per consequens non erit utilis ad acquisitionem scientiæ moralis. Ad primum dicendum quod bonum utile & bonum honestum non distinguuntur semper secundum rem, sed secundum rationem. Vnde unum & idem potest dici bonū honestum & utile diuersis rationibus. Et per hoc patet solutio ad secundum. Ad tertium dicendum, quòd licet aliqui habeant cognitionem imperfectam & confusam moralium,tamen sine ista scientia est impossibile habere eorum cognitionem perfectam & completam. Tertia cōclusio. Prius considerandum est de anima quantum ad ei⁹ substantiam,quam quantum ad eius accidentia. Hæc conclusio probatur tali ratione. Substantia præcedit accidēs cognitione & diffinitione, ut patet septimo metaphy. ergo prius considerandum est de anima quātum ad substantiam eius,quā quātum ad accidentia eius. Ex hac conclusione patet ordo dicendorum in hac scientia. Cōtra hanc conclusionem arguitur sic. Illud quod facit ad cognitionem alterius,prius debet considerari, sed accidentia animæ maximam partem conferunt ad cognoscendū quodquid est eius,ut infra concedit Philosophus ergo sequitur quòd prius considerandum est de accidentibus ipsius animæ quam de substantia eius. Præterea. Innata est nobis uia &c. Sed operationes & actus ipsius animę sunt notiores ipsa anima,ut etiam infra concedit Philosophus, ergo idem quod prius. Ad primum dicendum quòd duplex est ordo cognitionis,uidelicet ordo cognitionis determinate,& ordo cognitionis confusæ, licet ergo operationes & actus animæ sint priora & notiora ordine cognitionis confusæ,tamen ipsa anima est notior etiam quo ad nos ipsis accidentibus ordine cognitionis determinatę. Et per

C

D

E

F

G

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

I hoc patet solutio ad secundum. Quarta conclusio: Scientia libri de anima est de numero difficillimorum. Hęc cōclusio probatur sic. Illa scia est de numero difficillimorū, in qua mouentur difficillime difficultates, ergo &c. Pro declaratione minoris cōsiderandum est qͦ ipsa anima potest dupliciter considerari. Vno modo quantum ad diffinitionem & eius quiditatem. Alio modo quātum ad operationes & passiones. Si primo modo, sic potest dupliciter considerari. Vno modo quantum ad modum diffinien di, sic de ea mouetur una quæstio, quæ est talis, utrum diffinitio debeat dari componendo, uel diuidēdo, uel demonstrando. Alio modo potest considerari anima quantū ad ea, quæ ad diffinitionem pertinent, & hoc tripliciter, uel quantum ad substantiam eius, uel quantum ad partes siue potentias eius, uel quantum ad ea quę cadūt in diffinitione eius. Si primo modo, sic mouenē octo quęstiones. Quarum prima est, utrū anima sit substantia uel quantitas. Secunda est, si sit substantia utrū sit actus uel potentia. Tertia est, si sit actus utrum sit substantia simplex uel cōposita. Quarta utrum sit substantia impartibilis uel partibilis. Quinta, utrum sit una anima secūdum speciem uel plures. K Sexta, si sint plures, utrum differant genere uel non. Septima, utrum diffinitio animæ sit diffinitio speciei subalternæ uel specialissimæ. Octaua utrum sit una quædā communis diffinitio tantum, uel cuius liber animæ propria & specialis ratio. Si secundo modo consideretur anima quātum ad eius partes siue potentias, sic oriuntur tres difficultates. Prima est, utrum uegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuum, sint diuersæ animæ uel partes potentiales eius. Secunda, si sint diuersæ potentiæ, utrum prius oportet quærere actus quàm potentias. Tertia, si prius oportet quærere actus, utrum oportet prius quærere potentias quàm actus & potentias. Si autem consideretur anima quantum ad ea quæ adiuuant diffinitionem eius, sic de ea mouetur una dubitatio, utrum accidentia, quæ magnā partē conferunt ad cognoscendum quodquid est, debeant poni in diffinitione ipsius animæ uel non. Si autem consideretur quantum ad eius passiones & operationes, sic mouetē ea una difficultas. Vtrum omnes operationes animæ & passiones ei⁹ sint proprie ipsi animæ uel communes toti coniuncto. Vel aliquę proprię & aliquę cōmunes Cōsiderandum est viterius qͦ Platonici ponebant animam esse substantiam separatā & uniuersalem, vt de ea esset scientia ut clarius infra patebit. Quam opinionē excludit Philosophus in litera dicens qͦ uniuersale scilicet separatum, L aut nil est, aut posterius est singularibus qualiter etiā hoc intelligaē infra patebit. Contra prædicta sic primo arguitur, illud quod experimur in nobis, est certissimum, & facillimę cognitionis sed aiam experimur in nobis, ergo seq tur qͦ aia nō est difficillimę, sed facillimę cognitiōis. Pręterea illud, quod est aię pręsens p suā essentiam, facile cognoscitur ab ipsa sed aia est sibi ipsi pręsens p suam essentiam, ergo sequitur qͦ a seipsa faciliter cognoscitur. Pręterea. Si anima esset difficillimæ cognitionis, uel ergo difficultas illa ꝓueniret ex parte rei cognitę, uel ex parte rei cognoscentis, non primum, cū aia sit immaterialis & in actu, nec secundum, cū aia nō excedat facultatem suāpsi⁹. Ad primum dicendum quòd licet id quod experimur in nobis sit facillimæ cognitionis quantum ad an est, uel qa est, non tamen quantum ad quid est, & per hoc patet solutio ad secundum. Sed tamen ad cognoscēdum qualiter anima seipsam cognoscat quantum ad an est, & quid est, notandum diligenter secūdum Doctorem sanctum in de veritate. q. 10. ar. 8. in. c. qͦ de anima possumus habere duplicem cognitionem, uidelicet cognitionem an est, & cognitionē quid est, si loquamur de cognitione animę quantum ad an est, hoc est dupliciter, uel loquendo de cognitione actuali, uel habituali, si primo modo, sic cognoscit se per suas operationes, si secūdo modo, sic aia cognoscit seipsam per suam essentiam. Ex eo enim qͦ est sibi pręsens per suam essentiam, apta nata est exire in suum actum. Si uero loquamur de cognitione animæ quantū ad quid est. N Hoc est dupliciter, uel quantum ad apprehensionem, uel quantum ad iudiciū de re apprehensa. Si primo modo, sic anima cognoscit seipsam per similitudines, sicut & alias res. Si secundo modo, sic anima cognoscit seipsam intuēdo immutabilem ueritatem secundum quod eius similitudo est expressa in anima nostra. Ex quibus elicitur quòd animam cognoscit seipsam aliquando per actus suos, aliquando per essentiam suam, aliquando per species intelligibiles, aliquando per intuitum primæ ueritatis. Ad secūdum dicendum quòd difficultas ista prouenit ex parte ipsius animæ, quia non cadit sub sensu (a quo scientia nostra ortum habet) nisi per accidens. Circa præcedentia dubitatur primo. Vtrum vniuersalia sint posteriora singularibus (vt dicit hic Philosophus.) Et arguitur primò quòd non. Nam principium pri⁹ est principiato, sed vniuersalia sunt principia singularium ut Philosophus sępius cōcedit in metaphysica, ergo uniuersalia sunt priora. Pręterea. Id, a quo non conuertitur subsistendi consequentia est prius, ut patet in præparatis, sed uniuersalia sunt huiusmodi respectu singularium, ergo &c. Dicendum quòd uniuersale potest dupliciter considerari, secundum quòd dicit sanctus doctor in lectione prima Vno modo secūdū qͦ subiacet intentioni vniuersalitatis. Alio modo secundū propriam eius naturam. Si primo modo sic uniuersale aut nil est, aut est posterius singularibus, (vt dicit Philosophus.) Si secundo modo sic est prius singularibus saltem secundum rationem (vt uoluerunt duo argumenta dubi.) Pro cuius ampliori declaratione notandum est quòd multiplex est uniuersale, uidelicet uniuersale logicum, uniuersale physicum, uniuersale mathematicum, & uniuersale metaphysicum. Vniuersale logicum est posterius singularibus, & uocatur uniuersale post rem. Sed uniuersale physicum & machematicum est prius singularibus, & uocatur uniuersale in re, sed differēter, quia uniuersale physicum est in re, id est in materia sensibili, sed uniuersale mathematicum est in re, ideſt in materia intelligibili, unde materia sensibilis est substantia subiecta qualitatibus actiuis & passiuis. Materia intelligibilis est substantia quanta sine huiusmodi qualitatibus. Similiter uniuersale metaphysicum est prius singularibus. & dicitur uniuersale ante rē, quod est dupleꝛ, uidelicet uniuersale ante rem natura tantum, & natura, & tempore simul. Vniuersale ante rem natura tantum est uniuersale consideratum in suis principijs quiditatiuis. Sed uniuersale ante rem natura, & tempore simul est uniuersale cōsideratum secundum quòd habet esse in mente primæ causæ. Dubitatur secundo utrum accidentiam magnam partem conferant ad cognoscendū quoquideſt. Et arguitur primo quòd non quia eadē sunt principia essendi & cognoscendi, sed accidentia non sunt principia essendi quiditatis substantię, ergo non sunt principia cognoscendi ipsius substantiæ. Pręterea substantia est principium cognoscendi accidentia, ut patet septimo metaphysice, ergo accidentia non sunt principium ad cognoscendum substantiam, patet consequentia, quia idem non potest esse prius & posterius respectu eiusdem. Dicendum quod accidentia conferre ad cognoscendum quodquideſt ipsius substantiæ potest intelligi dupliciter, uel a priori & secundum naturam uel a posteriori & quo ad nos, si primo modo, sic accidentia non cōferunt ad cognoscendum quodquid est substantiæ, sed magis econuerso (ut uoluerunt argumenta dubij.) si secundo modo sic accidentia conferunt ad cognoscendū quodquid est substātiæ (vt hic uult Philosophus.) Et per hoc patet solutio ad argumenta dubij. Dubitatur tertio utrū sit aliqua operatio animæ sine corpore Et uidetur quod non, quia si ēet aliqua operatio animę sine corpore, maxime esset intelligere, sed hoc nō, quia dicere animam intelligere, est dicere eam texere uel filare. Itē secundo, quia intelligere nō sine phantasmatibus, ut patet in tertio hui⁹, sed phantasmata nō sunt sine corpore, ergo intelligere nō est sine corpore.

Vtrū vniuersale sit posterius singulari.

Quomodo quātum ad an est. & q est aia seipsa cognoscat.

Dicendum

A Dicendum qͦ operatio animæ potest dupliciter indigere corpore. (ut dicit hic Doctor sanctus) uel tāquā obiecto & instrumento simul, sicut uidere, audire, & huiusmodi, uel tanquam obiecto tantum, omnes operationes animæ coniunctæ (quia non loquitur de separata) indigent corpore aliquo illorum modorum non tamen indigent eo omnes utroque modo quia operationes sensitiuæ animæ, & uegetatiuæ indigent eo utroque modo, operationes uero animæ intellectiuæ indigent eo altero modo tantum, uidelicet tanquam obiecto & non tanquam instrumento organico. Et per hoc patet solutio ad argumenta dubij. Quinta conclusio quę tangitur ibi. ⸗ Videntur aūt & animæ passiones &c. ⸗ est ista qͦ quædam sunt passiones animæ tantum & quædam nō sunt animę tantum, sed totius coniuncti, quæ probatur tali ratione philosophi. omne id, ad quod operatur complexio corporis, non est animæ tantū sed etiam corporis, & per consequens coniuncti, sed ad passiones animæ operatur B complexio corporis, quia aliqui adueniente aliquo maximo uel arduo non timent nec tristantur, aliqui uero pro minimo timent & tristantur. ergo quædam passiones animæ non sunt animæ tantum, sed etiā corporis. Sexta conclusio quæ tangitur, ibi ⸗ Propter hoc &c. ⸗ est ista. Cōsideratio de anima pertinet ad naturalem Philosophum. quæ ꝓbatur tali rōne Pbi. passiones includunt in earum diffinitionibus ea, quorum sunt passiones, sed passiones aīæ non sunt solum aīę, sed etiam corporis, ut patet per p̄cedentem conclusionē, ergo in earum diffinitionibus ponitur corpus. Sed omne corpus et materia pertinet ad cōsiderationem naturalem, ergo & illæ passiones pertinent ad considerationem naturalem. Et quia eandem considerationem pertinent subiectum & passiones eius. ergo cū anima sit subiectum illarū passionum uel saltem coniunctum rationę animæ sequitur qͦ consideratio animæ pertinet ad Philosophum naturalē. Contra hanc conclusionem arguitur sic. Ad eandem cōsiderationem pertinet totum & quælibet pars subiectiua, sed anima rōnalis, quæ est pars subiectiua, aīę nō ptinet ad Philosophū naturalē, C sed potius ad metaphysicū. ergo nec anima. Probatio minoris, quia forme, quæ pertinēt ad considerationem naturalem sunt forme existentes in materia, sed anima rationalis cum sit pars per se subsistēs, non est forma existens in māteria, cum existere in alio distinguatur contra existere per se. Pręterea. Id non cadit sub considerationē naturali, cui non competit passio subiecti naturalis, sed passio entis mobilis, uidelicet corruptibilitas non competit aīe rationali, cum ipsa sit incorruptibilis. ergo &c. Pręterea. Ad eandem scientiam pertinet consideratio subiecti & passionum ut iam concessum est supra, sed aliquæ actiones & passiones animæ pertinet ad metaphysicum & ad moralem philosophiam. ergo &c. Ad primum dicēdum qͦ anima rationalis potest cōsiderari dupliciter. Vno modo ut forma. Alio modo ut per se existens et separabilis a corpore. Licet ergo ipsa anima secundo modo considerata non pertineat ad considerationem naturalem. si tamen consideretur primo modo sic subiacet considerationi naturali. Ad probationem minoris dicendum qͦ animam rationalem coniunctam per se existere potest intelligi dupliciter. Vno modo quod per se existat existentia comple D ta alio modo quod per se existat existētia incompleta. & hoc dupliciter, uel quia existit per se ita quod non existat in aliquo, uel qͦ existat a se ita qͦ non accipiat existētiam ab aliquo, licet ergo anima rationalis existat per se existentia incompleta, tamen existit in alio, sicut forma in materia, tanquam communicans suum esse materiæ. Ad secundum dicendum qͦ licet anima rationalis quantū ad eius essentiam & quantū ad eius supremam portionem sit incorruptibilis, tamen quantum ad operationes & passiones sensitiuas eius & uegetatiuas est corruptibilis. Ad ter E tium dicendum quod passiones animæ diuersis rationibus considerantur a naturali & metaphysico. Ad naturalem enim pertinēt secūdum quod subiacet motui & trāsmutationi. Ad metaphysicum uero ratione entis. Ad moralem secundum quod sunt principia bene uel male uiuēdi, seu operandi. Vltima conclusio. Diffinito formarū naturalium, similiter & passionum, in qua non ponitur materia est insufficiens. Hęc conclusio probatur tali ratione secundum Philosophum. Nam omnis forma, quæ habet esse in materia determinata si in eius diffinitione non ponatur materia, talis diffinitio erit insufficiens, sed quælibet forma naturalis cum suis passionibus habet esse in materia determinata, ergo & cętera. Probatio maioris quia diffinitio sufficiens exprimit rōnem definiti a prima potentia usque ad ultimum actum. sed forma habens esse in materia determinata nō pōt pfecte explicari sine materia, ergo & cætera. Pro declaratione huius scendum secundū Doctorem sanctum, & Philosophum in præsenti passu qͦ F duplex est definitio. quædam est definitio, quæ apprehendit solum formam. alia est definitio naturalis & talis est duplex. quędam est imperfecta, quæ, scilicet apprehendit materiam, & alia est perfecta, quæ apprehendit materiam, & formam simul. Prima dicitur formalis tantum. Secunda materialis tantum. Tertia materialis & formalis simul, prima enim dicitur medium demōstrationis, secunda dicitur conclusio. tertia dicitur tota demōstratio. Exemplum primę, domus est cooperimentum protegens nos a frigore. Exemplum secundę, ut domus est cooperimentum compositum ex lapidibus & lignis. Exemplum tertię, ut domus est operimentum compositum ex lignis & lapidibus protegens nos a frigore. Ex prædictis elicitur quod definitio logica. de rebus naturalibus est insufficiens. similiter quod definitio quę datur per materiam, & formam, dicitur magis naturalis, quam illa, quę datur per materiam tantum, cuius ratio est, quia forma est magis natura, quam materia, G ut patet secundo physicorum tractatu primo capitulo secundo. Considerandum est ulterius secundum eosdem ubi supra quod physicus, mathematicus, & metaphysicus diuersimode considerant ea quę ad rationem animæ pertinent. Nam physicus considerat de sensibilibus secundum quod sunt coniuncta materiæ sensibili. Mathematicus uero secundum quod sunt abstracta a materia sensibili secundum rationem, coniuncta tamen eis secundum esse, & licet substantia quanta, de qua considerat mathematicus, sit sensibilis secundum esse, non tamen considerat eam secundum quod huiusmodi. Metaphysicus uero considerat de prædictis secundum quod sunt abstracta tam a materia sensibili quam a materia intelligibili, accipiendo ly intelligibile. ideſt phantasiabile, ideſt secundum quod Philosophus intellectum phantasiam nominat. Contra prędictam conclusionem arguitur sic. Materia non est principium cognoscendi, cum sit in pura potentia. ergo non est principium definiendi, quia principia definientia habent notificare definitum. Pręterea. Partes definientes sunt priores toto, sed materia non est prior forma, ut patet septimo metaphysice, ergo & cetera. Pręterea. Partes definientes debent H predicari de definito in eo quod quid, ut patet per Philosophum secundo metaphysice & secūdo posteriorum. sed materia non potest predicari de forma, cum habeat rationem partis & non totius. ergo & cætera. Pręterea. Secundum communem philosophorum sententiam partes definientes sunt forme, sed materia non est forma, ergo materia non potest esse pars definitionis. Ad primum dicendum quod materia potest tripliciter considerari secundum Britonem in hoc passu. Vno modo in se & ab-

Universidad de Deusto
Biblioteca

solute,ſm.ſ.q̄ eſt indifferens ad oēs formas naturales generabilium & corruptibiliū.& iſto mō,cū ſit in pura potentia,non poteſt eſſe principiū definiendi ut uoluit argumentum. Alio modo poteſt conſiderari materia ſm q̄ ſub iaceat qualitatibus ſenſibilibus actu. & iſto modo etiam non poteſt eſſe pars definitionis,quia accidētia definitionem non ingrediuntur niſi forſitan a poſteriori circumlocutorie.Tertio modo poteſt conſiderari ſecundum ordinem ad formam determinatam,ad quam ſequuntur ipſæ qualitates ſenſibiles,et iſto modo materia eſt principium cognoſcendi.& p̄ cōſequens definiendi. Ad ſc̄m dicendū q̄ duplices ſunt partes rei ſenſibilis,nā q̄dam ſunt partes formales & tales p̄cedunt definitum,aliæ ſunt materiales.& tales ſunt duplices. Quædam ſunt indiuiduales,& tales non p̄cedunt definitum. alię ſunt communes,& tales p̄cedunt definitum, ordine ſaltem cognitionis,licet non ordine naturæ.Ad tertium dicendum q̄ partes diffinitionis ſunt in duplici differētia.nā quædam ſunt quę ponuntur in obliquo,quædam in recto.Ille.n.q̄ ponuntur in recto,ſupponunt formam totius & p̄dicātur de definito in recto,aliæ uero partes ſupponunt partē rei & prædicanē de definito in obliquo. Materia autē nō ponitur in definitione formæ in recto ſed potius in obliquo.Vnde ratio non ſequitur.Et per hoc patet ſolutio ad ultimum,quia partes quæ ponuntur in definitione in recto ſunt formæ,non autem illę quæ ponūtur in obliquo.

Explicit proœmium.

Sequitur textus. ¶ Principium autem quæſtionis eſt apponere,quæ maxime uidentur ineſſe ipſi & cætera.

Primum capitulum primi tractus huius primi libri de anima comprehendit tertiam lectionem commenti Sancti Thomæ.

INITO proœmio ineſpit tractatus q̄ diuiditur in tres partes principales ſecundum q̄ ſunt tres libri de anima.In prima parte Philoſophus determinat de anima ſm opinionem antiquorū. In ſecūda ſm opinionē propriā quantū ad rōnē cōem ipſius aiæ.& hoc in ſecundo libro,qui incipit ibi. ¶ Quę quidē a prioribus. ¶ In tertia uero, ſcilicet in tertio libro determinat de ea q̄tum ad ſpecialem rōnem intellectiuæ partis ibi. ¶ Qđ aūt non ſit ſenſus alius p̄ter quinq̄. ¶ Prima pars diuiditur in tres tractatus.In primo tractatu Philoſophus recitat opinionē antiquorum de anima q̄ū tum ad totam ſubſtantiā ipſius animę.In ſecūdo aūt ibi. ¶ Conſiderandū autē. ¶ reprobat opinionē eorundem. In tertio ibi. ¶ Quoniam aūt cognoſcere. ¶ recitat duas dubitationes de ipſa aia remouendo opiniones antiquorū de aia q̄tum ad eius partes. Primus tractatus, in quo recitat opiniones antiquorū Philoſophorū de anima q̄tū ad eius ſubſtantiam,continet tria capitula.In primo capitulo opiniones illorū Philoſophorū recitat,qui inueſtigauerunt naturam aiæ p̄ uiā motus.In ſecūdo capitulo ibi. ¶ Quicunq̄ aūt ¶ recitat opiniones illorū philoſophorum,qui inueſtigauerunt naturam animæ ex parte cognitionis & ſenſus,& ex parte utriuſque. In tertio capitulo ibi. ¶ Differunt aūt. ¶ Ponit differentiam opinionū Philoſophorū qui locuti ſunt de anima.Primum capitulum diuiditur in duas partes.In prima parte ponit concluſionem,in ſecunda parte recitat quandam opinionē antiquorum Philoſophorū,qui(ut dictū eſt)inueſtigauerunt naturā aīæ ex parte motus. Cōcſo talis eſt.Q̄ inueſtigādo nature anime primo & principaliter oportet inquirere ea quæ ſunt propria ipſius animæ.Hæc cōcluſio probatur tali rōne Philoſophi quia accidentia propria maximam partem conferunt ad cognoſcēdum quod quid eſt, ut patet in procemio huius,ergo ad inueſtigandum naturā animæ prius et principaliter eſt quęrere ea,q̄ ſunt ꝓpria eius. Ex qua concluſione infertur tale corollarium q̄ inueſtigando naturam animæ primo & principaliter oportet cōſiderare motū & ſenſum,qa inter omnia,q̄ competūt aīe motus & ſenſus ſunt maxime propria.quod ex hoc patet qa aīatū ab inanimatis ſolū,& maxime inter ſe differunt uidelicet per motum & ſenſum. Pro ampliori declaratione notandū primo ſecundum Philoſophū q̄ antiqui Philoſophi dicebant q̄ nil pōt mouere niſi mouetur.Cum ergo anima ſit mouens corpus dicebant animam eſſe de numero eorum quæ mouentur.Cuius opinionis radix, falſa eſt propter duo.Tum primo,quia ſi oē monens moueretur,ſequeretur q̄ eſſet ꝓcedere in infinitum in mouentibus,ut patet ſecūdo metaphyſicę,& octauo phyſicorū. Tum ſecundo,quia id quod conuenit alicui per accidens non poteſt ſibi conuenire ſemper,& per conſequens pōt ab eo ſeparari.Conſiderandum ſecundo quod Philoſophus recitat in hoc capitulo quatuor opiniones eorū,qui inueſtigauerunt naturā animæ ex parte motus.Prima opinio eſt Democriti,q̄ dicebat animā eſſe ignē ſiue igneā,et q̄ aīa nil aliud eſſet quam atomi igniti figuram rotundā habentes.Secunda eſt Leucippi, qui dicebat animam nil aliud eſſe quam corpus ſphęricum.Tertia eſt opinio Pythagoricorum,qui dicebāt animam eſſe deciſiones mouētes alia corpora.Quarta eſt opinio Anaxagoræ,quam recitat hic Philoſophus qui dicebat animā eſſe mouentem omnia.Conſiderandū ulterius q̄ Democritus poſuit atomos ſiue deciſiones ſemen,ſiue principium totius naturæ quia conſiderabat quod duo ſunt de rōne principij,uidelicet ſimplicitas & uirtuoſitas,(ut hic adducit Egidius.) cum ergo atomi ſint paruiſſimæ quantitatis,& per cōſequens ſimpliciſſimi,& maxime motiui & per cōſequens uirtuoſiſſimi . ideo dicebat.atomos eſſe principia omnium rerum.Dicebat ulterius illos,ex quibus cōponitur anima eſſe igneos,ſeu ignitos , tum primo , quia ignis eſt elementum maxime actiuum,tum ſecundo,quia ignis eſt calidus,in quo calido conſiſtit uita humana. quia igitur uidebat animam eſſe formam maxime actiuam inter formas naturales,& eſſe principium uitę,ideo dicebat atomos,ex quibus cōponitur anima,eſſe ignitos,uel igneos. Dicebat etiam illos atomos eſſe rotundæ figuræ,quia inter omnes figuras rotunda figura, ſiue ſpherica eſt promptiſſima ad motum quantū ad omnes differētias poſitionis,quę ſunt ſurſum,deorſum,ante,retro,dextrum,& ſiniſtrum.quia igitur maxime anima mouet corpus ad omnē differentiā poſitionis,non autem alię formæ naturales,iō dicebat animam eſſe cōpoſitam ex atomis rotundæ figuræ,ſiue ſphericæ.Conſiderandum ulterius q̄ aliqua attribuuntur alicui dupliciter.Vno mō eſſentialiter.Alio modo per uiam aſſimilationis quando dicitur q̄ aīa eſt ignis aut ignita.Ignis non attribuiē animæ eſſentialiter,ſed per uiam aſſimilationis,quia omnes proprietates ignis pñt ap propriari animæ, & potiſſime rationali,ut infra patebit. Contra prædictam concluſionem ſic primo arguitur.Innata eſt nobis uia a communioribus ad ſpecialiora procedere primo phyſicorum.ergo male dicitur in concluſione q̄ inueſtigando naturam animæ primo oportet quærere ea,quę conueniunt ſibi maxime ſecundum naturā,i. quæ ſunt ſibi propria.Præterea.Id,quod eſt manifeſtum,non indiget inquiſitione,ſed anima eſt manifeſtiſſima nobis, cum quilibet experiatur in ſe habere aīam,ergo non eſt neceſſaria aliqua inueſtigatio ipſius animæ. Ad primum dicendū q̄ duplex eſt cognitio,ſcilicet confuſa & determinata.

minata.uerum eſt quod loquendo de cognitione confuſa innata eſt nobis uia a communioribus ad ſpecialiora procedere, ſed loquendo de cognitione diſtincta & determinata,exordiū accipimus a ꝓpriȝs.Ad ſc̄m dicēdū q̄ licet aīa ſit nobis manifeſtiſſima q̄tum ad an eſt,e ſt tñ difficillima quantum ad cognitionem quid eſt.

Sequitur ſecundum capitulum ibi. ¶ Quicunq̄ autem in cognoſcendo. ¶ Hęc eſt lectio quarta eiuſdem libri de anima & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD eſt ſecundū capitulum primi tractatus.in quo poſtq̄ Pbs in p̄cedenti capitulo recitauit opiniones antiquorū Pborum de aīa,qui inueſtigauerūt naturā eius ex parte motus,hic conſequenter recitat opinionē illorū Philoſophorū , q̄ inueſtigauerūt naturā aīæ ex parte cognitionis & ſenſus.primo ponendo id in quo conueniunt tales Philoſophi.ſecūdo recitando duas opiniones diuerſas uidelicet Empedoclis & Platonis.Cōſiderādum aūt primo q̄ oēs illi Philoſophi,qui inueſtigauerunt aīam ex parte ſenſus & cognitionis cōueniunt in hoc q̄ unanimiter dicebant eſſe principiū,aut ex principȝs oīum entiū.ſ.dicebant aīam eſſe cōpoſitam ex principȝs rerum.unde ſm q̄ Philoſophi diuerſimode locuti ſunt de principȝs & de numero eorū,diuerſimode locuti ſunt etiam de ipſa anima . Vnde illi qui poſuerunt unum principium tantū,poſuerunt aīam eſſe cōpoſitam ex illo principio,qui uero poſuerūt plura principia,dicebant animam eſſe compoſitā ex pluribus principȝs.Conſiderandum eſt ulterius q̄ motiuū illorū Philoſophorum quare poſuerunt aīam cōpoſitā ex oībus principȝs erat tale,qa aīa nata eſt cognoſcere omnia uidelicet intelligibilia per intellectū,& ſenſibilia p̄ ſenſum,ſed oīs cognitio tā intellectiua q̄ ſenſitiua eſt rōne ſimilitudinis . ex eo.n.q̄ res cognita aſſimilatur cognoſcenti fit cognitio.niſi.n. ſimili tudo rei uiſibilis eſſet in oculo non poſſet uideri, ſimiliter niſi ſimilitudo rei intelligibilis ſuſciperetur in intellectu, non poſſet uideri intellectio.cū ergo aīa nō pōt aſſimilari oībus rebus(ut ipſi dicebant)niſi aīa cōponaē ex principȝs oīum rerū,ergo concludebant q̄ anima eſſet compoſita ex principȝs omnium rerum.ut uidelicet ſi terram intelligeret,cōponeret ex terra,& ſic de ſimilibus.Conſiderandū eſt ulterius q̄ p̄dictum motiuum non ualet.tū primo,quia ſi anima cōponeret ex terra non intelligeret terrā,qa intus exiſtēs prohibet extraneū,tū ſecundo quia ad hoc q̄ fiat intellectio uel ſenſatio, ſufficit aſſimilatio rei cognitæ ad cognoſcētē quātum ad hoc q̄ ſpecies ſeu ſimilitudo rei cognitæ ſuſcipiē in cognoſcente . non ergo neceſſe q̄ lapis ſm ſuum eſſe materiale ſit in oculo ut cognoſcatur ab eo,ſed ſufficit q̄ ſit in eo ſm eſſe intentionale.Conſiderandū eſt ulterius q̄ Philoſophus hic recitat duas opiniones principales.uidelicet Empedoclis & Platonis.opinio.n.Empedoclis erat q̄ aīa eſſet cōpoſita ex quatuor elementis,& ex concordia & diſcordia.ſed Plato poſuit animam cōpoſitā eſſe ex quatuor alīs principȝs,ſecundum q̄ poſuit alia principia,uidelicet ex eodem & diuerſo,ſiue partibili,& impartibili,ſecundo ex idæis, tertio ex numeris.Conſiderandū eſt ulterius pro declaratione opinionis Platonis ſm doctorem ſanctum q̄ entia poſſunt tripliciter conſiderari.uno modo in ſe,& propria natura.ſecundo modo per reſpectum ad principium effectiuum.tertio modo per reſpectum ad eos in cōi in quo omnia entia conueniunt.Quantum ad primam conſiderationem Plato poſuit duo principia entium.ſ.idem , & diuerſum.Quantum uero ad ſecundam conſiderationē poſuit tertium principium.ſ.ideas.Quantum ad tertiā conſiderationem poſuit numeros eſſe principia omniū rerum. Conſiderandū eſt ulterius ſecūdum eundem q̄ omnis lōgitudo componitur ex duobus punctis compoſitis ex numero binario.latitudo uero ſiue ſuperficies componiē ex numero trinario cum includit tria puncta.altitudo uero ſiue corpus componitur ex numero quaternario.unde qa dicebat res componi ex idæis ideo dicebat ideam unitatis eſſe punctum & primam lōgitudinem ſiue lineam eſſe ideam dualitatis.latitudinem uero ſiue ſuperficiem dicebat eſſe ideam trinitatis,ſiue numeri trinarij . Altitudinē uero primam,ſiue corpus dicebat eſſe ideā numeri quaternarij & quia quælibet res ſenſibilis includit punctum latitudinē,longitudinem,& profunditatem,ideo dicebat quamlibet rem ſenſibilem cōpoſitam ex numeris,& unitatibus.Conſiderandum eſt ulterius q̄d anima quæcunq; cognoſcit,aut cognoſcit intellectu aut ſcientia,aut opinione,aut ſenſu.intellectus uero includit unitatem , quia eſt unius,ſcilicet medij.ſcientia uero includit dualitatem,qa eſt duorū,uidelicet ipſius medij,& cōcluſiōis,ſed opinio includit trinitatē,quia eſt ipſius medij, & ipſius cōcluſionis demonſtratæ ſiue formidatę.ſenſus uero includit numerum quaternariū,quia in ſua operatione indiget corpore organico,ſed oē corpus ut dictū eſt,includit numerum quaternarium.Cū ergo ut dicit Plato anima cognoſcat oīa p̄ p̄dicta quatuor,ideo dicebat aīam eſſe cōpoſitā ex unitate,dualitate,trinitate,& quaternitate,ſiue quaternario numero,ut aſſimilaretur omnibus rebus cognoſcibilibus.Conſiderandum ultimo ſecundū Philoſophū in fine huius capituli q̄ aliqui alij Philoſophi uolentes inueſtigare naturam animæ ex parte utriuſq;,uidelicet tam motus q̄ ſenſus,dicebant aīam eſſe numerum mouentem ſeipſum.numerū q̄dē,qa maxime cognoſcitiua eſt. mouētē uero ſe,qa maxime motiua eſt inter oēs alias formas.

Sequitur tertium capitulum ibi. ¶ Differūt autē. ¶ Hic incipit lectio quinta eiuſdem libri,& in commento Sancti Thomæ.

ISTVD eſt tertium capitulum primi tractatus . in quo Philoſophus recitat diuerſitatem opinionem Philoſophorum loquentium de anima.& primo recitat diuerſitatem eorum quantum ad principia rerum.Differebant enim & quantum ad ſubſtantiam principiorum & quantum ad numerum.quantum ad ſubſtantiam principiorum tripliciter differebant.nam quidam poſuerunt principia rerum eſſe corporalia , de quorum numero fuit Empedocles,qui poſuit quatuor elementa eſſe principia rerum & cętera. Alij poſuerunt illa principia eſſe ſpiritualia,ſiue immaterialia,ut Plato qui poſuit ideas. Alij uero poſuerunt illa principia eſſe tam corporalia quam incorporalia,ſicut Anaxagoras q̄ poſuit ꝓter partes ſiſes aut diſſimiles ipſum intellectum.Differebant etiam ſecundū numerum , quia quidam poſuerunt unum principium. quidam plura &c.ut habitum eſt in primo phyſicorum, ad longum.Secundo recitat differentiam prædictorum Philoſophorum quantum ad naturam animæ. adducendo nouem diuerſas opiniones . Quarum prima eſt Xenocratis,qui dicebat animam eſſe igneam.Secūda eſt ipſius Democriti qui dicebat animā eſſe compoſitā ex indiuiſibilibus corporibus et atomis.Tertia eſt Anaxagorę dicentis aīam eſſe intellectū ſimplicē,immixtū,purum & ſeparatum.Quarta eſt,quam Thales , adducit uidelicet q̄ anima eſt quædam ſubſtantia per ſe motiua . Quinta eſt Diogenis,qui dicebat animam eſſe aerem.Sexta eſt Heracliti,qui dicebat aīam nil aliud eſſe q̄ uaporem. Septima eſt quam Alcimeon adducit,ſcilicet anima nihil aliud eſt quam ſubſtantia incorporalis de natura cœli exiſtens. Octaua eſt ipſius Hippi qui dicebat animā eſſe aquā.Vltima eſt,quā adduxit Crixias.qui dicit aīam eſſe ſanguinē.Nullus aūt Philoſophorum poſuit aīam eſſe terrā ſolum ꝓp eius materialitatem.Ex prædictis infert Philoſophus primo q̄ oēs ſupraſcripti Philoſophi conuenerunt in hoc q̄ inueſtigauerūt naturā animæ,aut per uiam motus,aut per uiam ſenſus,aut per uiā incorporeitatis.i.per uiā cognitionis intellectiuæ.Infert ſecūdo q̄ illi Philoſo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iphi eo mõ quo locuti sunt de principijs rerũ, locuti sunt de natura ipsius animæ considerantes animam esse principium rerum. Vnde qui posuerunt tantum unum principium posuerunt animã esse illud, qui uero posuerunt plura, posuerunt animam plura. Considerãdũ est pro opinione prima ꝙ quia ignis est corpus maxime incorporeũ subtile, & primum inter corpora, iõ illi Philosophi dicebãt animã esse ignem, ut pp incorporeitatem siue spiritualitatem intelligeret oĩa, & pp subtilitatẽ siue agilitatem, aut mobilitatem moueret se & oĩa. Si quæratur utrũ hoc uerum sit ꝙ ignis sit immaterialissimum corporum secundũ rei ueritatẽ. Dicendũ distinguẽdo quia uel loquimur de corporibus elemẽtaribus, uel loquimur de corporibus in uniuersali absolute. Si loquamur de corporibus elemẽtaribus, aut de corporibus mixtis, sic ignis est immaterialissimum & spiritualissimum oĩum corporũ, quod patet tam ex situ eius q̃ ex motu. Ex situ enim nã illa, quæ inferiori loco situantur sunt materialiora, ut patet de terra. cũ ergo ignis sit locatus in superiori loco inter oĩa elementa, necesse est dicere ꝙ inter omnia corpora elemẽtaria & inter omnia mixta sit spiritualissimũ & immaterialissimũ. Idem patet ex motu, quia quanto aliqua sunt magis materialia, tanto magis mouentur deorsum, quanto uero minus materialia, & p̃ consequẽs leuia magis mouentur sursum. Cum ergo inter omnia elementa ignis maxime moueat sursum, dicendum est ꝙ inter omnia elementa ignis est immaterialissimum. Si uero loquamur de corporibus absolute. dicẽdum ꝙ ignis non est maxime immaterialis aut incorporeus, sed corpus cœleste est magis spirituale & immaterialius, cuius ratio est quia ignis non agit cuiuscunq; actiuitatis fuerit nisi in uirtute corporis cœlestis. Considerandũ est ulterius pro secunda opinione ꝙ Democritus considerãs ex una parte ꝙ anima esset maxime cognoscitiua & maxime mouens, considerans uero ex altera parte ꝙ omnia constituũtur ex atomis, tanq̃ ex principijs rerum, sed quia sunt rotunde figurę, & multum habiles ad motũ. ideo dicebat animam esse compositam ex atomis, ut cognosceret omnia inquantũ sunt principia, & ut moueret omnia inquantũ sunt rotundæ figurę & sphericæ. Considerandũ ultimo pro opinione Anaxagorę ꝙ quadruplex est compositio. Quædam est compositio partium quantitatiuarum. Alia est compositio, quę est ex elementis, sicut mixtum componitur ex elementis. Tertia est compositio, quæ est diuerlis rebus materialibus aliĳs ab elementis, sicut homo componitur ex cerebro, corde &c. Quarta est compositio ex instrumento organico & potẽtia eius. ad remouendum primam compositionem Anaxagoras dicebat, & bene intellectum esse simplicem, ad remouẽdum uero secundũ compositionem ab anima, dicebat intellectum esse immixtum. sed ad remouendam tertiam compositionem ab anima dicebat intellectũ esse se paratũ. ad remouendam autem quartam compositionem ab ea dicebat intellectũ esse purum. Quia ergo non posuit differentiã inter animam & intellectum, concludebat definitiue ꝙ anima nil aliud est quam intellectus simplex immixtus purus &c.

Sequitur Tractatus secundus eiusdem.

Sequitur in textu. ¶ Considerandum autem &c. ¶ Hæc est lectio sexta eiusdem primi libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTE est Sẽs tractatus in quo Philosophus recitat opiniones Philosophorũ qui locuti sunt de animatam ex parte motus q̃ ex parte cognitionis, q quidem tractatus continet octo capitula. In primo capitulo adducit rõnes conuenientes cõtra eos, qui dicebant aĩam per se moueri. In secundo capitulo ponit rõnes speciales ad idem adducendo opinionẽ Platonis ibi. ¶ quidã autẽ & maxime &c. ¶ In tertio capitulo reprobat opinionem Platonis. ibi ¶ primũ quidem igitur nõ bene dicere. ¶ In quarto capitulo reprobat opinionem illorum, qui dicebant animã esse armoniã quandam ibi. ¶ Alia aũt est opinio. ¶ In quinto capitulo remouet opinionem illorũ, qui dicebant animam per se moueri. ibi ¶ Rationabilibus aũt &c. ¶ In sexto capitulo reprobat opinionem illorum singulariter, qui dicebant aĩam esse numerum seipsum mouentem. ibi ¶ Multum autem ex his q̃ dicta sunt. ¶ In septimo capitulo reprobat opiniõis illorum qui dicebant animam esse elementũ, aut ex elementis. ibi ¶ Tribus aũt modis traditis. ¶ In octauo & ultimo capitulo reprobat opinionẽ illorum, qui dicebãt animam esse in toto uniuerso, & per consequens ꝙ totũ uniuersum esset animatũ ibi. ¶ Et in toto autem quidam ipsam misceri dicunt. ¶ In primo autẽ capitulo cõtra eos, q dicebant animã per se moueri, (supponendo diuisionẽ motus in motũ per se, & motũ per accidens) adducit sex rationes conuenientes. Quarum prima est. Nã si anima per se moueretur, aut moueretur motu locali, aut motu augmenti, & decrementi, aũt motu alterationis. quia tantum sunt quatuor species motus. sed nullum istorum est dicendum, quia cum omnis motus sit in loco, (ut dicit textus) sequeretur ꝙ ipsa anima esset in loco per se. quod est inconueniens. tum primo, quia non habet esse per se. tum secundo, quia non est corpus (ut infra patebit.) sed actus corporis. Secũda ratio talis est. Quicquid naturaliter mouetur põt uiolenter moueri, & quicquid naturaliter quiescit, potest uiolenter quiescere. si ergo anima moueretur p̃ se naturaliter & quiesceret, posset moueri uiolenter, & quiescere uiolenter. quod absurdũ est, quia non solum sententiam proferentes, sed etiam fingere uolentes motus uiolẽtos animæ tribuere non possunt. Tertia ratio est. Si anima moueretur per se, moueretur sursum aut deorsum, aut ad medium. si sic, tunc esset quoddam elementum, aut cõpositũ ex elementis ut antiqui uoluerunt, sed consequens est falsum, cum moueat corpus ad omnes differentias positionis. Consequentia patet, quia ignis aut mixtũ, in quo prædominatur ignis, mouet naturaliter sursum, terra deorsum, aqua, & aer ad medium. Quarta ratio talis est. Si anima moueret corpus eo ꝙ ipsa mouetur (ut antiqui dicebant) eodem motu mouebitur corpus sicut & ipsa anima & econtra, sed corpus mutat locum, ergo & anima mutat locum, & per consequens transibit de corpore in corpus cum sit in corpore, ut ipsi dicebant sicut aqua in uase & per consequens erit resurrectio mortuorum animalĩũ. Quia dum aĩa dimittit corpus in quo est, intrabit in aliud corpus mortuum. & sic corpus mortuum resurget. Quinta ratio est. Illud, quod mouetur per aliud, non mouetur per se, sed anima mouetur per accidens, scilicet a sensibilibus, ergo non mouetur per se. Vltima ratio est. Nam si anima secundum suam naturam moueret & moueretur per se, sequeretur quod natura, siue substantia animæ distaret a seipsa, quia omnis motus facit distare id, quod mouetur ab eo quo mouetur, cum idem non possit esse in actu & in potentia respectu eiusdẽ simul & semel. Pro declaratione præcedentium considerandum primo quod licet antiqui Philosophi definirent animam tribus uĳs, (ut supra dixit Philosophus) uidelicet per motum &

tum & sensum, & per incorporeũ, siue immaterialitatem tũ Philosophus non prosequitur contra eos quantũ ad incorporeitatem, quia uera opinio est ꝙ anima est incorporea & imaterialis, potissime loquendo de aĩa rõnali, q̃ non educitur de potentia materię, necp̃ utitur organo corporeo in sua operatione. Verũtamen dicere animam esse subtilissimum corporũ falsum est. Considerandũ secundo ꝙ tripliciter aliquid dicitur moueri. ſ per se primo, p̃ se secundo, ideſt per alterum, & per accidens. exemplum primi. ut lapis mouetur per se primo deorsum, pars lapidis mouetur per se secundo, ideſt per alterũ, sed accidentia lapidis mouentur per accidens ad motum ipsius lapidis. Et licet Philosophus non enumeret nisi duos modos ipsius moueri expresse, tamen omnes prædictos modos enumerat sub intellectu, siue comprehensiue. Considerãdum tertio ꝙ motus potest accipi dupliciter. Vno modo cõmuniter, scilicet ut se extendit ad omnem mutationem tam instantaneam quam successiuam. & illo mõ sex sunt species motus, quæ continentur in his uersibus uidelicet. Auget diminuit corrumpit & generatur. Alterat & mutat, sic per loca multa uagatur. Alio modo accipitur motus proprie & physice, prout uidelicet se extendit ad motum, qui est cum transmutatione naturali, & illo mõ tantum sunt quatuor species motus, ut hic loquitur Philosophus. Considerandum ulterius quarto quod album põt cõsiderari dupliciter. Vno modo in sensu cõposito, uideliçet pro suo significato formali. album enim de suo significato formali significat albedinẽ, cui non cõpetit moueri per se. Alio modo accipitur in sensu diuiso, uidelicet pro suo significato materiali, uidelicet pro eo, quod est albũ. primo modo albũ mouetur per accidens. secundo mouetur per se. Considerandũ ultimo quod unicuique eo modo competit moueri, quo competit sibi esse. illa ergo, quę non habent esse per se, sed in alio, non mouentur per se, sed per alterum, aut per accidens. cum ergo nulla forma naturalis habeat esse per se, sed per alterũ, nulla mouebitur per se, sed per alterũ. Et licet anima unita corpori subsistat per se substantia incompleta, non tamen per se subsistit subsistentia completa, ut infra patebit. Contra nonnulla dicta in textu sic arguitur. Antiqui Philosophi tribus modis inuestigauerunt naturam animæ. uidelicet seu su, motu, & incorporeo, ut in præcedenti capitulo adduxit Philosophus. ergo insufficienter Philosophus prosequitur contra eos quantum ad duos modos tantum. Præterea in tertio & quarto physi. dicitur ꝙ aliquid dicitur tripliciter moueri, ergo hic male dicitur quod tantum dupliciter aliquid mouetur. Præterea Philosophus in tertio physicorum & in quinto enumerat sex species motus, ergo hic insufficienter dicitur quod quatuor sunt motus. Præterea. soli corpori debetur locus, ut patet quarto physicorum, sed motus non est corpus, ergo motus nõ est in loco, & per consequens Philosophus male dicit in textu quod omnes motus sunt in loco. Præterea. omne corpus per se potest moueri, sed omne album est corpus, ergo omne album per se potest moueri. quod est contra Philosophum in textu. ubi dicit ¶ ꝙ mouentur hæc ¶ scilicet album & tricubitum. sed secundum accidens. Præterea cœlum mouetur naturaliter, & tamen non potest moueri uiolenter, ergo Philosophus male dicit in textu quod, quæcunq; mouentur naturaliter mouentur etiam uiolenter. Præterea cœlum non potest quiescere naturaliter, & tamẽ mouetur naturaliter. ergo male dicit Philosophus ꝙ quicquid mouetur natura quiescit natura. Ad primum secundum & tertium patet solutio ex dictis. Ad quartum dicendum ꝙ motum esse in loco potest intelligi tripliciter. Primo modo considerando motum ex parte mobilis, & clarum est quod omnes motus sunt in loco, ideſt omne mobile, quod mouetur per aliquẽ motum est in loco. Alio modo quantum admodum mouendi. & illo modo etiam motus est in loco, ut clare patet de loci mutatione augmẽtatione, diminutione, de alteratione autẽ patet, quia in oĩ alteratione requiritur approximatio alterantis ad alterabile quod non potest fieri sine loco. Tertio modo quantum ad motũ in se, & sic antecedẽter etiã est omnis motus in loco. i. omnis motus præsupponit motũ localẽ, qui est de loco ad locũ. Ad quintũ dicendũ quod patet solutio ex dictis, quia ibi arguitur a sensu diuiso ad sensum cõpositũ, & per consequens ibi committitur fallacia compositionis. Ad sextum dicẽdum ꝙ duplex est motus. quidam est, qui habet quietem sibi oppositam, sicut est motus corporum simplicium, aut mixtorũ corruptibiliũ. alius est motus, qui non habet quietem sibi oppositã, ut est motus corporũ cœlestium. quicquid. n. mouetur naturaliter primo modo dicto potest moueri uiolenter, non autem secundo modo. unde ratio laborabat in æquiuoco. Et per hoc patet solutio ad septimum.

Sequitur in textu. ¶ Quidam autem mouere. ¶ Hæc est lectio septima eiusdem libri, & in cõmento Sancti Thomę.

ISTVD est secundum capitulum huius secundi tractatus, in quo Philosophus adducit opinionem Democriti in speciali reprobando eam duabus rationibus. finaliter adducendo opinionem trimembrem Platonis. Dicebat. n. Democritus ꝙ anima componebatur ex atomis, qui semper mouentur & quod moueret corpus eo modo, quo mouetur, sic describens animã quod anima est, quæ mouet corpus cõtinue mota cuius persuasio erat talis. Sicut se habet argentum uiuum ad statuã ideæ Mineruæ ita se habet anima ad corpus, sed argentum uiuum quandocunq; mouebatur mouebat illã statuam, ergo anima quandocunq; mouetur mouet corpus cum ergo ipsa anima componatur ex atomis semper mobilibus dicebat animam semper mouere corpus. Considerandum autem est ꝙ prædictam opinionem reprobat Philosophus duabus rationibus, quarum prima est. Eadem natura est principium mouendi & quiescendi alicuius, sed animal aliquando quiescit (ut patet ad sensum) ergo id quod erit principium quietis animalis erit principium mouendi. sed anima cum semper (secundum Democritum) moueat nõ potest esse principium quietis ipsius animalis, ergo nõ erit principium mouendi. Si dicatur ꝙ animal nũquam quiescit, sed semper mouetur saltem motu alterationis. ergo ratio nulla. Dicendũ quod Democritus loquebatur de motu locali, & non de motu alterationis solum. Vnde licet ratio non simpliciter concludat, concludit tamen contra Democritum. Licet enim uerum sit quod omne animal sit in continuo motu, uniuersaliter loquendo de motu, tamen non est in continuo motu locali, ut uoluit Democritus. Secunda ratio est. Animal mouetur per uoluntatem & appetitum ergo sequitur quod corpus animalis si ue animal non mouetur ab anima secundum se considerata. Considerandum est ulterius quod Philosophus in textu adducit tres opiniones Platonis de anima secundũ triplicem eius considerationem. Prima opinio est, quod anima est, q̃ unitur corpori & mouet illud. Secunda opinio est, quod anima est quoddam compositum ex numeris armoniacis. Tertia opinio est, ꝙ anima est aspectus rectus reflexus in duos circulos, quorum unum diuidit in septem circulos. Considerauit. n. Plato ꝙ anima potest tripliciter considerari. Vno modo ut est forma corporis, & isto modo dicebat animam uniri corpori, & ipsum mouere. Alio mõ põt cõsiderari anima per respectum ad sua principia. & sic dicebat animam esse compositam ex numeris siue ex consonantĳs. Tertio modo potest considerari quantum ad eius operationes & motum, & isto modo dicebat animam esse aspectum rectũ &c. Considerandum est ulterius ꝙ sit opinio Platonis consideretur secundum sonum uerborum, sic ueritatem nõ habet, ut ostẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

J dit infra Philosophus. Sed si cōsideretur quantum ad sententiam uerborum, per uiam. s. cuiusdam similitudinis, sic habet ueritatem. Manifestū est enim q̄ anima unita corpori per se non mouet ipsum corpus, sed mediantibus tantū suis potentijs. Sicut etiam in numeris, primo reperitur consonantia & proportio, ita & in anima, anima enim habet similitudinem ad numeros armoniacos, quia reperitur maxima proportio animæ ad corpus & partium corporis inter se ut debite exerceat suas operationes. Manifestū est etiam q̄ in anima consideratur aspectus directus & reflexus per modum circuli qui quidem circulus diuiditur in duos circulos, quorū ultimus diuiditur in septem similitudinarie loquēdo. Vnde intellectus recte intelligit suū obiectum, quę intellectio potest dici intellectus directus & intelligendo suum obiectum etiam reflectitur supra se ipsum per modū circuli. qui quidem intellectus circulus, idest intellectio diuidit in duos circulos. i in duos diuersos modos intelligendi. alio enim modo intelligit materialia, & alio modo spirituallia. Vltimus uero circulus. i. intellectio, qua intelligit materialia diuiditur in septem circulos idest in septem intellectiones secundū septem gradus corporū materialium, quę quidem corpora sunt elementa mixta imperfecta, ut impressiones metheologicæ, mixta perfecta inanimata, uegetabilia, sensitiua, motiua secundum locum, & intellectiua.

K

Sequitur ¶ Primum quidem igitur. ¶ Hic incipit lectio octaua eiusdem libri, & in cōmento Sancti Thomę.

ISTVD est tertium capitulum presentis tractatus, in quo post q̄ Philosophus adduxit opiniōes Platonis, ponit quatuor conclusiones cōtra p̄dictam opinionem, secundum q̄ Plato in sua opinione quatuor affirmauit. Dicebat enim animā esse aspectū rectum. i. magnitudinem cōtinuam. Dicebat ulterius animam esse magnitudinem circularem. Tertio dicebat animam esse magnitudinem motam. Quarto dicebat q̄ esset unita corpori. Ex quibus omnibus elicitur definitio animæ ſm Platonem, uidelicet q̄ anima est aspectus rectus. i. magnitudo corpori unita ex numeris armoniacis composita, reflexa in circulum diuisum in duos circulos, quorū unus diuiditur in septem circulos, ut dictum est. Quia ergo Plato dicebat animam esse magnitudinem, ideo Philosophus primo ponit unam conclusionem cōtrariam, uidelicet q̄ anima non est magnitudo. Quam quidem conclusionem p̄bat tribus rationibus quę magis respiciunt uerba Platonis q̄ intentionem eius. Quarum prima est. Talis est intellectus qualia sunt intelligibilia, cum potentiæ specificentur per obiecta, sed intelligibilia intellecta ab intellectu non sunt continua, ut magnitudo. sed magis consequenter se habentia, ut numeri, ergo intellectus non est cōtinuus ut magnitudo. & per consequens non est magnitudo. Secunda ratio. Si intellectus esset magnitudo intelligens aliquod intelligibile, aut talis magnitudo intelligeret intelligibile secundum partem quantitatiuā, aut secundum punctum, applicādo se, uidelicet ad intelligibile secūdū partem diuisibilem, aut partem punctualem, non secundum partem punctualem quia pūcta sunt infinita in magnitudine continua, quæ nequaquam est pertransire, nec secundum partem quantitatiuā aut diuisibilem, quia infinities intellectus intelligeret idem quod est inconueniens. Tertia ratio est. Impossibile est q̄ indiuisibile intelligatur per diuisibile ꝙ diuisibile per indiuisibile. Si ergo anima esset magnitudo composita ex indiuisibilibus sic non posset intelligere diuisibilia, siue materialia. Si uero esset composita ex diuisibilibus non posset intelligere indiuisibilia siue immaterialia, quorum utrunq̄ est cōtra Platonem, qui posuit intellectum posse intelligere tā materialia q̄ immaterialia. Sed considerandum est q̄ prædictæ rationes sunt magis contra uerba Platonis, & nō cōtra sententiam aut intentionem eius. Quādo. n. Plato dicit animam esse magnitudinem, loquitur figuratiue siue metaphorice ad similitudinē magnitudine cōtinuis corporis cœlestis. Non enim dicebat animam esse magnitudinem corporalē. Quādo ipse (ut hic dicit Philosophus) dicat ipsam animam esse unitam, & contunctam corpori sed dicebat animam esse magnitudinē uirtutis, quæ quidem magnitudo attenditur secūdum perfectionem essentiæ & operationis ipsius animæ, ad similitudinē (ut dictū est) corporis cœlestis, quia sicut in magnitudine attenditur maxima continuitas perfectio & proportio mobilis ad mouens, ita in magnitudine uirtuali ipsius animæ. i. in operatione sua attēditur maxima perfectio & proportio, quæ attenditur inter intelligibile & ipsum intellectum ex quo patet q̄ si aliquis probabiliter uellet soluere rationes Philosophi non oporteret nisi negare suppositum, uidelicet q̄ Plato non posuit animam esse magnitudinem corporalem continuam. Considerandum tamen est q̄ quidā doctorum hic dicunt q̄ Plato, cum esset doctor ueritatis nō debebat tradere suā scientiā sub uelaminibus metaphoricis, cum ueritas non quærat angulum. Vnde Plato non solum erat reprehensibilis a Philosopho, ut ipse dicit. quā tum ad intentionem ipsius. sed etiam quantum ad sonum uerborum. Sed hoc esset dicere q̄ theologia sacra quę est scientia maioris ueritatis q̄ philosophia naturalis esset reprehēsibilis. Traditur. n. sub uelaminibus metaphoricis, iō non male fecit Plato tradēdo suā sciam sub metaphoricis locutionibus, tum primo quia intellectus etiam hmōi inquirendo ueritatem habilitatur, tum secundo quia ęmuli superbi non ita cito possent peruenire in cognitionē ueritatis. Secunda conclusio quæ tangitur infra. ¶ Necessarium autem &c. ¶ Est q̄ anima non est circulus, quæ cōclusio probatur rōnibus duabus Philosophi. quarum prima est. Nam si intellectus esset circulus, siue circulatio, sequeretur q̄ operatio, q̄ dicitur intelligere esset circulatio, cum circulatio sit actus ipsius magnitudinis circularis. consequens est falsum. ergo &c. Falsitas consequentis sic patet. Nam si operatio ipsius intellectus esset circulatio, sequeref q̄ operatio esset perpetua & semper durare, sed operatio intellectus non semper durat, cum habeat finem ergo nō est circularis. Probatio minoris, quia omnis operatio intellectus aut est practica aut speculatiua, sed operatio practica terminatur ad aliquem terminum. s. ad finē. quia habito fine cessat operatio practica, cum finis se habeat in practicis, sicut principium in demōstrabilibus, ut patet. 2. Phy. &. 7. Ethi. Similiter operatio speculatiua terminatur, ad aliquem terminum, uidelicet ad principiū demonstrationis. quo habito cessat omnis operatio intellectus speculatiua, quia tam syllogismus demonstratiuus q̄ medium eius, quod est definitio, dicitur terminus. Secūda ratio est Si operatio siue intelligentia ipsius animæ esset circulatio, sequeretur q̄ unum & idem multotiens intelligeretur, consequens est superfluum. ergo id ex quo sequitur. Probatio sequelę quia in circulatione fit ingressus ab eodem puncto, ad idem punctum multotiens, imo infinities, stante eius perpetuitate. Pro declaratione præcedētium considerandum est primo secundum Egidium q̄ in circulo non est aliquod pūctum in actu, sed solum in potentia. Eadem ergo ratione qua motus circularis terminatur in uno puncto terminaretur in quolibet, aut ergo ille motus terminabitur in quolibet puncto, aut nunquam incipiet, quia impossibile est quod idem motus in eodem puncto terminetur, & incipiat, aut ergo non incipiet in aliquo puncto, aut non finietur in aliquo puncto, & sic semper durabit. Cum ergo ad sensum patet quod motus circularis incipit esse, sequitur tamen quod motus circularis est perpetuæ durationis secundum Philosophū unde si intellectus esse circulatio, esset perpetuæ durationis. Considerandum secundo quod prima operatio intellectus,

N

Nota q̄ Aristo. contra uerba tamē Platonis loquitur.

O

P

Q

Alia nō est magnitudo.

L

M

A lectus, (secundum Philosophum hic quæ dicitur simplicium intelligentia.) terminatur ad definitionem quæ dicitur ratio dicens quodquid erat esse. Secunda uero operatio intellectus, qua apprehendit propositiones, terminatur ad syllogismum siue ad medium syllogismi quod quidem medium etiam ratio dicitur, quia uirtutem habet p̄bandi conclusionem. Similiter syllogismus dicitur ratio, (ut hic dicit Philosophus.) Vnde consueuimus dicere q̄dhi, qui in disputationibus faciunt fortes syllogismos et efficaces, dicimus q̄ faciunt efficaces rationes. Considerandum est ulterius quod prædictæ duæ rationes Philosophi probabiliter loquendo non concludunt contra Platonē, sed falsum supponunt. Non enim posuit Plato q̄ operatio intellectus esset motus circularis, qui est super magnitudine quantitatiua aut dimensiua, sed similitudinarie dicebat eam esse circularem fundatam super magnitudinē uirtutis, ut declaratum est. Vnde non sequitur q̄ si operatio intellectus esset talis circulatio q̄ esset ppetua. Et dato q̄ tam operatio practica q̄ speculatiua non sit perpetua & continua, non tamen propter hoc sequiē quin operatio intellectus possit continuari, quia intelligendo finē unius, potest intelligere finem alterius. & postquam intellexit principium unius potest intelligere principium alterius. Neq; inconueniens uidetur, q̄ (ut secunda ratio uoluit) unum multotiens ab eodem intellectu intelligat, nō secundum eandem rationem, sed diuersis rationibus. Tertia conclusio quæ tangitur. ibi. ¶ Adhuc autem &c. ¶ est q̄ intellectus non est motus, quæ conclusio probatur duabus rationibus. Quarum primum est illud, quod assimilatur magis quieti q̄ motui, non debet dici motus, sed intellectus quantum ad eius utranq; operationem, magis assimilatur quieti q̄ motui, ergo non est motus. Secunda ratio est talis. Beatitudo consistit in operatione naturali ipsius intellectus, sed motus non est operatio naturalis ipsius intellectus, cum non sit de sobstantia eius. ergo intellectus non est motus. Pro declaratione huius conclusionis considerandum est primo q̄ intelligentia siue operatio intellectus nostri assimilatur quieti, quia secundū perfectissimam operationem intellectus, anima sit sciens & prudens. Sed anima sedendo & quiescendo fit prudēs & sciens per Philosophum. 7. phy sicorum, ergo operatio ipsius animæ, quæ dicitur intelligentia magis assimilat̄ quieti q̄ motui, quia syllogismo uel medio habito cessat operatio intellectus. ergo &c. Considerandū secundo q̄ duplex est beatitudo. s. increata, quā solus deus habet. Alia est creata, & illa est duplex, quędam est perfecta, quæ uidelicet expectatur in gloria ad quam Philosophi naturales peruenire non potuerunt. Alia est beatitudo imperfecta, quæ in hac uita ex puris naturalibus acqri potest, de qua Philosophi locuti sunt. Et illa est duplex. nam quædam est practica, alia est contēplatiua. Practica consistit in suprema operatione sapientię Ex quo patet q̄ quælibet beatitudo siue felicitas, de qua locuti sunt Pbi ſm mētem Philosophi in presenti passu, consistit in operatione intellectus (quod est contra nonnullos) alias rō Philosophi nullius esset efficacie. Considerandum est ulterius q̄ aliquid dicitur naturale tripliciter. Vno modo, q̄ inest sibi natura. i. a natiuitate. Alio modo, quia est de natura. i. de substantia siue essentia eius. Tertio modo, quia competit sibi secundum naturam. i. secūdum principia naturalia. beatitudo aūt nō dicitur esse naturalis animæ primo modo. quia ut sic sibi conueniret a natiuitate eius neq; etiā est sibi naturalis secundo modo, uidelicet q̄ sit de subst̄tia siue de essentia eius. Sed naturalis est animæ, tertio modo quia ipsa anima rationalis per principia sua naturalia potest pertingere ad beatitudinem supra dictam, de qua locuti sunt Philosophi. Considerandum est ulterius q̄ Plato secundum sonum uerborum suæ opinionis habet dicere q̄ operatio animæ, quæ dicitur motus secundū ipsum sit præter aut extra naturam eius, quia dicebat animā esse compositam ex unitatibus & numeris, ut uerba eius sonant, sed unitas non habet positionē in continuo, motus uero quilibet requirit magnitudinem aliquam compositam ex partibus positionem habentibus in continuo, ut patuit in prædicamentis, ergo motus, secundum q̄ uerba Platonis sonant, non competit animę secundum sua principia naturalia, & per consequens præter naturam. Sed p intentione Platonis & sustentatione opinionis eiusdē cō siderandum est ulterius, q̄ motus nō solum secundū Platonem, sed etiam secundum Philosophum. 12. metaphy. potest considerari dupliciter. Vno modo physice siue naturaliter ut est actus imperfectus alicuius existētis in potentia secūdum q̄ huiusmodi. Alio modo capitur motus metaphysice ut est actus perfectus alicuius existentis in actu. Primo modo motus dicit imperfectionem, & competit rebus corporalibus, qui solum habet fieri supra aliqua magnitudine corporali. Sed secūdo mō, motus dicit perfectionem, & sic non solum competit rebus corporalibus, sed etiam ipsi deo. Et isto mō uelle, intelligere, desiderare, appetere, dicuntur motus. Et isto ultimo mō locutus est Plato quando dicebat operationē animæ esse motum recte dicens. Et per hoc patet solutio probabiliter ad utrasq; rationes Philosophi contra Platonem. Quarta cōclusio quæ tangitur ibi. ¶ Laboriosum autem est. ¶ est q̄ anima non debet ullo modo uniri corpori sicut Plato dicebat quam conclusionem probat Philosophus tribus rationibus, quarum prima est. Nam, si sic anima debet uniri corpori, squeretur q̄ corpus sit propter animam magis q̄ econuerso sed secundum Platonem corpus non erat propter animam, quia dicebat animam habere motū & operationem per se, dicebat enim animam mouere seipsam. ergo anima in suis operatiōibus non indigebat corpore, sed est ab eo separata, & per consequens secundum eum corpus non esset propter animam. Secūda ratio talis est. Nā anima sic debet uniri corpori q̄ ex tali unione possit reddi ratio omnium motuū ipsius corporis, sed Plato p unionem animæ ad corpus non potuit reddere rationem quare mouetur circulariter. ergo &c. Tertia ratio est. Nā Plato non determinauit de qualitate, dispositione, & quantitate corporis, cui unitur anima, uidetur ergo secundum ipsum q̄ anima posset uniri indifferenter cuilibet corpori, quod est falsum, quia quilibet actus & perfectio requirit determinatum & dispositū perfectibile, quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Considerandū est ulterius q̄ animam intellectiuam esse separatam a corpore secundum suam operationem (ut supra dictum est) potest intelligi tripliciter. Videlicet, subiectiue, organice, nel obiectiue. Clarum est autem q̄ subiectiue secundum Platonem anima non est separata a corpore, cum posuit eam unitam corpori, neque obiectiue cum eam, dixerit intelligere corporalia, sed organice, siue instrumēraliter dicitur separari a corpore, quia non indiget in sua intellectione organo corporali, exercet tamen suas operationes in corpore. Vnde si quis sustentare uoluerit opinionem Platonis, poterit dicere ad primam rationem Philosophi, quod licet corpus non sit propter animam organicę, est tamen propter animam subiectiue, quia (ut dictū est,) anima unita corpori nullo pacto potest exercere suas operationes sine corpore, hoc est, nisi sit in corpore. Considerandum ulterius secundum Egidium q̄ tria attendenda sunt in unione animæ ad corpus. Primum est, q̄ corpus in tali unione sit propter animam potius q̄ econtra. Secūdum est, q̄ per talem unionem posset reddi ratio omnium motuū ipsius corporis ex parte animæ. Tertium est quod corpus cui anima unitur debet esse debite dispositum & organizatum. Vnde secūdum ista tria adducit Philosophus tres prædictas rationes contra positionem Platonis. Considerandum ulterius est quod in his quæ agunt secundum naturam, deus uult & disponit omnia quæ requiruntur ad ueram substantiam & perfectionem eorū, ut possint de-

E

F

G

H

C

Cōtra sobstātias.

D

I bite exercere suas operationes. Disposuit ergo deus & uoluit ꝙ anima intellectiua posset habere motum rectum ⁊ i. operationem rectam. ⁊ circularē & reflexam. Ex hoc. n. natura formę immaterialis differt a materiali et organica ꝙ potest reflecti super seipsam, & per consequens moueri circulariter ⁊ i. habere operationem siue intelligē tiam circularem. ⁊ Si quis ergo uellet sustinere opinionē Platonis posset dicere ad illam rōnem Philosophi, ꝙ ratio quare anima mouetur circulariter sm Platonem. i ꝙ habeat intellectionem circularem est natura ipsius anime intellectiuæ, cuius perfectio cum sit immaterialis hoc requirit. Considerandū est ulterius ꝙ de aliquo fit mentio dupliciter. Vno mō proprie & in speciali. Alio modo sub metaphoris & implicite. Volens ergo sustinere opinionē Platonis dicet ad tertiam rationē Philosophi ꝙ licet Plato non determinet proprie & in speciali de susceptiuo ꝓprio ipsius animæ, determinat tamen de ea sub metaphoris, quemadmodum determinauit de ipsa anima. Non. n. dicebat animam uniri cuilibet corpori, uidelicet corpori lapidis, sed dicebat eam habere determinatum corpus, ut ex operationibus satis habetur.

K

Sequitur in textu ⁊ Alia aūt opinio quædam &c. ⁊
Hic incipit Lectio nona huius primi de anima
in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est quartū capitulum huius tractatus secūdi, in quo Philosophus remouēdo opinionē illorum qui dicebant animam esse armoniam quandam tria facit prima adducit unam conclusionem, uidelicet quod anima non est armonia siue proportio. Secundo descendit ad opinionem Empedoclis. ibi ⁊ Inuestigabat ⁊ mouēdo contra eum tres quęstiones, quas ipse non deduxit in præsenti. Tertio adducit duas rationes. ibi. ⁊ Si uero autem. ⁊ quibus probat dictam opinionem esse probabilē. Considerandum est autem ꝙ in armonia siue proportione aut in compositione rerum quatuor possumus considerare sm Sanctum Thomam & Egidium. uidelicet ipsam rōnē componibiliū, principia motus, ipsorum proprietates & passiones, quæ cōsequuntur ipsam compositionē, & ipsa componibilia. Vnde ratione horū quatuor. Philosophus adducit unam conclusionem, uidelicet ꝙ anima non est armonia. Quam probat quatuor rōnibus. Quarū pria est, ꝙ armonia nil aliud est nisi aut cōpositio, aut rō cōpositorū, sed aīa non est neq; rō cōpositorū, neque cōpositio, ergo aīa non est armonia. Et si arguaē. Illud est rō componibiliū aut, compositorū, quod continet partes cōponentes ne dissoluantur, sed anima est hmōi, ut expresse patet in secundo huius per Philosophum. Ergo uideē ꝙ anima est ratio compositorū. Dicendum sm Egidium ꝙ ratio in proposito potest accipi dupliciter. Vno modo ꝓ quodam temperamento eorū quæ cōpositionē ingrediūtur, Alio modo pro principio formali ipsius cōpositi & partium componentiū. Anima bene est ratio secundo modo, non autem primo modo, ut est in proposito. Secunda ratio est, Armoniæ non conuenit mouere, sed animæ conuenit per se mouere sm ipsos. ergo anima nō est armonia. Tertia ratio est. Habita quiditate alicuius facile est reddere & assignare rationes proprias. Sed habito quid sit armonia non facile sed multum difficile est assignare proprias passiones & proprietates ipsius animæ. ergo anima nō est armonia. Quarta ratio. Si anima esset armonia, aut esset compositio partiū corporis aut esset ratio eorū quæ miscentur. Non primum scilicet cōpositio partium quia compositio partiū est multum nobis manifesta, sed ipsa anima cū suis partibus non est nobis manifesta, sed multum difficilis. ergo &c. Non secundum, quia in diuersis partibus corporis sunt diuersæ mixtiones, si ergo anima esset ratio mixtionis, sequereē ꝙ in diuersis partibus corporis essent diuersę aīæ, quod est inconueniens. Considerandū est ulterius quod philosophus in speciali in descendo ad opinionē Empedoclis mouet contra eū tres q̄stiones, ut dictum est. Quarū prima est, utrū anima est ipsa armonia siue ratio mixtorū aut aliquid aliud. Si dicaē primū, ergo cum diuersæ rationes mixtionis sint in eodē corpore sequeretur ꝙ in eodem sint plures animæ. Si sit aliquid aliud, ergo corpus animatum non habebit rationem mixtionis, cū anima sm Empedoclem esset ratio mixtionis in animatis. Secunda quæstio est. An illa armonia siue amicitia sit cā mixtionis in omnibus uel solum in animatis. Si Empedocles dicat primū, sequit ꝙ oīa mixta erunt animata, cum anima dicatur esse armonia illa. Si dicat secundū, contradicit opinioni suæ, quia dicit concordiam esse causa generationis & mixtionis omnium rerū, ut patet primo physicorū. Tertia q̄ō est, utrum illa concordia sit illa armonia quę dicitur anima, aut non. Si Empedocles dicat primum, sequitur ꝙ idem erit cā suīpsius qa dicebat concordiā esse causam cuiuscunq; proportionis. Si dicat scām, sequitur ꝙ cōcordia nō est cōcordia, cum ipsa armonia quædam concordia sit. Considerandū finaliter ꝙ Philosophus adducit duas rationes quibus ꝓbat ꝙ prędicta opinio est probabilis. Quarum prima est. Nam si anima nō esse ratio mixtionis aut compositionis rerum, sequereē ꝙ ipsa separata a corpore, corpus nō corumperetur, consequens est falsum. & contra supra scripta. ergo &c. Secunda ratio. Si anima non esset ratio cōpositionis & mixtionis partium corporis sequeretur ꝙ deficiente corpore non deficeret aīa, hoc aūt apparet esse falsum, igitur probabiliter uidetur ꝙ anima sit ratio compositionis aut mixtionis rerum in quadam armonia consistens. Sed (ut dicit Doctor Sanctus in cōmēto.) hoc nō sequitur, quia proportio hmōi nō est forma sicut ipsi credebant, sed est ipsa dispositio materiæ ad formam. Et sic si accipiatur proportio armoniacę compositionis pro dispositione tali, bene sequitur ꝙ manente dispositione materiæ ad formam, manet forma & destructa hmōi dispositione remouetur forma. Hęc S. Tho.

L

Sequitur ⁊ Rationabilius autem dubitabit. ⁊ Hic
Incipit Lectio decima eiusdem Libri, & in
commento Sancti Thomę.

ISTVD est quintū capitulū huius tractatus, in quo Philosophus improbat opiniones antiquorū dicentiū animam per se moueri, propter hoc ꝙ tristari & gaudere & ridere sunt quidam motus, ponendo unā dūtaxat conclusionem, quæ talis est. Quod anima propter eius passiones non moueē. Quam cōclusionē probat quatuor rationibus, quarum prima est. Nam ea quæ conueniunt per se anime, non conueniunt corpori aut toti coniuncto, sed gaudere & tristari & hmōi passiones animæ conueniunt corpori & toti coniuncto. ergo motus tales non conueniunt per se ipsi animæ. Secunda ratio est Illud quod est ratio & principium motus sibi non competit ꝓ se moueri, sed aīa est ratio & principiū motuū eius, ergo sibi non cōpetit per se moueri. Tertia ratio. Nihil mouetur nisi motus sit in eo, sed prędicti motus (ut gaudere ridere & tristari) non sunt in anima, sed magis ab anima, ergo secundum prædictos motus anima non dicitur per se moueri. Quarta ratio est. In illo sunt prædicti motus aut passiones animę per cuius debilitatem illæ passiones debilitantur, sed organa corporalia sunt huiusmodi, ut patet in infirmis & litargicis & freneticis, similiter & in ebriosis, ergo secundum dictos motus, anima non debet dici moueri Pro declaratione prędictorum considerandum primo ꝙ quidam antiquorum posuerunt animam per se moueri, quia dicebant passiones & operationes animæ esse motus, ut tristari, gaudere, timere &c. sic arguentes. Cuicunq; competit per se motus, illud mouetur, sed animæ competit motus per se, ut tristari gaudere &c. ergo anima per se mouetur. Sed hęc ratio secundum Themistium in duobus peccat. Primo qa gaudere, tristari, & timere &c. non sunt motus proprie dicti. Secūdo, dato ꝙ essent motus proprie dicti, non sequitur ꝙ anima mouetur per se, quia sunt passiones totius coniuncti & non animæ tantū Vnde Philosophus dicit in litera. Dicere autem irasci animam, simile est ac si diceret animam texere, uel filare, uel ædificare. Considerandum secundo ꝙ licet p̄dictæ passiones non sint motus proprie, habent tñ motus proprie dictos sibi annexos secundum Philosophū in litera, uide licet loci mutationem, & alterationem potissime, ut patet de ira maxime, & de timore. Nam in ira est consideran dus ascensus & inflammatio sanguinis circa cor, & considerandа est emissio sanguinis ebullientis ad partes exteriores, ratione, qua consideratur ibi ebullitio, seu inflammatio, est ibi alteratio, ratione, qua consideratur emissio sanguinis ad externas partes, attenditur loci mutatio. In timore uero consideratur aggregatio sanguinis circa cor, ratione qua attenditur ibi loci mutatio. & consideratur palliditas membrorum exteriorum, ratione qua attenditur alteratio, & de alīs passionibus. Considerandum ultimo ꝙ operatio attribuitur unicuiq; secundum quod habet esse, eo modo ergo, quo forma habet esse, sibi attribuitur propria operatio eius. sed quia nulla anima, alia ab aīa rationali habet esse per se. ergo nulli attribuit aliqua operatio, siue motus per se. Anima uero rationalis, q̄ est coniuncta corpori, de qua loquimur hic, habet esse p̄ se licet non complete & perfecte, cum non subsistat p̄ se subsistētia completa. ideo ipsi animę rationali attribuitur intelligere & uelle per se & proprie, licet magis proprie homini ꝓ animā, q̄uis nōnulli aliter somniare uideantur.

A B C D E

Sequitur ⁊ Multum autem his quæ dicta sunt ⁊
Hic incipit lectio undecima eiusdem libri
& in cōmento Sancti Thomę.

ISTVD est sextū capitulū huius tractatus, in quo Philosophus improbat opiniones dicentiū animam esse numerum mouentem, septem rationibus. Quarū prima est. Nam oē mouens seipsum diuiditur in partē mouentem & motam per se. si ergo anima est numerus mouens seipsum. sequitur ꝙ erit diuisibilis & partibilis, & ꝓ consequens ipsa unitas erit diuisibilis. Secunda ratio est. Omne quod mouetur est in loco, & est quoddam situale, ergo, si anima esset numerus seipsum mouens erit in loco & quid situale, & per cōsequens erit unitas habēs positionem in continuo, & sic erit punctus. Tertia ratio. Omnis diuisio numeri uariat speciem, sed non omnis diuisio animatorum uariat speciem, sed aliqua animata ut anguillæ & cætera animalia anulosa diuiduntur in plures partes animatas eiusdem speciei, ergo anima non est numerus mouens seipsum. Quarta ratio. In omni motu mouens diuiditur a mobili, quia nihil est in actu & potētia simul respectu eiusdem, sed anima nō diuiditur a seipsa, ergo nō potest esse mouens & mota. Quinta ratio est. Si anima esset numerus mouens, sequeretur ꝙ aut infinita puncta simul esse possent in eodem aut ꝙ omne corpus esset animatum. utrunq; est inconueniens, ergo id ex quo sequitur. Probatio sequelæ. Nam, si anima esset numerus seipsum mouens, cum numerus componatur ex unitatibus, sequeretur quod anima componeretur ex unitatibus quæ sunt de genere continuorum, quia nil mouetur nisi sit de genere continuorum, unitates ergo ille erunt punctа. i. habebunt positionem in continuo. Vel ergo illa puncta differunt a punctis corporum, uel sunt eadem. si primum. ergo diuersa puncta erunt simul, & cum indiuisibilia nō augeant locum poterunt esse puncta infinita simul. si secundum. si ergo ubicunq; erunt puncta corporis, ibi erunt animæ, & per consequens omnia corpora erunt animata, ꝙ erat probandum. Sexta ratio. Puncta non possunt separari a corporibus, sed anima pōt separari a corpore, alias nunquam animal esset corruptibile, ergo anima non est punctus, & per consequens non erit numerus. cum quæli bet unitas punctuata sit. Septima ratio. Posita definitiōe uniuscuiusq; rei, per eā possunt assignari proprie proprietates. Sed per prędictam descriptionem, uidelicet ꝙ anima est numerus per se mouens seipsum, non possunt assignari proprietates & passiones ipsius animæ, ergo dicta descriptio est insufficiens. Pro declaratione præcedentiū considerādum est ꝙ illud quod cōuenit alicui per se aut secundum se, conuenit illi secundum se totum, ut patet in 5. metaphy. capitulo de ꝓ se. Si ergo numerus moueat seipsum per se, sequitur ꝙ numerus totus mouebit se secundum se totum, & per consequens quælibet pars mouebit seipsam secundum seipsam. Cum ergo unitas sit pars numeri mouebit se per seipsam, & per cōsequens unitas erit diuisibilis, quia omne mouens seipsum diuiditur in partem per se mouentem & per se motam. Considerandum est secundo ꝙ motus potest accipi dupliciter, ut supra sæpius adductum est. Vno modo physice ut est actus entis existētis in potentia, & sic rationes Philosophi procedūt ꝙ anima nō mouet seipsam. Alio modo accipitur motus metaphysice. ut est actus alicuius entis existentis in actu. & illo modo rationes Philosophi non procedunt. Si gs ergo uoluerit sustinere ꝙ anima est numerus seipsum mouens accipiat motum secundo, non autem primo modo. Considerandum est ultimo ꝙ numerus potest accidupliciter. Vno modo pro quantitate discreta, quæ causaē ex diuisione continui, & illo modo uerum est ꝙ anima non est numerus. Alio mō pōt accipi transcendenter secundū ꝙ causatur ex distinctione diuersarum formarum aut entitatum, & isto modo posset dici numerus, quia in anima est diuersitas & distinctio potentiarum inter se, & distinctio essentię a potentijs, &c. per consequēs numerus. Qui ergo uoluerit sustinere prædictam opinionem dicat animam esse numerum secundo modo & non primo.

F G

Sequitur in textu. ⁊ Tribus autē modis &c. ⁊
Hæc est lectio duodecima eiusdem libri,
& in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est septimum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus reprobat opinionē dicentium animam esse compositam ex elementis ut omnia cognosceret. Dicebant enim simile simili cognosci. Quam quidem opinionem reprobat nouē rationibus inferendo qua druplicem insufficientiam eius. Prima ratio talis est. Nā, si anima componeretur ex elemētis, sequeretur ꝙ omnia intelligibilia essent in intellectu secundum eorum esse materiale, & per consequens non intelligerentur ab intellectu, cum intelligibile secūdum suum esse materiale non sit principium cognoscendi. Secunda ratio est, quæ tangitur ibi ⁊ Non sunt autem hęc sola &c. ⁊ Si anima componeretur ex elementis ut elementa cognosceret, sequeretur ꝙ aīa componeretur ex omnibus mixtis, alias autem non omnia mixta intelligere posset aut omnia mixta eandem rationem mixtionis haberent. quorum utrunque est falsum. Tertia ratio est quæ tangitur. ibi ⁊ Amplius autem &c. ⁊ Si sic, sequeretur ꝙ anima componeretur ex omnibus prædicamentis, & per consequens componeretur ex partibus quantitatiuis, quod presentis opinatores negauerunt, quia dicebant animam esse impartibilem, patet sequela, quia anima intelligit omnia prædicamenta. Si ergo aīa componeretur ex oībus ut omnia intelligeret necessario sequitur ꝙ componeretur ex accidentibus. Quarta ratio quæ tangitur ibi. ⁊ Inconueniens est &c. ⁊ est talis. Si anima componeretur ex elementis, ut simile simili cognosceretur, sequeretur ꝙ simile simili patitur, qa secundum antiquos sentire est quoddam pati. Quinta ratio quæ tāgitur. ibi ⁊ Multas autem dubitationes &c. ⁊

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

SI anima esset composita ex elementis ut omnia cognosceret & sentiret, sequeretur ꝙ omnia cõposita ex elemẽtis sentirent & intelligerent, & per cõsequens oẽs partes animalis cognoscerent quod est manifestissime falsum, ut patet in ungiillis & alijs partibus terrestribus animalis. Sexta ratio quæ tangitur ibi. ⁊ Amplius aũt unumquodq; principiorũ &c. ⁊ sic formatur. Si sic, sequeretur ꝙ principium, cũ esset minus cõpositum q̃ principiatum, pauciora cognosceret q̃ principiatum, & ꝓ consequens magis consisteret ignorantia q̃ principiatum, quod etiã ad sensum patet esse falsum. Septima ratio, quę tangitur ibi. ⁊ Accidit autẽ &c. ⁊ est talis. Si sic, sequeretur ꝙ Deus esset insipientior substãtijs corporalibus, cum secundum opinatores prædictos ex paucioribus componatur. Dicebant. n. corporalia esse cõposita ex qnq;. uidelicet ex quatuor elementis, & ex amicitia & discordia. Deũ uero dicebãt esse cõpositũ ex qnq; primis et nõ discordia. Octa ua ratio, quæ tangitur ibi. ⁊ Omnino autem &c. ⁊ est talis. Si ita esset, sequeretur ꝙ omnia intelligibilia intellige rent & cognoscerent, cum quasi omnia sint composita ex elementis. Nona ratio, quæ tãgitur ibi. ⁊ Dubitant autem &c. ⁊ est talis. Si anima esset composita ex elementis, sequeretur ꝙ aliquid in rebus naturalibus corruptibilibus esset nobilius ipsa aĩa, cũ principiũ cõponẽs sit nobilius principiato, cõsequẽs est falsum. igit̃ &c. Considerã dũ est autem ſm Pbm circa finem huius capituli, ꝙ prædicti opinatores deficiebant in quinque. Primo quia dicebant animam esse motiuam. Sed hoc non cõpetit omni animæ sed uni, utpura animæ uegetatiuę. Secũdo quia dicebant animam cognoscere & sentire, sed etiam hoc non competit omni animæ, ergo insufficienter determinauerunt de anima, cum de omni anima non fecerit mentionem. Tertio quia multa alia competunt animæ cognosci tiue q̃ sentire & intelligere, de quibus nullam mentionẽ fecerunt. Quarto quia dicebant animam esse respirationẽ quandam attrahẽtem aerem, hoc etiam nõ competit omni animę. Quinto quia ab eis superfluę dictum est ꝙ anima componitur ex elementis ut omnia cognosceret, quia frigidum potest cognosci per calidum, & humidum per siccum, cum unum oppositorum cognoscatur per reliquum.

Sequitur in textu ⁊ Et si toto autem quidam miscẽri ipsam dicunt. ⁊ Hæc est lectio. xiii. eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est ultimum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus improbat opinionẽ illorum, qui dicebant animam esse in elementis & in toto uniuerso, tribus rationibus. Quarũ prima est. Si anima sit in elementis pari ratione, qua mixta animata dicuntur animalia eadem ratione ipsa elementa dicerentur animalia, consequens est falsum, ergo &c. secunda ratio. Melior uĩ esse anima quæ est in elemẽtis, si sit in eis. quam anima quæ est in mixtis, sed anima quę est in mixtis facit ea esse animalia, ergo a fortiori si anima esset in elementis faceret esse animalia. Tertia ratio. Si anima esset in elementis, & in toto uniuerso, aut esset una & eiusdem rationis in omnibus, aut diuersarum rationum. Non secundũ, quia anima est eiusdem conditionis in omnibus, ut antiqui dicebãt neque primum, quia corruptibilium & incorruptibilium non potest esse anima eiusdem rationis. nõ est ergo anima in elemẽtis, & in toto uniuerso.

Sequitur in textu. ⁊ Quoniam autem agnoscere. ⁊ Hic sequitur Tertius Tractatus primi libri. Et est lectio decimaquarta & ultima eiusdẽ libri, & in cõmento Sancti Thomę.

ISTE est Tertius tractatus huius libri, qui continet unum capitulum tantũ, in quo Philosophus mouet duas dubitationes de ipsa anima, remouendo opinionẽ antiquorum de partibus animæ. Prima dubitatio est utrum sentire, opinari, concupiscere, mouerè secundum locum, & cæteræ operationes animæ competant ipsi animæ secundum se totam, uel diuersis partibus animæ. Secunda dubitatio est, utrum sit unum principium ipsius mundi, aut plura. Primam uero dubitationem soluerunt antiqui dicentes ꝙ p̃dictæ operationes animæ conueniunt ipsi animæ secundum diuersas eius partes. Posuerunt enim animam esse diuisibilẽ & partibilem. Sed hanc opinionẽ destruit Philosophus tribus rationibus. Quarum prima est Nam multa & diuersa non possunt esse in uno & eodẽ nisi sit aliquid aliud, qđ contineat ea sed in anima nõ reperitur aliquid, quod possit continere diuersas partes eiusdem substantiales, ga aut id continens est corpus aut anima, non corpus, cum corpus magis contineatur ab anima, q̃ cõtineat. Si esset anima, aut illa anima, quę continet esset partibilis aut nõ. Si secundum, pari ratione standum esset in primo. Si primũ, sequeretur ꝙ esset procedendum in infinitũ in continentibus. Secunda ratio, quę tangitur ibi. ⁊ Dubitat autẽ ⁊ talis est. Si anima esset diuisibilis in plures partes sequeretur ꝙ quælibet operatio eius requireret determinatã partem in corpore, & per consequens omnis anima esset organica, consequens est falsum, quia intellectus in sua operatione non determinat sibi certum organum. Tertia ratio, quæ tangitur ibi. ⁊ Videtur aũt & plantę. ⁊ talis est. Nam in plantis & in animalibus imperfectis decilis reperitur eadem anima secũdum speciem in omnibus partibus quæ in omnibus partibus eiusdem rationis est cum ea q̃ conueniebat toti, ante decisionem, ergo anima non est diuisibilis in partes substantiales. Ex quo sequitur respõsio ad primam dubitationem. Nam predictę operationes cõueniunt toti animæ totalitate substantiæ, secundum tamẽ diuersas partes potestatiuas. Considerandum est autem hic secundum Doctorem sanctum, ꝙ animã esse partibilẽ potest intelligi tripliciter. Vno modo secundum diuisionem substantialem. ita uidelicet ꝙ substantia non habeat partem & partem. Alio modo secundum diuisionẽ quantitatiuam. Et istis duobus modis anima nõ est diuisibilis potissime loquendo de anima, quæ est in animalibus perfectis. Tertio modo potest intelligi ꝙ sit partibilis secundum diuisionem potestatiuam, hoc est in plures partes potentiales. Et hoc potest intelligi dupliciter. uno modo, uidelicet ꝙ ipsa diuidaẽ in huiusmodi partes, ita ꝙ omnes partes potentiales requirant determinatum organũ in subiecto, & isto modo etiam anima non est partibilis, alio modo quod diuidatur in plures potentias. quarũ aliquæ requirunt organum. aliquę uero non. & isto modo uerum potest habere opinio antiquorum dicentium animã esse partibilem. Considerandum ulterius ꝙ potentiæ animæ possunt considerari dupliciter. Vno mõ ſm modum operandi earũ. & isto mõ sunt tria genera potentiarũ, uidelicet potentia uegetatiua, sensitiua, & intellectiua. quia potentia uegetatiua operatur mediantibus qualitatibus actiuis & passiuis, ut patet in nutritione & augmentatione &c. potẽtia uero sensitiua, etsi non indigeat in sua operatione qualitatibus actiuis, indiget tñ organo corporeo quod componitur ex eisdem, sed potẽtia intellectiua nullo modo eis indiget in sua operatione per se loquẽdo, ut infra patebit. Alio modo possunt considerari secundum diuersa genera operationũ. & illo mõ sunt quinq; genera potentiarum.

potentiarum uidelicet potentia uegetatiua, sensitiua, appetitiua, motiua ſm locum, & intellectiua. de quibus oĩbus infra determinabitur. Considerandũ ulterius ꝙ Philosophus, ibi ⁊ Videtur aũt ⁊ soluit secundam dubitationẽ, ꝓpositã dicens ꝙ anima uegetatiua dicitur esse principium & signum uitæ, nõ tamen ita ꝙ ipsa sit solum principiũ uitæ, sicut tactus dicitur esse principium sensationis, quia remota potentia sensitiua nulla alia remanet & omnia uiuentia communicant in hoc quod habent potentiam uegetatiuam.

Finis scripti super primum librum de anima.

Breuis recollecta super secundum de anima Aristotele. secundum Magistrum Dominicum de Flandria ordinis Prædicatorum. Hæc est lectio prima Secundi libri de anima, & in cõmento Sãcti Thomę.

QVÆ quidem a prioribus tradita de anima &c. ⁊ Iste est Secũdus liber de anima qui diuiditur in duos tractatus. In primo Philosophus determinat de anima quantum ad essentiam eius. In secundo determinat de ea q̃tum ad eius potentiales partes & operationes qđæ incipit ibi. ⁊ Potẽtiarũ autem. ⁊ Primus tractatus continet quatuor capitula. In primo capitulo inuestigat definitionem materialẽ cõem aĩæ, q̃ dicitur conclusio demonstrationis, & hoc in prima lectione Doc. sancti. In secundo autem capitulo qđ incipit. ibi. ⁊ Vniuersaliter aũt. ⁊ manifestat & declarat p̃dictam definitionem. Et hoc in secũda lectione. Doctoris sancti. In tertio capitulo quod incipit. ibi. ⁊ Qui autem ex incertis. ⁊ inuestigat definitionem formalem & ꝓpriam ipsius animę quæ dicitur principium demõstrationis, demonstrando primam definitionem per istã. & hoc in tertia lectione Doc. Sancti. In quarto capitulo, quod incipit ibi. ⁊ Vtrum autẽ uerum. ⁊ ostendit qualiter principia uiuendi secundum diuersa genera uitæ se habeãt ad animam & adinuicem. Et hoc in quarta lectione Doctoris sancti. In primo aũt capitulo facit duo. Primo ponit sex diuisiones ad inuestigandum definitionem propriam animæ. Quarum prima est entis, ſm ꝙ diuiditur in. 10. predicamenta, secunda est substantiæ ſm ꝙ diuiditur in materiam, & formam, & totum cõpositum, quæ inter se differunt, quia materia non est hoc aliquid secundum se, sed in potentia tantum. forma autem est ſm quam aliquid est ens in actu, sed totum compositum est hoc aliquid demõstratum, quod est completũ inesse & in specie. tertia diuisio est ipsius actus in actũ primũ & actum secũm. quarta diuisio substantiarum est ꝙ quædã est corporea, q̃dã incorporea. quinta diuisio est ꝙ substantiarum corporearũ q̃dã est artificialis, & q̃dã est naturalis. sexta substantiarum naturaliũ q̃dã sunt, q̃ hũt uitã. q̃dã sunt. quæ non habent uitam. Secundo inuestigat definitionẽ animę ponendo quinq; conclusiones. quarũ prima est ꝙ anima est actus. Quod probatur tali ratiõe Philosophi. Quia anima est substantia, & non est substantia cõposita. ergo uel est compositum, uel materia, uel forma, siue actus. patet consequentia per locum a sufficienti diuisione. Probatio maioris quantum ad primam partem. nã omne corpus physicum, est substãtia, sed omne corpus habens uitã est corpus physicum, ergo necessariũ est dicere ꝙ oẽ corpus habens uitam sit substantia, sed omne corpus habens uitam componitur ex corpore quod habet uitam, & ex eo per quod habet uitam. s. anima, ergo anima est substantia. patet sequela, quia substantia non componitur nisi ex substantijs. Probatur minor quantũ ad primam partem. uidelicet ꝙ non est substantia cõposita, quia est pars componens substãtiã habentem uitam, ut concessum est, ergo nõ est ipsum cõpositũ. Secũda pars patet ꝙ nõ est corpus sue materia. ga est id p qđ aliqd hñs uitã uiuit, sed corpus nõ est hmõi, nec materia, alioqn oẽ hñs corpus siue materiam uiuere, qđ est falsum. Ex quo infert ꝙ aĩa est actus corporis hñtis uitã. Nã, id per qđ hñs uitã uiuit, est actus corporis hñtis uitã, sed aĩa est hmõi, ut dictũ est, ergo aĩa est actus corporis hũtis uitã, non quidẽ in actu, ga id, qđ habet uitam in actu est totum cõpositũ, sed totum compositũ non debet poni in definitione formæ, ergo aĩa non est actus corporis habẽtis uitam in actu inquantũ hmõi sed inquantũ in potentia. Secundo infertur ꝙ anima, cũ sit substantia. nõ est actus sicut qualiscunq; forma, sed est actus sicut forma substantialis, ſm quam aliquid sit ens simpliciter. Contra p̃dictam conclusionẽ & probationẽ eiusdem arguitur sic. Oẽ id, quod aduenit enti in actu, est accidens ut cõcedit Doctor san. in p̃senti lectio. sed aĩa aduenit enti in actu, ergo &c. Probatio minoris, quia aduenit corpori organico physico, cum sit actus eius. Similiter est actus corporis animati, sed omne corpus aĩatũ organicũ est ens in actu. ergo &c. Præterea. Omne mouẽs motũ est corpus. ergo aĩa est corpus. Præterea ad idem. Omne mouens mouet per contactum, sed omne tale est q̃tum, & per cõsequens corpus. ergo idẽ ut supra. Præterea. Id, quod est de genere potẽtie circa primam materiã est aliquid includens de actu & de potentia. ergo id, qđ est circa primũ actum est aliquid includẽs de actu & potentia. & per consequens erit compositũ. Sed aĩa est circa primum actum de genere actus existens, ergo est composita ex potentia & actu, & per consequens ex materia & forma. Præterea ad idem. Vbicunq; sunt proprietates materiæ, ibi est materia, sed in anima sunt proprietates materie. s. recipere, actuari formari &c. ergo in anima est materia & per cõsequens est cõposita ex materia & forma. Præterea. Id, quod est actus tantũ, non habet cãm sui esse. ut patet octauo metaphysice, sed anima habet causam sui esse. ut patet de se. ergo anima non est actus tantũ, sed cõposita ex actu & potentia. Præterea. Id, qđ est potentia non est actus, sed aĩa est in potentia oĩa. ut patet tertio huius, ergo nõ est actus. Ad primum dicendũ ꝙ aĩa non aduenit corpori animato quod sit actu animatũ p aliquã aliam formam, sed aduenit corpori animato quod dicitur animatum per ipsam in aduentu eius, sicut dicimus ꝙ lumen est actus corporis lucidi, non ꝙ corpus sit lucidũ ante aduentum luminis seu lucis, sed aduenientę lumine corpus sit illuminatũ. Similiter corpus non est organizatum per aliquam formam aliã ab anima. unde ratio non sequitur. Sed contra hãc respõsionem arguitur. Nam in isto instanti, in quo introducitur aĩa in corpore, aut corpus est actu organizatum, aut nõ. Si primũ, sic sequitur ꝙ aduenit enti in actu, & per cõsequens propositum. Nõ põt dici secundum quia determinata forma requirit determinatam materiam, alias q̃libet forma potest introduci in qualibet materia. Dicendũ ꝙ in toto tempore p̃cedenti istud instans introductionis, materia fuit organizata & dispositа per dispositiones consequentes formam abñciẽdam. Sed in illo instanti introductionis materia fuit organizata & dispositа per dispositiones consequentes formam introducendam, ad cuius introductionem corrumpũtur omnes organizationes & dispositiones in numero, non quidem per se, sed per accidens, ad corruptionem, scilicet subiecti, remanent tamen eædẽ specie. Vnde materia dicitur semper dispositа & organizata, quæ est susceptibilis de ꝓ pinquo illius formæ, quæ requirit organizationẽ. Ad secundum dicendũ ꝙ duplex est mouens motum. quoddã est mouens motum per se, quoddam est mouens motum per accidens, siue per alterum. Verum est ꝙ omne mouẽs motum primo modo, est corpus & diuiditur in partem ꝓ se mouentem & partem per se motam. non autem mouẽs motum secundo modo. Ad tertium dicendum quod duplex est contactus. Quidam est contactus uirtutis. alius

Universidad de Deusto
Biblioteca

est contactus dimensionis seu quantitatis. Verum est q̃ omne mouens, quod mouet per contactum dimensionis, siue dimensionatiuum est corpus, non aũt quod mouet p contactum uirtutis. Ad quartum dicendum q̃ anima nõ est actus purus in fine simplicitatis, sed includit aliquid de potentia. Non tamen oportet q̃ illa potentia sit materia, unde non sequitur q̃ sit composita ex materia & forma &c. Ad quintum dicendum q̃ proprietates materiæ non conueniunt animæ uniuoce sed æquiuoce tantum ut dicit fm diuersas rationes. Ad sextũ dicendum q̃ illud, q̃ est actus tantũ, non habet causam formalẽ sui esse, & sic intelligitur dictum Philosophi, habet tñ cãm efficientem. Vnde aĩa non habet causam formalem licet habeat efficientem. Ad ultimum dicendũ q̃ illud, qđ est potẽtia non est actus respectu eiusdem, sed bene respectu diuersorũ. Vñ licet aĩa sit potentia respectu specierum intelligibilium, est tñ actus respectu corporis habentis uitam in potentia. Secunda conclusio. Anima est actus primus hanc conclusionem probat Philosophus tali rõne. Nam, sicut se habet scientia ad conliderare, ita se habet anima per respectũ ad diuersas suas operationes, sed scientia est actus primus scientis, ergo sequitur q̃ anima est actus primus corporis animati. Contra hãc cõclusionem sic arguitur. Anima est actus sicut scientia, ut habetur hic in textu, sed scientia (cum sit forma accidentalis) est actus secundus, quia omnis forma accidentalis præsupponit formam substantialem. ergo anima non est actus primus sed secũdus. Prætẽrea. Hæc anima rationalis est substantia, sed nõ uniuersalis, sed particularis, sed omnis substantia particularis naturę rationalis est individua. ergo anima rationalis non est actus primus, sed cõposita ex actu. Prẽterea. Id, quod præsupponit aliquã formam accidentalẽ in materia, non est actus primus, sed anima præsupponit formam accidẽtalem, ergo &c. Probatio minoris quia aĩa prius p̃supponit uirtutem generatiuã in semine, sed talis uirtus est forma accidentalis. ergo &c. Ad primum dicendũ q̃ scięti põt considerari dupliciter. Vno mõ per respectũ ad scientem q̃tum sciens est. Alio modo per respectum ad istum, qui est sciens. Si capiatur scientia primo modo, sic scientia est actus primus & essentialis scientis, & isto mõ capitur hic. Si uero capitur secundo modo, sic est actus secundus. Vel dicendum q̃, comparando scientiam ad animam, scięti a est actus secundus, sed comparando scientiam ad considerare scientia est actus primus. Ad secundum dicendũ q̃ anima non est substantia completa. unde non oportet q̃ sit uniuersalis uel particularis. Ad tertiũ dicendũ q̃ illa forma, quæ præsupponit aliquam formam accidentalem in eodem subiecto, dicitur esse actus secundus, non autem illa forma, q̃ præsupponit aliquam formam accidentalẽ in alio subiecto. uirtus autem generatiua non est subiectiue in illa parte materiæ seminis, in qua introducit̃ anima, secundum q̃ inferius declarabitur, unde ratio non sequitur. Tertia conclusio est q̃ anima est actus corporis organici physici. Quæ probatur sic. Talis debet esse materia actus qualem requirunt operationes illius actus, sed operationes ipsius aĩę (cũ sint diuersę) requirunt diuersitatẽ partium secũdum situm & figuram in eodem corpore. ergo oportet q̃ aĩa sit actus corporis organici. Nam corpus organicum dicitur illud, quod habet diuersitatẽ partium distinctarum secundum situm & figuram. Contra hanc conclusionem sic arguitur. Id, quod est separatum a corpore non est actus corporis, sed anima potissime rationalis est separata a corpore, ut patet tertio huius. ergo anima rationalis non est actus corporis. Prætẽrea. Vnumquodque recipitur in alio per modum recipientis, si ergo anima rationalis esset actus corporis, susciperetur ad modum corporis, sed corpus est individuatum & determinatæ materiæ. ergo anima est individuata & determinatæ materiæ & per consequens non posset anima omnia intelligere nec uniuersalia. Prętẽrea. Actus per se conuenit illi cuius est actus, sed id quod conuenit alicui per se est inseparabile ab illo. cum ergo anima rationalis sit separabilis a corpore, sequitur q̃ anima rationalis non est actus corporis. Ad primum dicendum q̃ anima rationalis licet sit separata a corpore secundũ operationem intellectiuam, non tamen est separata secundum esse loquẽdo de anima coniuncta. Vel dicẽdũ q̃ licet anima sit separata a corpore quantum ad actum secundum qui est intelligere (quia non est actus alicuius organi corporalis.) non tamẽ est separata quantum ad actum primum, quia est forma corporis. Ad secundum dicendũ q̃ licet anima sit individuata in corpore. & determinatę materiæ quantum ad esse, tamen quantum ad operationem intellectiua est uniuersalis, cum talis operatio non indigeat corpore organico siue instrumentali. Ad tertium dicendum q̃ anima conuenit per se corpori, sicut esse sursum conuenit per se leui, sicut ergo quando leuia sunt extra suum proprium locum, in eis remanet apritudo naturalis ad talem locum, ita anima rationalis, quando est separata remanet ei naturalis aptitudo ad proprium corpus. Quarta conclusio quæ sequitur ex prędictis est ista. q̃ diffinitio animæ, quę dicitur communis & materialis est ista, anima est actus primus corporis organici physici Quæ conclusio probatur dupliciter. Primo per rationes præcedẽtes. q̃ enim sit actus patet per præcedentem conclusionem primam. & q̃ sit actus corporis organici patet per secundam conclusionem. Secundo probatur, quia conuenit omni animę, soli, & semper, & indicat totam eius essentiam a prima potentia usq; ad ultimum actum. Contra hanc conclusionẽ arguit̃ sic. Illud quod potest diffiniri, habet genus & differentiam, sed anima (cum non sit species, sed pars speciei) non habet genus & differentiam. ergo non potest diffiniri. Prætẽrea. Oẽ diffinitum est diuisibile in partes diffinites sed anima (cum sit forma simplex) non est diuisibilis. ergo &c. Prætẽrea. Ista diffinitio non conuenit animæ rationali. ergo non cõuenit oĩ cõtento sub diffinito. Assumptum patet. quia forma debet esse ꝓportionata materiæ, sed animę rationalis est incorruptibilis & corpus est corruptibile. ergo &c. Prætẽrea. Anima est forma simplex, corpus uero organicum habet magnam diuersitatem. ergo anima rationalis non est actus corporis organici Prætẽrea. Si anima esset actus corporis organici, aut organizatio fieret ante introductionem eius, uel in instãti introductionis. non secundum, quia nullus motus potest fieri in instanti, organizatio autem non potest fieri sine motu alterationis. si primum, uel illa organizato remanet organizatio. & sic accidentia remanent, non manente forma substãtiali, uel non remanet, & per consequẽs anima unitur corpori non organizato. Ad primum dicendũ q̃ illud argumentum procedit de diffinitione proprissime dicta. Ad secundum dicendum q̃ licet anima sit forma simplex secundũ essentiã, potest tamen diuidi in partes rationis. Ad tertium dicendũ q̃ licet anima rationalis secũdũ essentiam suam (ut supra dictum est) sit incorruptibilis, tamen requirit (propter diuersas operatiões eius) corpus bene complexionatum, ad quam quidem complexionabilitatem sequit̃ corruptibilitas necessitate materię. Ad quartum dicendum q̃ aĩa est simplex quantum ad essentiam multiplex, tamen est quantum ad potentiam & uirtutem & ideo propter operationes diuersas requirit corpus organicum Ad ultimum dicendum q̃ ista organizatio potest fieri in instãti tempore precedenti introductionem formę q̃ corrumpitur per accidens in instanti introductionis, in quo introducitur per accidens noua organizatio simul cum aĩa Et qñ dicitur q̃ organizatio non potest fieri in instãti, uerũ est per se, tñ per accidens fieri põt in instanti, prę suppositа prima organizatiõe. Quinta conclusio. Anima unitur corpori organizato sine medio. Probatur. quia ꝓpria perfectio unitur immediate proprio perfectibili sed aĩa est propria ꝓfectio corporis organici, cũ sit eius forma

producere aliam quãcũq; formam naturalem. Et per hoc patet solutio ad nonum. Ad decimum dicendum quòd anima sensitiua est forma substantialis in homine, nõ quidem secundum essentiam distincta ab anima rationali, sed secundum rationem tantum ut infra probabit̃. Ad undecimum dicendum quòd illa accidentia non remanent eadem numero in mortuo, quę prius fuerunt in uiuo, sed secũdum speciem tantum.

Sequitur in textu. { Vniuersaliter quidem dictum est quid est anima &c. } Hic incipit lectio secunda eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est secũdum capitulum primi tractatus, in q̃ Philosophus manifestando prædictam definitionẽ ponit unam conclusionem, ex qua infert unũ corollariũ. Conclusio est ista, quod anima est substãtia, & quodquid est corporis animati potentia uitam habentis, hanc conclusionem probat Philosophus duab⁹ rõnibus, quarũ prima est. Sicut est in artificialibus, ita est⁹ in naturalibus, sed in artificialibus, si dolabra esset corp⁹ naturale, sua forma esset substantia, & quodquid est ipsi⁹ dolabrę, ergo in naturalibus forma est substantia & quodquid est eius, cum ergo corpus animatum sit ens naturale, & anima sit eius forma ut supra concessum est, sequitur tantum anima est substãtia, & quodquid est corporis animati. Secunda rõ est. Sicut est in partibus aĩalis, ita in toto aĩali, sed in partibus aĩalis ita est quod si oculus esset aĩal, oporteret quòd ipsius esset anima & substantia eius, ergo oportet qđ in toto animali ita se habeat qđ forma eius scilicet anima sit eius substantia. Probatio maioris, quia si oculus esset aĩal, & ab eo remoueretur anima, non maneret oculus nisi æquiuoce. Ex his duabus rationibus potest elici una talis ratio, uidelicet. Illud est substantia, & quodquid est, quo remoto non remanet id, nisi æquiuoce, sed remota aĩa nõ remanet animal, nisi æquiuoce, ergo anima est substãtia & quodquid est corpori animati. Ex prędictis infert Philosophus unũ corollariũ, uidelicet q̃ cũ aĩa sit act⁹ totⁱ⁹ corporis, & partes eⁱ⁹ sint act⁹ partium, & forma nõ separetur ab eo cuius est forma, necessario sequitur quod aĩa nõ potest separari a corpore, uel ipsa tota uel aliquę partes eius si nata est habere partes. Contra prædictam conclusionẽ arguitur sic. Prius nõ habet notificari per posteri⁹, sed forma artificialis, cum sit accidẽtalis, & partes animę sint posteriores ipsa anima, ergo uidetur quòd anima nõ conuenienter notificetur per formas artificiales & partes corporis animati. Prætẽrea. Si forma dolabrę remoueretur dolabra æquiuoce, sed uniuoce, ergo dolabrę non est substãtia, siue quodquid est eius, patet consequentia (quia ut dictũ est) illud est substantia, quo remoto non remanet illud nisi æquiuoce. Ad primum dicendum quod prius potest notificari per posterius quo ad nos (ut dicit hic Doctor sanctus) unde, quia forma accidentalis, cum sit propinquior sensui quã forma substantialis, conuenienter notificatur per artificialem, & quia ex obiectis & partib⁹ ipsarum potentiarum deuenimus in cognitionẽ ipsi⁹ animæ, ideo etiã ipsa anima notificatur per partes eius. Ad secundũ dicendum quod dolabra potest capi dupliciter. Vno modo absolute secundum quod est artificialis res, & sic uerũ est qđ forma eius non est substantia eius. Alio modo potest considerari cõditionaliter, utputa, si dolabra esset corpus materiale, & sic isto modo forma eius esset substantia ei⁹. Contra textum dubitatur utrum anima sit substantia corporis animati habentis uitam in potẽtia. Et arguitur quod non, quia id quod habet principium uitæ, habet uitam in actu, sed corpus animatum habet principium uitę scilicet animam, ergo habet uitam in actu, & per consequens anima est substantia corporis animati habentis uitam in actu & non in potentia. In contrarium arguitur per Philosophum in litera. Respõsio dicendum quòd anima est substantia corporis habentis uitam in potentia. Pro cuius declaratione notandum primo quod uita potest capi dupliciter, uno modo pro esse uiuentis, sicut dicimus qđ uiuere uiuentibus est esse, alio modo accipitur uita pro uitali operatione, sicut dicimus aliquid uiuere, quia mouet seipsum. Ex quo sequitur qđ aliquid potest habere uitam in potentia dupliciter, uno modo accipiendo uitam primo modo, & sic illud, quod nondum habet animam, quod natum tamen est habere, dicitur habere uitam in potentia, alio modo accipitur uita secundo modo, & sic illo modo dicitur habere uitam in potentia, quod habet principium uitę, scilicet animam. tamen non in actu operatur per eam. Notandum secundo q̃ duplex est potẽtia, ut etiam ex dictis cõcluditur, quędam enim est abñciens animam, quędam nõ abñciens animam, sed operationes eius. Notandum tertio q̃ duplex est potentia. Quędam est coniuncta actui, quę, scilicet stat sub actu. Alia est distans ab actu, quãdo scilicet non actu perficitur, per formam tamen de proximo apta nata est perfici. Quibus suppositis dicendum est aĩam esse substantiã corporis habẽtis uitam, potest intelligi dupliciter, uel accipiendo uitam secundo modo, & sic cõceditur, uel primo modo, & hoc dupliciter, uel loquendo de potentia coniuncta actui, uel distante, si primo modo, sic etiã cõceditur, si secundo modo, sic aĩa non est substantia corporis habẽtis uitam in potẽtia, sed in actu ut uoluit argumentum dubiũ. Ex quo patet solutio eius.

Sequitur in textu. { Quoniã autẽ ex incertis &c. } Hic incipit lectio tertia eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est tertium capitulum primi tractat⁹ in quo Philosophus uolens demonstrare prędictam definitionem animæ ponit tres cõclusiones. Quarum prima est quòd anima est corporis uiuentis actus & forma, quam conclusionem probat Philosophus tali ratione. Illud qđ est, principium uiuendi, est corporis uiuentis actus & forma, sed anima est principium uiuendi in his, quæ uiuunt, ergo anima est principiũ corporis uiuentis actus & forma probatio mediæ. Nam illud per quod differunt animata ab inanimatis est principium uiuendi, cum animata differant ab inanimatis in uiuendo, sed animata differũt ab inanimatis ꝓ animam, ergo aĩa est principium uiuẽdi. qđ fuit ꝓbandum Contra hanc rationem arguitur sic. Quælibet forma naturalis est natura, sicut patet per Philosophũ secundo physi. sed aĩa nõ est natura, ut dicit hic Philosophus, cum natura non moueat ad contraria loca. aĩa. n. moueat ad contraria loca, ut inferius patebit. ergo aĩa non est forma corporis uiuentis. Prætẽrea. Proprium perfectibile nõ potest esse sine propria forma, sed aliqua sunt uiuentia sine aĩa, ut patet de corpore cœlesti & spiritualibus creaturis, ergo idem ut supra. Prętẽrea. Potẽtię animę sunt principia uiuẽdi, ut infra cõcedit Philosophus & tantũ non sunt corporis uiuentis forma, ergo maior ꝓbationis falsa. Ad primum dicendũ q̃ formam quã quãlibet esse naturam potest intelligi dupliciter, uno modo sic q̃ sit principium motus & quietis, & sic quælibet forma naturalis est natura, alio mõ q̃ opetur ꝑ modum naturæ, & sic non quælibet forma naturalis est. Nam natura non mouet ad contraria loca, sed determinatur ad unũ, anima uero mouet ad contraria loca ut ad sensum patet. Vñ aĩa non dicitur natura secundo modo. Ad secundum dicendũ quod nullum corpus uiuit sine anima formaliter & intrinsece, corpora autẽ cœlestia non dicunt uiuere formaliter sed forsitan effectiue, quia mouentur ab intelligentia. Ad tertium dicendum q̃ duplex est principiũ uiuendi. Quoddam est primum principium, de quo est hic ad propositum. Aliud est principium proximum, licet ergo potentiæ animæ sint principia uiuendi immediata, capiendo uiuere pro operatione uitali, anima tamen est principium primum, in cuius uirtute potentiæ operantur. Secunda

Universidad de Deusto
Biblioteca

conclusio. Tantum quatuor sunt modi uiuendi unus scilicet per intellectum, alius per sensum, ali⁹ per motum localem, alius per motum alimenti decrementi, & augmenti, ꝙ conclusio probatur tali ratione. Modus uiuendi est, secundum quem sumitur aliquis gradus uiuentium, sed tantum sunt quatuor gradus uiuentium, ergo sunt tātum quatuor modi uiuendi, probatio minoris. Nam in quibusdam uiuē tibus inuenitur tantum augmentum, decrementum, & alimentum. ſin plantis. In quibusdam uero cū his inuenitur sensus sine motu locali, sicut in animalibus imperfectis, ulterius uero in quibusdam inuenitur motus secūdum locū, sicut in animalibus perfectis, quę mouentur motu progressiuo. In quibusdam uero cum his inuenitur intellectus scilicet in hominibus. Contra hanc conclusionem arguitur sic. Quinq; sunt genera operationum animæ, ut Philosophus infra determinat, & supra concessit, uidelicet uegetatiuum, sensitiuum, motiuum secundum locum, appetitiuū, & intellectiuum, ergo quinq; sunt modi uiuendi & nō tā tum quatuor. Præterea. Vbicunq; est phantasia, ibi est motus localis, sed in animalibus imperfectis est phantasia saltem imperfecta, cum in eis sit sensus, ergo in ipsis est mot⁹ K localis, & per consequens sensus, & motus localis non saciunt diuersos modos uiuendi. Ad primum dicendum negando consequentiam, ꝙa Philosophus non intēdit distinguere hic modos uiuendi secundum diuersa genera operationum animæ, sed secundum diuersos gradus uiuentiū, unde cum appetitiuum nō faciat aliquam diuersitatem in gradibus uiuentium, cum ubicūq; sit sensus, ibi sit appetitus sequitur quòd appetitiuum non constituat modum diuersum ab alijs. Ad secundum dicēdum quòd duplex est motus localis. quidam est imperfectus, uidelicet mot⁹ dilationis aut constrictionis, & talis bene inuenit in aialib⁹ imperfectis, alius est mot⁹ localis pfect⁹, et talis solū reperitur in aialibus perfectis, qui quidem constituit modum uiuendi distinctum ab alijs, nō autem primus. Tertia cōclusio. Vegetabilia uiuunt, quæ probatur tali ratione. In quibuscūq; enim est unus prædictorum quatuor modorū uiuendi, illa dicūtur uiuere, sed omnia uegetabilia sunt huiusmodi. Omnia enim habent in seipsis potentiam quādā, & principium, quo suscipiūnt motum augmenti & decrementi, ergo sequitur quod uegetabilia uiuunt. Et non solū uiuunt (ut dicit Doctor sanctus) dum augentur, & decrescunt, sed tandiu uiuunt, quādiu possunt accipere nutrimē tum, per quod fit augmētū Ex prædicta cōclusione Philosophus infert primo ꝙ aialia tā imperfecta ꝙ perfecta, sīr, & hoies uiuūt, ꝙa in oib⁹ aialib⁹ est aliqs modus uiuēdi, cū in eis sit sensus, præsertim sensus tact⁹, sine q̄ in eis non est uita. Sc̄do infert quòd inter prędictos modos uiuendi ille mod⁹, q est ſm augmētū & decremētū est prius ordine naturę generatiōis, qđ sic patet. Nā qñ duo sic se hñt quòd unū est ab altero separabile, & nō econuerso, illud, qđ est separabile est pri⁹, sed inter prædictos modos uiuendi ille modus, q sumit ſm principiū augmēti, & alimenti potest separari ab alijs modis uiuēdi, & nō econuerso, loquēdo in rebus naturalibus, nam ille mod⁹ uiuēdi reperitur in plātis scilicet in qb⁹ ali⁹ modus nō reperit, ergo ille mod⁹ est pri⁹. Circa p̄dicta dubitaē. Primo utrū prędicta definitio aiæ posset demonstrari, & arguo qđ non, quia qđ q̄dest non pōt demōstrari de eo, cui⁹ est, ut patet sc̄do posterio. sed definitio indicat qđ q̄dest, ergo definitio nō pōt demonstrari de eo, cuius est. ſ. de diffinito. Præterea. Nullum mediū demonstrationis potest demonstrari, cū medium nō intret conclusionem, sed definitio est medium demonstrationis, ergo nulla definitio potest demonstrari. Præterea. Nihil notius competit definito quàm sua definitio, sed demonM stratio procedit ex notioribus, non solum secundum naturam, sed etiam quo ad nos, ergo &c. Rēsponsio. Dicēdum quod duplex est definitio, quædam materialis, quædam formalis (vt sæpius dictum est.) Definitio materialis potest demonstrari a priori secundum naturam, & econuerso definitio formalis potest demonstrari per materialem tanN quàm a priori quo ad nos, quonſam autem definitio animæ prima, quæ demonstratur de anima per secundam ei⁹ definitionem scilicet per hanc qnod est principium uiuēdi dicit causam respectu secundæ definitionis, ideo illa demonstratio est a posteriori secūdum naturam, sed a priori quo ad nos. Manifestum est enim qđ anima non est act⁹ & forma ex eo quòd est principium uiuēdi, sed ex eo qđ est forma, est principium uiuēdi. Ex quo sequitur quòd illa demonstratio dicitur demonstratio, quia est, & non propter quid, de quo clarius uidebitur in capitulo sequenti.

Ad primum dicendum quod definitio potest accipi dupliciter, uno modo inquantum definitio est, & sic nō pōt demonstrari de definito, alio modo potest sumi materialiter, loco uidelicet, alicuius passionis, sic illo modo potest demonstrari de definito. Et per hoc patet solutio ad secūdum. Ad tertium dicendum quòd aliquid notiori modo potest cōuenire definito quo ad nos quam sua definitio, & inter definitiones una potest esse notior altera. Dubitatur secundo utrum anima sit tota in toto & tota in qua libet parte sui, & arguitur, quòd non quia unum quodque recipitur in aliquo secundum modum recipientis, sed modus corporis in quo anima suscipitur est talis, uidelicet qđ O ubi est una pars, ibi non est alia, ergo modus animæ erit talis quod ubi est una pars eius non erit altera, & sic nō est tota in toto. Præterea. Illa forma, quæ est in qualibet parte, habet denominare quālibet partē, sicut quælibet pars ignis est ignis, ergo si anima sit i qualibet parte corporis, quælibet pars erit aial, quod est falsum. Præterea. Proprie perfectioni debet corrūdere proprium perfectibile, sed ꝓprium perfectibile, qđ correspondet animæ est corpus organicum, ut ex supradictis patet, cum ergo quelibet pars corporis non sit organica, sequitur quod aia nō sit in qualibet parte. Præterea. Nihil potest destitui a sua propria operatione, ergo si anima sit in unaquaq; parte corporis, sequitur quod in qualibet parte corporis sint proprie ei⁹ operationes quod est falsum, alias quælibet pars intelligeret. Præterea. Vbicūq; est subiectum, ibi est proprias p̄ssio, sed proprietates aiæ sunt eius potentiæ, ergo ubicunq; est anima ibi sunt eius potentiæ, sed manifestum est, quod potentiæ animæ non sunt in qualibet parte corporis, ergo nec ipsa anima. Præterea. Si in qualibet parte corporis esset tota, sequeretur quod una parte abscissa corrūperetur tota aia, cōsequens est cōtra experiētiam, ergo &c. In cōtrariū arguitur, quia forma idiuisibilis ubi est, tota est, sed aia est in qualibet parte corporis, cum quælibet pars corP poris sit animata, ergo est tota in qualibet parte, quod autem sit tota in toto manifestum est, quia ꝓpria p̄fectio est in proprio perfectibili, sed corpus est proprium perfectibile aię, ergo &c. Itē aia est ubi operatur, sed anima operatur i toto corpore, & in qualibet parte eius, ergo &c. Rēsponsio. Dicendum quod triplex est totalitas, uidelicet totalitas quātitatiua, ut linea uel corp⁹ totalitas essentię, & totalitas uirtutis. Aiam ergo esse totā in toto & totā in qualibet parte eius, pōt intelligi tripliciter. Vno modo de tota litate quantitatiua, & sic aia nullibi est, cū non sit quanta neque per se neq; per accidens, præsertim loquēdo de aia, quę est forma animalium perfectorum. Alio modo potest intelligi totalitate uirtutis. sic & anima nō est tota in qualibet parte corporis, cū nō possit oēs operationes ei⁹ exercere in qualibet parte. Tertio modo pōt intelligi de totalitate essentiæ, sic anima est tota in toto & tota in qualibet Q parte, hoc est, quod cōmuniter dicitur qđ anima est tota i qualibet parte nō totaliter. Ad primum dicendū qđ hoc quod unumquodque recipitur secundum modum recipiētis potest intelligi dupliciter, (ut innuit Doctor sanctus in quęstionibus de anima.) ubi ad unguem hanc materiā declarat. Vno modo secundum naturam eius. Alio modo secūdum capacitatem recipientis. Vnumquodque autem recipitur in recipiente, secundo modo, non autem primo. Vnde non oportet quod anima habeat istam naturam corporis ut ubi est una pars eius ibi sit alia. Ad secundum

A dum dicendum quòd duplex est forma, quædam est imperfecta, quæ non requirit diuersitatem partium, & talis bene denominat quamlibet partem, alia est forma perfecta, quæ requirit diuersitatem partium ob diuersas operationes, & talis non denominat omnes partes realiter, nisi forte denominatiue uel concretiue. Ad tertium dicendum quòd duplex est perfectibile ipsius animæ, quoddam est principium, & tale debet esse organicum, pars autem ipsius corporis est perfectibile ipsius animæ secundariū, nō autem primarium, unde ratio non sequitur. Ad quartum dicendum ꝙ licet anima non exerceat q̄libet ei⁹ opationē in quālibet partē, nō tñ destituitur a sua propria operatione, ꝙa aía opatur mediātib⁹ suis potentijs, quarū aliqua requirūt partem determinatā corporis. Vnde augmentū bene concludebat quòd anima non est totaliter in qualibet parte eius. Et per hoc patet solutio ad quintum. Ad ultimum dicendum negando sequelam, quia anima non est tota in toto totalitate quantitati ue. vnde qñ vna pars abscindit, aía nō corrūpit quātum ad essentiam ei⁹, sed quantum ad modū essendi, quē habuit in illa parte.

B Sequitur textus. ¶ Verum autem &c. ¶ Hæc est lectio quarta eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est ultimū capitulum primi tractatus, in quo Philosophus soluēdo duas quæstiones ponit quatuor cōclusiones, ex quibus infert tria corollaria. Prima cōclusio est. Partes animæ, uidelicet uegetatiuum sensitiuū, motiuum, & appetitiuum non sunt separabiles loco & subiecto. Hæc conclusio probatur tali ratione. Ea, quę reperiuntur, in eadem parte corporis non sunt separabilia loco & subiecto, sed prædictæ partes reperiuntur in eadē parte corporis, ergo non sunt separabiles & loco & subiecto. Probatio minoris, quia in parte decisa animalis imperfecti remanet uita & sensus, sed ubi est sensus, ibi est phantasia, cum phantasia non sit nisi motus factus a sensu, & ubi est phantasia, ibi est principium motiuum, & ubicunq; est sensus, ibi est desiderium, cum ibi sit delectatio & tristitia, ergo uegetatiuum, sensitiuum, & cætera, inueniunē in una parte corporis decisa. Ex p̄dictis infert quòd licet in uno corpore animato imperfecto, sit anima una tātū in actu, tamen in eo sunt plures animæ in potentia, quæ per solam decisionem reducuntur ad actum, & simile de animalib⁹ imperfectis. Contra prædictam conclusionem sic primo C arguitur. Visus, & auditus sunt partes animæ, et tamē sunt separatæ loco & subiecto, ergo partes animæ sunt separabiles subiecto, Præterea. Phantasia est potentia organica in determinata parte corporis situata, ergo non ubicūque reperitur sensitiuum repetitur phantasia. Ad primum dicendum quòd duplices sunt partes animæ, quædā sunt partiales, & illæ distinguūtur loco & subiecto, sicut sunt uisus & auditus. Aliæ sunt partes totales animæ, de quibus est hic sermo, & tales non distinguuntur loco, siue subiecto. Ad sc̄dm dicēdū qđ duplex est phantasia, quædam est indeterminata & imperfecta, & talis non habet determinatam partem, de qua hic est sermo, alia est phantasia determinata, quæ reperitur in animalibus quibusdā perfectis, & talis requirit determinantem partem, de qua procedebat argumentatio. Secunda cōclusio. Prædictę partes animæ sunt separabiles ideſt distinctæ ratiōe ideſt specie, hæc conclusio probatur tali ratione, quia potentię distinguuntur per actus, & act⁹ per obiecta, cum ratio cuiuscunq; potentiæ sumatur secundum ordinem ad actum, D sed actus animæ sunt diuersi secundū speciem vt infra patebit, ergo sequitur quod partes animæ, uidelicet potentiæ sint separabiles, & distinctæ secundum rationem speciei. Contra prædictam conclusionem sic primo arguitur. Quæcunq; conueniunt uni tertio singulari realiter, conueniunt inter se realiter, sed potentiæ realiter conueniunt ipsi animæ, cum eadem generatiōe cum ipsa generentur, ergo potentiæ conueniunt inter se, & sic non distinguuntur inter se secundum rationem specificam. Præterea, arguit cōtra maiorem probationis, uidelicet quod potentiæ distinguuntur per actus. Nā perfectibilia habent distingui per suas perfectiones, perfectiones autem potēriarū sunt habitus, ergo potentiæ distinguuntur per habitus, & nō per actus. Præterea. Secundum communem regulam Philosophorum potentiæ distinguuntur per obiecta, ut infra patebit, ergo non distinguuntur per act⁹. Preterea. Formę simplices seipsis diuersæ sunt, ut patet quinto metaphys. sed potentiæ animæ sunt formæ simplices, ergo seipsis distinguuntur & nō per actus. Præterea. Eadem sunt principia essendi & distinguēdi, sed act⁹ nō sunt pricipia essendi potentiarū, ergo non sunt principia distinguendi. Ad primū dicendum ꝙ potētię aię distinguuntur realiter nō solum specifice, sed essentialiter ab ipsa aía, & licet eadem generatione generentur cū aía, quia tñ non eodem modo generantur ut anima, sed cōcomitative, ideo non oportet qđ sint eadem realiter. Ad secundum dicendum quod licet habitus sint quædam perfectiones potentiarum secundū rationem propriam, eius tñ potentia non habet ordinem ad habitum, sed prius ad actū, ideo magis distinguuntur p actus quam per habitū, ut infra clare declarabitur. Ad tertium dicēdum quòd ad distinctionem obiectorum sequitur distinctio actuū, unde dicere potentias distingui per obiecta est concedere eas distingui per actus. Et si dicatur unius potentiæ sunt diuersi actus, ergo non causat distinctionem potentiarum. Dicendum quod non quælibet distinctio actuum facit distinctionem potentiarū. Ad quartum dicendum qđ formę simplices sunt in duplici differentia. Nam sunt quędam, quę speciē sortiūtur ab aliquo, quod in eis est, tales seipsis distinguuntur, uel saltem p differentias intrinsecas. Aliæ sunt formæ, quæ speciem sortiūtur ab aliquo extrinseco, ad qđ ordinē hñt, & tales distinguuntur nō seipsis, nec p principia intrinseca, sed per extrinseca. Ad quintū dicendū qđ illa maior intelligēda est in his, quæ sortiuntur speciem ab extrinseco. Tertia conclusio est. Vegetatiuum, sensitiuum, motiuum secundū locum, appetitiuum, & intellectiuum nō dicūt in eodem cō positos diuersas animas secundum essentias distinctas, sed dicunt diuersas partes potentiales eiusdem animę, hæc cōclusio elicitur sic, ut ex dictis probari potest. Vnius perfectibilis est tantum una propria et substātialis perfectio, sed aía est propria, & substantialis perfectio corporis animati, ergo sequitur quòd in uno corpore aíato nō est nisi una aía, ꝓfirmatur extra literam. Nam una anima, cum sit forma substantialis, dat esse simpliciter, si ergo in uno & eodem cōposito essent plures animæ, essent ibi plura esse simpliciter, & per cōsequens illud compositum non esset unū simplr, sed ſm quid. Attendendū est tñ sc̄dm Philosophum quòd prędicta in diuersis diuersas nominant aías, nam uegetatiuum, nominat animam uegetatiuam in uegetabilibus, sensitiuum animam sensitiuam in animalibus. Inctellectiuum aūt intellectiuam in hominibus. Contra prędictā conclusionem sic primo arguitur rationibus doctoris sci in de spūalib⁹ creaturis. Idē nō pōt eē ab intrinseco & ab extrinseco, sed aía uegetatiua est ab intrinseco, uidelicet a uirtute generātis in semine, & aía rōnalis est ab extrinseco. ſ. à creatore, ergo aía uegetatiua & aía rōnalis nō sunt una aía in homine secundum subſtātias. Præterea. Illud, qđ est subſtantia in aliquo, nō pōt esse accidens in alio, sed aía sensitiua in bruto est subſtantia, cū sit forma subſtantialis ei⁹, ergo in homine est subſtātia aía sensitiua, & nō potentiæ animæ, & sic idem quod prius. Præterea. Anima sensitiua in homine est nobilior quam sit in bruto, sed in bruto nominat formā subſtantialem, ergo &c Præterea. Idē non pōt esse secundū subſtantiam corruptibile & incorruptibile, sed anima rationalis est incorruptibilis, & anima sensitiua est corruptibilis etiam in homine, ergo in homine anima sensitiua & anima rationalis sunt diuersæ animæ. Ad primum dicēdum qđ licet anima uegeta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiua & anima sensitiua in alijs ab homine sint ab intrinseco, tamen in homine, si secundum substantiam earū considerentur, sunt ab extrinseco, quemadmodum animę rationalis. Ad secundum dicendum q̄ anima sensitiua, etiam in homine, est substantia, non tamen distincta ab anima rationali. & per hoc patet solutio ad tertium. Ad quartum dicēdum q̄ anima sensitiua in homine dupliciter potest cōsiderari. Vno modo quātū ad eius potētias, & sic est corruptibilis, alio modo quātum ad eius essentiam, & sic est incorruptibilis, sicut & anima rationalis. Et si dicatur corruptibile & incorruptibile differunt plus quàm genere, si ergo anima sensitiua in homine sit incorruptibilis, & in bruto corruptibilis, sequitur quòd brutum & homo differant plus quàm genere. Dicendum quod illa cōmunis auctoritas intelligēda est in his, quæ per se & proprie collocantur in genere, modo anima sensitiua nō collocatur in genere proprie, cum sit forma partis, unde ratio non sequit̄. Hæc omnia Doctor sanctus ubi supra. Quarta conclusio. Anima est actus corporis organici, physici. Hæc conclusio est prima definitio ipsius animæ, quā Philosophus demonstrat per secūdam eius definitionem tali ratione. Duorum, quorum utrocq; dicimur aliquid operari illud, quod est primum est forma & actus, si secundum nō est maius, sed anima est primum principium, quo dicimur operari tam anima quam corpore, ergo anima est act⁹ corporis physici. Minor probatur, quia anima est principiū, quo uiuimus, nutrimur, sentimus, mouemur secundum locum, & intelligimus primo, hæc est secunda definitio animæ. Contra hanc definitionem sic arguitur. Ista definitio nō conuenit omni animæ, ergo est inconueniēs, probatio antecedentis, quia anima uegetatiua non est principium quo intelligimus, aut quo sentimus, ergo &c. Præterea. Omnis definitio datur per priora, quia partes definientes sunt principia definiti, sed ista non datur per priora, cum detur per operationes, quæ sequuntur animam, ergo &c. Ad primum dicendum quòd ista definitio potissime proprie datur de anima rationali, sed ex consequenti & secundario datur de anima uegetatiua & sensitiua, unde sufficit quòd ipsa tota conueniat animæ rationali & secundū partem alijs animalibus. Et licet tota definitio debeat cōpetere omni contento sub definito in uniuocis, hæc tū nō requiritur in analogis. Ad secūdum dicendum quòd illa ratio procedit de definitiōe quiditatiua & proprie dicta. Ex prædicta conclusione infert Philosophus tria corollaria, quorum primum est, quod anima se hēt ut ratio, & spēs, et non ut subiectum & materia. Secundum est quod anima non est sine corpore, quia est act⁹ corporis per præcedentem conclusionem. Tertium corollarium est, quod anima est in corpore, non in quocūq;, sed in corpore organico, ut ex dictis manifestum. Circa prędicta dubitatur, utrum partes animalis imperfecti decisæ uiuant, et arguitur q̄d non quia, si ille partes decisæ uiuerent, in qualibet earū esset anima, cum anima sit principium uiuendi, & per consequēs ante decisionem in toto fuissent plures animę, quod est contra prædictam tertiam conclusionem. Præterea. Si sic, cum ille animę non generentur de nouo, sequeretur q̄ anima esset partibilis, cōsequens est falsum, cum sit forma substantialis, cuius esse consistit in indiuisibili. Dicendum ad dubium quod partes prędicti animalis uiuūt, quia ubi cunq; est principium motiuum, ibi est anima, & per consequens uita, sed in animalium partibus est principium motiuum, ut patet ad sensum. Ad primum dicendum quod ibi plures animæ præexistunt in potentia in toto ante decisionem in potentia dico actui propinqua, quæ per unicū actum decidentis ad actum reducuntur, non tamē ibi sunt plures animæ in actu formaliter, unde ratio non sequitur. Ad secundum dicendum quod in partibus illis non sunt diuersæ animę ex hoc quod una anima diuiditur in plures animas, sed ex hoc quod plures animæ existentes in potē tia reducuntur ad actum per ipsam decisionem, sicut uidemus in elemētis. Nam in tota aqua est una forma substātialis aquæ actu, sed dum una pars aquæ extrahitur & separatur a toto, ibi sunt plures formæ substantiales in actu reductæ per ipsam diuisionem.

Sequitur in textu. ¶ potentiarum autem animę &c. ¶
Hic est secundus tractatus secundi libri de aīa
Et est quinta lectio eiusdem libri, & in
commento Sancti Thomæ.

ISTE est Secundus tractatus istius secundi libri, in quo Philosophus determinat de partibus animæ, postquam determinauit de anima quid est secundum eius essentiam, & ponit decem & octo capitula. In primo capitulo determinat de diuisione potentiarum & hoc in principio. In secūdo determinat de ordine & origine earūdē. ibi. ¶ Qualiter autem unūquodq; &c. ¶ In tertio capitulo determinat de potentia uegetatiua secundum quòd est principiū suarum operationum ibi. ¶ Quoniam primū de aliquo. ¶ In quarto capitulo determinat de operationibus animæ uegetatiuę & earum obiectis. ibi. ¶ Quoniam autem. ¶ In quinto determinat de potentia sensitiua secūdum suam essentiam, ostendendo quid est sensus & qualiter sensus est potentia ibi. ¶ Determinatis autem his. ¶ In sexto capitulo determinat de potētia sensitiua per respectum ad actū. ostendendo qualiter reducitur ad actum. ibi. ¶ Diuidendū autem. ¶ In septimo capitulo de sensibilibus in communi ponendo differētiam inter sensibilia per se & per accidēs. ibi. ¶ Dum autem secūdum unumquodq; ¶ In octauo capitulo de sensibilibus uisus, uidelicet de colore, ostendēdo quid est color, quid lumen, & quid diaphanum. ibi ¶ Cuius quidem uisus. ¶ In nono determinat de colore per respectum ad diaphanum. ibi ¶ Est autem susceptiuū coloris. ¶ In decimo de uisibili auditus, uidelicet de sono absolute. ibi ¶ Nunc autem primum de sono. ¶ In undecimo de sono secundum quod auditus immutatur ab eo. ibi. ¶ Vacuū autem. ¶ In duodecimo determinat de uoce, quæ est spēs soni. ibi ¶ Vox autē sonus quod. ¶ In tertiodecimo de sensibili olfactus absolute, uidelicet de odorabili. ibi. ¶ De odore autem. ¶ In quartodecimo de odorabili secundum qd̄ ab eo immutatur olfactus. ibi. ¶ Est autem olfactus. ¶ In quintodecimo de sensibili gustus, uidelicet de gustabili. ibi ¶ Gustabile autē. ¶ In sextodecimo determinat de sensibili tactus, videlicet de tangibilibus. ibi ¶ De tangibili autem & tactu. ¶ In decimo septimo determinat de differentia tactus et gustus. ibi ¶ Dubitabilem autem utique ¶ Decimo octauo determinat de sensu secundum se absolute. ibi ¶ Oportet autem uniuersaliter. ¶ In quo secundum sententiam Doctoris sancti terminatur iste liber secūdus. In primo igitur capitulo huius secundi tractat⁹ ponit Philosophus tres cōclusiones, quarum prima est. Tantū sunt quinq; genera potentiarum animæ, uidelicet uegetatiuū, appetitiuum, sensitiuum, & secundum locum motiuum & intellectiuum. Hæc conclusio probatur elicitiue tali ratione Philosophi, quam deducit hic Doctor sanctus. Nam potentiæ, cum secundum propriam rationem ordinentur ad actum, distinguuntur secundum diuisiones actuum & operationum, sed quælibet operatio animę cum sit principium essendi, attribuitur ei secūdum aliquod esse, uel ergo talis operatio attribuitur ei secundum esse penit⁹ materiale, sic sumitur potentia uegetatiua, uel attribuitur ei secundum esse immateriale, & hoc dupliciter, uel attribuitur ei secundum quod ipsa suscipit aliquod obiectum secūdū ei se penitus immateriale, sic sumitur potētia intellectiua, uel secundum esse medium inter materiale & immateriale, sic sumitur potentia sensitiua. Si secundum, & hoc dupliciter uel potentia tendit in tale obiectum secundū quod est primum in intentione, sic sumitur potentia appetitiua, uel tēdit ad ipsum secundum esse quod habet in executione, sic sumitur potentia motiua secundum locum. Aliter potest probari & clarius. Nam potentiæ distinguūtur per act⁹, uero

uero per obiecta, sed potentia quanto est uniuersalior tanto respicit obiectum secundum rationem uniuersaliorem, ergo potentiæ animæ (cum sit uniuersales) distinguuntur secundum rationes obiectorum magis & minus uniuersales, sed tales rationes se habent in quinquplici differentia, ergo quinq; sunt genera potentiarum, ultima subsumptio sic deducitur. Nam omnis potentia, aut respicit obiectum, quod est tantum animæ unitum, uel respicit obiectum, qd̄ non solum animæ est unitum. Si primum, sic est potentia uegetatiua. Si secundum & hoc dupliciter, uel respicit idē obiectum secundum q̄ aptum natum est suscipi in ea secundum eius similitudinem, aut secundum quod tendit in ipsum obiectum, si primum, hoc est dupliciter, uel respicit idem obiectum secundum quod est susceptibile sine cōditionibus materialib⁹, sic est potentia intellectiua, uel secūdum q̄ est susceptibile cū conditionibus materialibus, sic sumitur potentia sensitiua. Si secūdum, hoc est dupliciter, uel tendit in idem obiectum inquantum habet esse in intētione, sic sumitur potentia appetitiua, uel secūdum, esse, qd habet in executione, sic sumitur potētia motiua secundum locū. Cōtra prædictam conclusionem arguitur sic, sunt tantum tres partes aīæ. s. aīa sensitiua, uegetatiua, & intellectiua, ergo cū tres sunt potentiæ, eū potētię dicanē partes aīæ. Præterea. Sunt quatuor modi uiuendi ut ex supra dictis patet, ergo cum modi uiuendi sumantur secundum operationes animæ, sequitur quod erūt tantū quatuor potentiæ. Præterea. Anima intellectiua inter cęteras formas naturales magis assimilatur Deo, sed in Deo est una potē tia, quæ est sua essentia, ergo in anima non erunt plures potentiæ. Præterea. Quanto uirtus est altior, tanto est magis unita, sed aīa rationalis est altior quam anima uegetatiua, ergo (cum in aīa uegetatiua non sint quinq; genera potē tiarum) sequitur quòd neq; in aīa intellectiua erūt quinque genera potentiarum. Præterea. Præter predictas potentias in anima reperitur potentia obedientialis, ut patet per Doc. san. in de potentia q prima, ergo sequitur quòd sunt plura genera potentiarū quā quinq;. Præterea. Voluntas est quædam potentia anime & tamen non enumeratur hic, ergo &c. Præterea illud, quod est commune omnienti non est potentia animæ, sed appetitiuum est cōmune omni enti, quia omne ens appetit suā perfectionem, ergo appetitiuum non est una potētia, & sic nō sunt quinq;. Ad primum dicendū q̄ duplices partes animæ sunt. quædam sunt partes animæ subiectiue, sic tantū tres sunt partes animæ, ut uoluit argumentū, aliæ sunt partes potētiales, de quibus est ad propositum, & sic sunt quinq;. Et si quæratur, quare est quod sunt quinque tātum genera potentiarum animæ, & quod sunt tantum tres animæ. Dicēdum secundum Doc. san. in lectione, quod diuersitas animarum sumitur secundum diuersitatem esse corporis animati, sed tantum est triplex esse quod inuenitur in uiuentibus. Nam quoddam est esse materiale, & sic sumitur anima uegetatiua, aliud est esse penitus immateriale, sic sumit̄ anima intellectiua, aliud est medio modo se habens, sic sumitur anima sensitiua, unde tantum sunt tres partes animę potentiæ uero distinguuntur secundum diuisionem actuū & obiectorum, unde non est simile. Ad secundum negat consequentiam, quia modi uiuendi sumuntur secūdum diuersos gradus uiuentium, & non secundum operationes uitæ, secundum quas sumuntur genera potentiarum, ut hic dicit Doct. san. formaliter. Ad tertium dicendum qd̄ anima intellectiua magis assimilatur deo quā aliæ formę naturales, quia potest pertingere ad nobiliorem finem & altiorem. s. ad beatitudinem quam aliæ formæ naturales, licet non possit ad eā pertingere, nisi uarijs & diuersis operationibus procedentibus a diuersis potentijs. Ad quartū dicendū quòd cęteris paribus, uidelicet qñ potentiæ ad æqualia se extendunt, tunc quanto uirtus est altior, tanto magis est unita, secus autem est si ad inequalia se extēdāt, cum igitur anima intellectiua ad plura se extēdat obiectiue & ad altiora quam anima uegetatiua, ideo ratio nō sequitur. Ad quintum dicendum pro nūc q̄d potētia obedientialis non distinguitur genere, aut specie a prædictis potentijs, cum illa potentia, quæ dicitur naturalis, possit dici obedientialis, diuersis tamen rationibus, unde potētia intellectiua secundum quod cōparatur ad suum obiectū naturale, dicitur naturalis potentia, secundum uero quòd consideratur inquantum potest cognitionem suscipere supernaturaliter iusūsam, dicitur potentia, obedientialis. Ad sextum dicendum quod uoluntas comprehēditur sub potentia appetitiua, cum uolūtas sit appetitus intellectiuus. Ad ultimum dicendum quod duplex est appetitus, quidā est appetitus naturalis, & talis nō constituit potentiā animæ, de quo procedebat argumentum, alius est appetitus animalis, qui sequitur formam apprehensam a re exteriori & talis dicitur potentia animæ unde argumentum laborabat in æquiuoco. Secunda conclusio est, quod appetitus ineſt omnibus animalibus. Hanc conclusionē probat Philosophus duabus rationibus, quarum prima est. Nam omnia animalia habent unum sensum ad minus. s. tactum, sed cuicunq; ineſt sensus, ineſt delectatio & tristitia, & cuicū que ineſt delectatio, & tristitia ei ineſt concupiscentia, q̄ est appetitus delectabilis, ergo de primo ad ultimum sequitur quod omnibus animalibus, quibus ineſt sensus tactus ineſt appetitus. Secundario est. Omnia alimēta habēt sensum alimenti, qui dicitur sensus tactus, sed quibuscunque ineſt sensus alimenti, his ineſt esuries & sitis, sed ubicunq; est esuries & sitis, ibi est delectatio, & cuicunq; ineſt delectatio ei ineſt appetitus, ergo in omnibus animalib⁹ est appetitus. Circa hanc conclusionem considerandum est secundum Philosophum quod prædicta genera potentiarū seinuicem quodammodo consequuntur. Nam in quibusdam est uegetatiuum tantum, ut in plantis, in quibusdam uero cum uegetatiuo est sensitiuum & appetitiuum, sicut in omnibus animalibus. In quibusdam uero cum illis tribus est motiuum secundum locum, uidelicet in animalib⁹ perfectis. Quibusdam uero cum omnibus prædictis ineſt intellectiuum, ut in hominibus. Tertia conclusio. Illa anima q̄ est ultima ordine generationis, includit uirtute alias animas priores. Hāc conclusionē probat Philosoph⁹ talī ratione. Sicut est in figuris ita est in formis, & per consequens in animalib⁹, sed posterior figura, uidelicet tetragonum, includit in se uirtute priorē figuram scilicet trigonū, ergo ultima forma substātialis includit in se uirtualiter formas priores, licet non formaliter. Ex prædictis infert Philosophus unum corollariū cōtra Platonem, uidelicet qd̄ non est ponenda una definitio animæ separata, quæ non conueniat animalibus particularib⁹ quia secūdum eū nō debet poni una ratio communis figurarū ab eis, eū ergo animæ se habeant sicut figurę & sicut numeri, non debet poni una definitio animæ, quæ separetur ab animalibus. Circa prædicta dubitatur, utrum potentiæ animæ distinguantur per obiecta. Et uidetur quod non quia pri⁹ non debet distingui per posterius, sed potius econuerso, sed potentia est prior obiecto cum sit propinquior essentiæ animę, ergo potentiæ non debent distingui per obiecta. Præterea. Differētia specifica sumitur per id, quod est intrinsecum rei cum sit essentialis, ut patet per Por. sed obiectum est quoddam extrinsecum potentiæ, ergo &c. Præterea. Cōtraria maxime a seinuicem distāt, ut patet. 5. meta. ergo si potentiæ distinguerentur per distinctionem obiectorū, sequeretur quod contraria non pertinerent ad eandem potentiam, consequens est contra Philosophum. 9. meta. ergo &c. Præterea Homo, asinus, lapis, & similia inter se differunt, & tamen pertinent ad eandem potentiam. s. intellectiuam, ergo ut supra. Præterea corruptibile & incorruptibile, pluſquam genere differunt, & tamen nō cauſant distinctionem potentiarum ergo &c. Præterea. Opinatiuum & scientificum sunt distinctæ potētiæ, ut expreſſe deducit Doc. san. in quæstionibus de anima, et tamē nō habent obiecta distincta secundum speciem cū se habeāt sicut perfectum & imperfectū, ergo &c. Præterea. Si di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

I stinctiones potentiarum attenderentur secundum diuisionem obiectorum, sequeretur q̄ obiectis non existentib⁹, potentiæ non distinguerentur inter se, consequens est falsum, quia dato q̄ nullus sonus esset & null⁹ color, ad huc potentia auditiua & uisiua distinguerentē inter se. ergo &c. Præterea, potentia uisiua in homine & potentia uisiua in asino differunt specie, cū ad distinctionem subiectorum requatur distinctio accidentiū, & tñ nō hñt diuersa obiecta, utraq; enim respicit colorem obiectiue, ergo &c. Præterea. Accidentia distinguūtur per eorum subiecta, sed potentiæ sunt accidentia, ergo potentię distinguūtur per subiecta & non per obiecta. Præterea. Intellectus & uoluntas sunt potentiæ essentialiter distinctę, & tamen non hñt obiecta essentialiter distincta, quia uerum, quod est obiectum intellectus, & bonum, quod est obiectum uoluntatis, non differunt essentialiter sed rōne tantum. ergo &c. Respondeo. dicēdum ad dubium q̄ potētias distingui per eorum obiecta potest intelligi dupliciter. Vno modo loquendo de distinctione numerali potentiarum, uel specifica, si primo modo, sic potentię distinguuntur per eorum subiecta & non obiecta, si secūdo modo, hoc est dupliciter, uel loquendo de distinctione specifica obiectorum, uel de distinctione generica, si primo modo, sic etiam potentiæ non distinguuntur per obiecta. Si secundo modo, hoc est dupliciter, uel loquendo de distinctione generica secundum genus naturæ, uel loquendo de distinctione secundū rationem genericam cognoscibilitatis, si primo modo, sic etiam potentiæ non distinguuntur per obiecta. Si secūdo modo, sic potentię possunt distingui per obiecta. quod sic patet. Potentia secundum rationē eius ordinatur ad actū, sed actus potentiarum distinguuntur per obiecta, ergo & ipse potentiæ. Probatio minoris, omne obiectum comparatur ad actum sicut principium, si sit actus potentię passiuę, uel etiam sicut finis si sit actus potentię actiuæ, ergo distinctio actuum potentiarum sumitur ab obiectis. Pro amplior declaratione huius considerandum est q̄ diuersitas actuum potest attendi quinque modis secundum Doctorem sanctum in quæstionibus de ueritate quęstione 15. ar. 2. ad. 12. Vno modo secundum fortitudinem & debilitatē, sicut credere & opinari. Secundo modo secundum ueloci tatem & tarditatem, ut currere & moueri. Tertio modo secundum habitum & priuationem, ut quiescere & moueri. Quarto modo secundum comparationem ad contraria eiusdem generis, ut uidere album & uidere nigrum. Quinto modo secundum repugnantiam diuersorum generū, sicut uidere colorem, & audire sonū, & sic de similibus. Isto autem quinto modo solum diuersitas actuum causat diuersitatem potentiarum. Tunc ad solutiones. Ad primum dicendum, q̄ licet potentiæ secundum esse præcedant ipsa obiecta, tamen obiecta inquantum habent intentionem & rationem mouendi præcedunt potentias, & isto modo ab eis sumitur distinctio potentiarum. Ad secundum dicē dum, q̄ licet distinctio specifica formarum, quę nō habēt dependentiam ad aliud sumatur ab intrinseco, tamen distinctio illarum formarum, quæ in sua definitione dicunt ordinem ad aliquid sumitur ab aliquo extrinseco, non tamen inquantum extrinsecum, sed inquantum potest conformari ipsis. Ad tertium quartum & quintum patet solutio ex dictis. Ad sextum dicendum q̄ ratiocinatiuum, & opinatiuum sunt duæ potentiæ, quæ continentur sub potentia intellectiua, uerūtamen cōtingēs, quod est obiectum opinatiui, potest cōsiderari dupliciter, uno modo in quantum contingens, & sic nō pertinet ad ratiocinatiuū siue scientificū, cum ut sic de eo nō possit haberi certa cognitio, sed pertinet ad opinatiuum, alio modo potest consideratī contingens inquātum habet rationem entis intelligibilis, licet imperfectam, & isto modo pertinet ad scientificum, sicut ratiocinatiuum. Vnde in prima parte Doct. san. vbi videtur innuere q̄ opinatiuum & scientificum distinguuntur propter hoc quod cōtingens & necessarium se habeant ut perfectum & imperfectum, accipiū contingens secundo modo, sed in de ueritate, ubi supra, accipit primo modo contingens, ubi uidetur uelle expresse quòd opinatiuum & scientificum sunt diuersæ potentię, quia ut ibidem dicit habent diuersa obiecta secundum rationē cognoscibilis distinctā, de quo clarius uidebitur quinto metaphysi. capitulo Potestas. Ad septimum dicendū quòd potentiæ non distinguuntur per actualem existētiā obiectorum sed per habitudinem habitualem, quā habent ad ipsa, unde licet color & sonus non essent in rerum natura, tamen uisus haberet aliam habitudinem ad colorem, quā auditus ad sonum. Ad octauum dicendum negando maiorem, immo potentia uisiua in omnibus animalibus est eiusdem speciei, & licet distinctio naturalis actuum sumatur à distinctione subiectorum, non tamen distinctio specifica, sicut albedo, quæ est in pariete & quę est in homine, sunt eiusdem speciei, licet homo & paries differāt specie. Et per hoc patet solutio ad nonum. Ad decimum dicē dum quod distinctio formalis obiectorum secundum rationem sufficit ad distinctionem potentiarum immaterialium, quæ se naturaliter extendunt ad omnia entia. unde, cum intellectus & uoluntas extendāt se ad omnia entia, sufficit quod eorum obiecta distinguantur secūdum rationem cognoscibilitatis.

Sequitur textus { Quare autem unumquodq; queren dum &c. } Hic incipit Lectio sexta eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est secundum capitulum secundi tractat⁹ in quo Philosophus determinando potentiarum ordinē ponit tres conclusiones, quarum prima est. Potentiæ animæ habent ordinem inter se. Hæc conclusio probatur tali ratione. Vbicunq; non conuertitur subsistendi consequentia, ibi est ordo prioris & posterioris, sed in potentijs non conuertitur subsistendi consequentia, ergo inter eas est ordo. Probatio minoris, quia ubicūq; inuenitur intellectiuum inueniuntur aliæ potentiæ, non tamen econtra, similiter ubi inuenitur sensitiuum, ibi inuenitur uegetatiuū, & non econuerso, similiter ubi inuenitur motiuum secundum locum inuenitur appetitiuum sensitiuum, & uegetatiuum, non tamen econtra, ergo in prædictis potentijs non conuertitur subsistendi consequentia. Contra hanc conclusionem sic arguitur. Quęcunq; simul cadunt sub eadē diuisione, non habent ordinem prioris & posterioris cum species quæcūq; contineantur sub suo genere, sed potētiæ prædictæ sunt huiusmodi, cum diuidantur inter se. ergo inter eas est ordo. Præterea. Si inter eas esset ordo, sequeret quòd operatio unius habere dependentiam ad operationem alterius, consequens est falsum, ergo &c. Præterea. In præcedentibus probatum est quod ubicūq; est sensitiuū, ibi & appetitiuum & motiuū secūdum locum, & hic dicitur oppositum ergo &c. Pro solutione istorum argumentorum aduertendum est quod inter potentias potest assignari ordo dupliciter. Vno modo secundum depēdentiam unius potentiæ ab alia. Alio modo secundum ordinē obiectorum, primo modo attendit duplex ordo, videlicet ordo generationis, & ordo perfectionis, ordine autem generationis uegetatiua est prima, sensitiua, secūda, tertia appetitiua, quarta motiua secūdum locum, ultima intellectiua. Ordine uero perfectionis est ordo reuersus. Ordo uero potentiarum, secundum ordinem obiectorum sumitur secundum uniuersaliorem & priorem rationem obiecti, sicut uisus, qui respicit obiectum, quod reperitur tam in coporibus superioribus, quam inferioribus prędedit auditū, q̄ respicit obiectum, quod solum reperitur in istis inferioribus, & sic de similibus. Solutiones. Ad primum dicendum, quod licet species consideratæ secundum perfectionem generis æqualiter contineantur sub genere tamen si considerentur secundum esse earum, sic una est prior alia, ut patet in numeris & figuris. Ad secūdum negatur sequela, nisi fiat locutio de ordine potentiarum, qui sumitur, secundum

cundum ordinem obiectorum, hęc omnia Doc. san. in prima parte q. 77. ar. 4. Ad tertium dicendum q̄ superi⁹ Philosophus loquebatur de motu imperfecto secundū locū, hic uero loquitur de principio motiuo progressiui motus. Secunda conclusio. Prius determinandum est de potentijs quantum ad earum quidditatem, quam de alijs, quæ consequuntur ipsas potētias. Hæc cōclusio probatur q̄ Doc. san. in lectione, quia omnis confusio in doctrinalibus sciētijs est uitanda, sed si simul de potentijs determinarē quā tum ad earum quidditatem, & de his, quæ consequūtur, esset confusa doctrina, ergo &c. Tertia cōclusio. Prius determinandum est de obiectis & actibus potentiarum, q̄ de ipsis potentijs. Hæc conclusio probatur tali ratione, quia de priorib⁹ prior est speculatio, sed obiecta præcedūt actus, actus uero potentias quantum ad intentionem, & rationem mouendi ergo &c. Et si dicatur Philosophus, prius determinauit de potentijs, quam de obiectis. Dicendum, q̄ licet Philosophus determinauerit in generali pri⁹ de potentijs. (videlicet diuisiue) tamen quando de eis determinat in speciali, prius determinat de obiectis, ut infra patebit. Circa prædicta dubitatur primo, utrum potentia animæ realiter distinguatur ab eius essentia, et arguitur q̄ non, quia potentia materiæ non distinguitur ab eius essentia, ergo a simili potentia animæ non distinguitur ab ei⁹ essentia. Præterea. Aug. 10 de trinitate ait, quòd mens intellectiua & uoluntas sunt sub una essentia animę. ergo &c. Respondetur. Dicendum ad dubium, quòd necesse est dicere animam & eius potentiam distingui realiter, quod sic patet. Nam potentia & actus cum diuidant quodlibet genus entis, sunt eiusdem generis, sed act⁹ animæ sunt de genere accidentis, ergo & eius potentiæ, cum ergo essentia animę sit de genere substātie, relinquit quod essentia aiæ & eius potentiæ distinguātur realiter, alioquin oporteret dicere quod substātia & accidens essent idē realiter. Tūc ad rationes. Ad primam dicendum negando consequētiā & ratio est, quia potentia materiæ est ad actum primum, potentia uero formæ est ad actum secundum. Vnde nō est simile. Ad secundum rationem dubij dicendū q̄ quando dicitur quòd mens intellectiua & uolūtas sunt una essentia, ibi non est prædicatio essentialis, sed magis materialis, & sensus quòd sunt una essentia idest sunt in una essentia subiectiue. Dubitatur secundo, utrum omnes potentię animæ sint subiectiue in anima. Et uidetur quod sic, quia omnes operationes animæ attribuuntur toti composito ratione animæ, ergo uidetur quod potentię animę omnes, quæ sunt principia istarum operationum sint subiectiue in anima. Dicendum breuiter quòd non omnes potentiæ aiæ, sed solum potentiæ intellectiuę sunt subiectiue in anima, quia non omnes operationes potentiarum animę sunt in anima sicut in subiecto, licet omnes attribuātur animę tā quam principio. Et inde est quòd omnes potentiæ sunt in anima tanquam in principio, sed non sicut in subiecto, & per hoc patet solutio ad dubium. Dubitatur tertio utrum potentiæ animæ fluant ab eius essentia. Et uidetur q̄d nō. Illud, a quo aliquid fluit est causa, sed anima non est causa potentiarum, ut patet discurrēdo per omnia genera causarum, ergo &c. Præterea. Id, quod fluit ab alio, sequitur illud, sed potentiæ animæ simul sunt cum ipsa anima. ergo &c. Dicendum ad dubium quod omnes potentię animæ fluunt ab eius essentia. Quod sic patet, quia subiectū est causa propriæ passionis, sed anima est subiectū, cuius propriæ passiones sunt ipsæ potentię, ergo &c. Ad primam rationem dubij dicendum quod anima rationalis est causa materialis in qua potentiarum, & est causa efficiens earum, non quidē quòd agat per transmutationem realem, sed per concomitātiam naturalem Hęc omnia Doctor sanctus in prima parte. q. 77. quasi per totū. Et p̄ hoc patet solutio ad dubium.

Sequitur in textu. { Quare primo de alimento &c. } Hæc est lectio septima eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

Tertium capitulum huius secundi Tractat⁹ comprehendit duas lectiones commenti scilicet septimā et octauam huius libri, cuius octauæ textus est. ibi. { Empedocles autem & cętc. }

ISTVD est tertium capitulum, in quo Philosophus determinādo de operationibus animæ uegetatiuæ secūdum quòd anima est principium earum ponit quinq; conclusiones. Quarum prima est. Prius determinandum est de potēcia uegetatiua cum suis operationibus & obiectis, quam de alijs partibus animæ. Hæc conclusio probatur tali ratione. De communiorib⁹ prior est speculatio, ut patet primo physi. sed potentia uegetatiua est cōmunior in omnibus uiuentibus. Ipsa enim separatur ab alijs partibus, sed aliæ non separantur ab ea, ut supra dictum est, ergo prius determinādum est de anima uegetatiua, cui⁹ operationes sunt augmentatio & nutritio. Contra hanc conclusionem breuiter arguitur. De prioribus prior est speculatio, sed potentia intellectiua prior est ipsa uegetatiua cū sit perfectior, ergo prius uidetur esse determinandum de potentia intellectiua. Præterea. Illud, sine quo alia nō possunt esse non est separabile ab eis, sed sine potentia uegetatiua aliæ potētiæ esse non possunt, cum in eis cōcludatur sicut trigonum in tetragono. ergo &c. Ad primum dicendum quòd duplex est ordo scilicet ordo generationis & ordo naturæ, qui est duplex, uidelicet ordo naturæ generatiōis & ordo naturæ perfectionis. Perfectiora autem sunt priora ordine naturæ perfectionis, non autem ordine naturæ generationis seu cognitionis. Ad secundū dicēdū quod aliquid potest dici sepabile ab alio dupliciter. Vno modo quòd alterum posset esse eo non existente, sicut accidens est separabile a subiecto, & isto modo potentia uegetatiua non est separabilis ab alijs. Alio modo quia inuenitur in alijs omnibus, in quib⁹ alię inueniūtur & non in quibusdā alijs, sicut gen⁹ dicitur separabile a qualibet specie eius seorsum sumpta, & isto modo potētia uegetatiua est separabilis ab alijs. Secunda cōclusio. Generatio quæ est operatio potētię uegetatiuę, pertinet ad potētiā uegetatiuā. Hæc conclusio probatur tali ratiōe. Ois operatio, quæ naturaliter inuenitur in oibus uiuentibus pertinet ad potentiam uegetatiuam, sed generare inuenitur in omnibus uiuentibus & inest eis naturaliter, ergo generare pertinet ad potētiā uegetatiuā. Probatio maioris, quia potētia uegetatiua est secundū quam primo uiuere ineſt omnib⁹. Ex prędicta conclusione infert Philosophus unū corollariū, uidelicet quod naturalissimū opus in uiuētib⁹ est generare sibi simile. Cui⁹ ratio est duplex. Prima qa in hoc conuenit cū alijs reb⁹ aiatis, quę etiā generationem hñt, licet alio mō ut infra patebit. Secūda, quia naturalissimum est uiuentib⁹ assimilari primo esse secundū posse, sed primum esse, uidelicet diuinū, est immobile & perpetuū, ergo naturale est uiuentib⁹ apperere assimilari esse perpetuo, sed nō possunt perpetuari nisi generando sibi simile secundū speciem unde naturalissimū est uiuentib⁹ facere alterum tale, quale ipsum est, uidelicet generare sibi simile sēm speciē. Considerandum est secundum Doctorem sanctum quòd esse diuinum est, cui⁹ cā naturalia agunt, quod potest intelligi dupliciter. Vno modo quod sit illud, cuius causa naturalis res directe agit, sicut dicimus quòd sanitas est, cuius causa medicus agit. Alio modo quòd sit illud, quo aliqd agit, uel sit illud, sine quo res agere nō potest, sicut dicim⁹ quòd sine calefacere medicus sanare non potest. Primo igitur, & secundo modis intelligitur quòd esse diuinum est, cuius causa agens naturale agit. Contra prædictā conclusionem sic arguitur. Illa operatio, quæ est operatio naturæ nō est operatio animæ, sed generatio est operatio animæ, ut infra patebit, ergo generatio non est operatio na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

turæ,& per consequens generare non cõuenit naturaliter
uiuentibus. Preterea. Illa operatio,quæ reperitur in inanimatis non pertinet ad potentiam uegetatiuam,sed generatio reperitur in inanimatis,ergo non pertinet ad potentiã uegetatiuam. Præterea. Generare non cõuenit pueris,nec etiam animalibus imperfectis,ergo sequitur quod generare nõ cõuenit naturaliter uiuentibus,quia illud,qđ conuenit naturaliter alicui,semper ei conuenit. Ad primũ dicendum ꝙ natura potest accipi dupliciter. Vno modo secundum quod distinguitur contra hoc esse qui est contra naturam & isto mõ generatio est operatio naturalis. Alio modo ut distinguitur contra principium naturale determinatum,quod est anima, & isto modo generatio nõ est naturalis. Ad secundum dicendum quòd generatio alio modo repetitur in inanimatis et in animatis. Nã inanimata habent generationem ab extrinseco generante, sed uiuentia habent generationem à principio extrinseco inquantum generantur ex semine, unde ratio non sequitur. Ad tertium dicendum quòd a prædicta generatione uiuentium excipiuntur tria secundum Philosophum, quibus generare non conuenit. Primo illa,quæ sunt imperfecta ut pueri qui non generant,quod enim põt alterum facere tale qua le ipsum est,hoc in unoquoq; genere perfectum est. Secũdo excipiuntur illa quæ patiuntur aliquem defectum alicuius principij naturalis,sicut sunt spadones & frigidi Tertio excipiuntur asalia & plantæ,quę generantur sine semine ex putrefactione. In his enim propter sui imperfectionem,sufficit agẽs uniuersale. Cuirtus corporis cœlestis & natura dispolita,ut deducit Doctor sanct. Licet ergo generare sibi simile competat naturaliter omnibus uiuentibus exceptis tribus prædictis,non tamen propter hoc sequitur ꝙ conueniat omnibus simpliciter uel absolute. Tertia conclusio. Anima est causa uiuẽtis corporis ut forma. Hęc cõclusio probatur duplici rõne Philosophi. Quarũ prima est. Nam illud est causa alicuius ut forma, quo est causa essendi,quia per formã unũquodq; est actu,sed anima est uiuentibus causa essendi,ergo aia est cã uiuẽtibus ut forma. Probatio minoris,quia per animam uiuẽtia uiuunt, sed uiuere uiuẽtib⁹ est esse,ergo per animam hẽt esse. Sed ratio talis est Illud, quod est actus alicuius est ratio, & forma ei⁹,quod est in potẽtia,sed anima est actus corporis uiuẽtis,ut ex supradictis patet,ergo aia est cã uiuentib⁹ ut forma. Quæ cõclusio satis superius declarata est. Quarta cõclusio. Anima est causa corporis uiuentis ut finis. Hęc cõclusio probatur tali ratiõe. Sicut intellꝰ operatur propter finem,ita & natura,ut patet secundo physi. sed intellectus in his,quę fiunt per artẽ,materiã ordinat & disponit propter formã tanq̃ propter finẽ. ergo,& natura. Cum igitur anima sit forma uiuẽtis corporis,sequit ꝙ sit finis eius. Si dicatur finis & forma sunt diuersa genera causarum, sed anima est forma uiuentiũ,ut iã dictũ est, ergo nõ est finis. Dicendum quod duplex est finis,uidelicet finis generationis,& finis rei genitę,uerũ est ꝙ forma & finis rei genite non coincidũt,sed tñ forma est finis generationis inquãtũ terminat eã. Ex hac cõclusione infert Philosophus unũ corollarium, uidelicet quod anima nõ est solum finis corporum uiuentium,sed etiã oĩum naturaliũ corporũ in istis inferioribus,quæ sic probatur sc̃m Philosophum. Nã instrumẽta ordinãtur ad causas principales tãquã ad finẽ, sed oĩa corpora aiata sunt instrumẽta animatorũ, & sunt propter ipsa & etiã aiata min⁹ perfecta sunt ꝓpter animata magis perfecta,ergo oĩa corpora naturalia inferiora, tã inanimata quã animata ordinantur ad animam tanquam ad finem. Quinta conclusio Aia est cã uiuẽtũ sicut principiũ unde motus. Hæc conclusio probatur tali ratione. Omnis forma corporis naturalis est principium mot⁹ pro prij illius corporis,sed quidam motus sunt proprij reb⁹ uiuentibus,uidelicet,sentire,moueri tamen,progressiue, augeri, & minui &c. ergo est principium unde mot⁹. Et si dicatur,principium unde motus dicitur causa efficiens, sed anima non est causa efficiẽs, ergo nõ est principium unde motus. Dicendum quòd principiũ unde mot⁹ põt accipi dupliciter. Vno modo proprie, pro eo quod est principiũ productiuũ ipsi⁹ mot⁹,& isto modo principiũ unde motus dicitur causa efficiẽs,secundo physi. Secũdo modo accipitur communiter pro eo,quod est principiũ actuale mot⁹, siue tale sit forma siue efficiẽs, & isto modo forma dicitur principiũ unde motus. Ex prædictis cõclusionibus infertur unũ corollariũ secũdum Philosophũ quod est principale intẽtũ in hoc capitulo, uidelicet qđ opationes,quæ attribuuntur potẽtię uegetatiuę sunt ab anima, quod patet tali ratione. Nã anima est principiũ, & cã uiuẽtis corporis per tres prędictas cõclusiones patet,ergo est principium operationum eiusdem,cum igitur operationes, quæ attribuuntur potentię uegetatiuę sint operationes corporis uiuentis,sequitur qđ sint operationes animæ. Cõtra prędictũ corollariũ sic arguitur,primo rõne Empedoclis. Elementa sunt causa augmentationis & diminutionis, ergo sequitur quod anima nõ est principiũ augmẽtationis, & per consequens operationes potentiæ uegetatiuæ non sunt ab aia. Preterea. Quod cõuenit alicui per se,est principiũ oĩum illorũ,quę participãt illud,sicut ignis q est calidus per se est cã caloris in rebus mixtis,sed inter alia elemẽta solus ignis uidetur augeri et nutriri,ergo uidetur qđ solus ignis est causa augmenti & nutrimẽti,& nõ aia. Ad primũ dicit Philosophus destruendo opinionẽ Empedoclis ꝙ augmẽtũ in sursum & deorsum in animatis procedit ab aia et nõ ab elemẽtis,qđ patet dupliciter. Nã si ꝓcederet ab elementis sequeretur quod in omnibus uiuentibus sumeretur eodẽ modo sursum & deorsum & aliæ differentię positionis,sequeretur etiã quod in quibus essent duæ differentiæ positionis secundum naturam distincte, essent omnes secũdum naturã distincte. cõsequẽs est manifeste falsum. Nam in plantis sursum dicitur radix, & locatur circa terram,sed in hominibus sursum locatur circa cælum,& dicitur caput,in brutis uero sursum locatur medio modo Secundo illud est principium,& causa augmenti,quod continet elementa ne totaliter separentur abinuicem,hoc autem est anima in rebus uiuẽtibus, ergo anima est principiũ principale augmenti & nõ elementa,licet ad augmẽtũ instrumentaliter cõcurrant. Ex quo patet quod primum argumẽtum soluitur negando antecedens. Pro ampliori tamen declaratione sciendum est secũdũ Doctorem san.in presenti lectione quod differẽtię positionis, scilicet sursum & deorsum,ante retro,dextrũ,& sinistrum in aliquibus distinguuntur secundum naturam, in aliquibus uero distinguuntur solum positione quo ad nos. In illis autem,in quibus sunt determinatæ partes, quæ sunt naturaliter principia aliquorum motuum, distinguuntur prędictę differentiæ secundum naturam in uniuerso,ad cui⁹ medium naturaliter feruntur grauia. Et ad cui⁹ circũferentiã ferũtur leuia. Similiter in uiuentibus secũdum motũ augmenti & decrementi distinguuntur sursum & deorsum. Nam sursum dicitur illa pars unde uiuentia alimẽtum accipiunt deorsum autem pars alia, unde superfluitates emittuntur,ante uero,& retro,in quibusdam determinantur secundũ sensum,dextrum & sinistrum determinantur secũdum motum localem. In his uero,in quibus non est determinata pars aliqua quæ est principium uel terminus alicuius motus,prædicte differentię non distinguuntur secũdum naturam,sed solum positione quo ad nos ut in rebus inanimatis unde eadẽ columna dicitur sinistra, & dextra secundum quòd est ad dextram nostram uel ad sinistram. Hæc omnia Doc.san.in lectione. Ad secundum dicendũ, quod licet ignis sit causa instrumentalis alimenti & nutritionis &c. tamen anima est causa principalis. Cuius ratio Philosophi est,quia in unoquoq; uiuente secundum naturam est certus terminus,ac determinata ratio augmẽti & magnitudinis,ergo illud, quod est causa determinationis magnitudinis & augmenti, est causa principalis augmenti,hoc autem est anima & non ignis. Nam ignis in infinitum potest extẽdi si in infinitum sit materia cõbustibilis,

aut

aut inueniatur,ergo &c Ex prædictis patet remotio duarum opinionum. Quarum prima est,quæ attribuit operationem potentiæ uegetatiuæ ipsis elementis indifferenter sc̃m quòd,leuitas dicitur cã mot⁹ sursum,et grauitas motus deorsum. Secũda uero opinio attribuit prædictas operationes ipsi igni tantum & non cæteris elementis.

Sequitur in textu. ⸗ Quoniam eadem est potentia &c. ⸗ Hec est lectio nona eiusdem libri,& in commento Sancti Thome.

ISTVD est quartum capitulum secundi tractat⁹, in quo Philosophus ponit duas conclusiones, quarũ Prima est ꝙ Alimentum oportet esse contrarium ei,quod alitur. Hæc conclusio probatur duplici ratione, quarũ prima est. Nam alimentum decoquitur, & mutatur in illud, quod alitur siue nutritur,sed nil mutatur nisi in contrariũ, ergo alimentũ est contrarium ei,in quod mutatur. Præterea. Omne agens est cõtrarium patienti, nam simile a simili non patitur,sed alimentum patitur ab eo, quod alit, nã alteratur ab eo & digeritur, ergo &c. Contra hanc conclusionem arguitur primo ratione Philosophi. Nam alimẽtum est causa augmenti,sed oportet quòd simile simili augeatur,nam si aliquid diuersum apponeretur, nõ esset eiusdem augmentum,sed esset nature extraneę adiũctio, uidetur ergo quòd oportet simile a simili ali,& per consequẽs alimentum non debet esse contrarium ei quod alitur. Præterea,arguitur contra primam rationẽ. Nam aliquod mutatur in mediũ, ut puta de albo in pallidũ ergo falsum est dicere quòd nihil mutatur nisi in contrarium. Ad primũ dicendum secundum Philosophum quòd alimẽtũ potest dupliciter cõsiderari. Vno modo ante decoctionem,sic est cõtrarium & dissimile ei,quod alitur. Alio modo considerat alimentum secundum quòd iam decoctum est, secũdum quòd conuertitur in substantiam aliti,& sic est simile ei,quod alitur,unde uno modo simile a simili alitur, & alio modo à suo contrario. Sed contra. In substantia nulla est contrarietas,sed alimentum est substantia,ergo &c. Dicẽdũ,qđ licet in genere substantiæ non sit cõtrarietas proprie dicta,scilicet physica, est tñ cõtrarietas largo modo sumpta,uidelicet pro quacunq; dissimilitudine. Vel dicendum,quòd licet in substãtia nõ sit cõtrarietas secũdũ formas substantiales,in ea tñ est contrarietas secundũ formas accidentales, sicut patet de elementis. Ad secundũ dicendum quòd mediũ cõparatum ad unũ extremorum, inquantum rationem habet alterius extremi est, quodam modo cõtrariũ,sicut pallidũ albo cõparatũ,dicitur nigrũ, nigro uero comparatum dicitur album,unde ratio non sequitur. Pro maiori declaratione præcedentiũ Philosoph⁹ asſignat tres conditiones in capite capituli quę requiruntur ad hoc quòd aliquid sit alimentum. Quarũ prima est quòd alimentum uidetur esse contrarium ei, quod alitur propter rationes supra asſignatas, secunda est quòd non quodcunq; contrarium sufficit ad rationem alimẽnti, sed oportet quod sit de illis contrarijs,quæ habent generationem ex seinuicem, quia nutrimentum conuertitur in substantiam nutriti,tertia conditio est quod sit ex illis contrarijs,quæ augmentum suscipiunt ex seinuicem,quia ex alimento sequitur augmentum, unde licet ex igne generetur aqua,non tamen dicitur quod ex igne nutritur aqua, sed potius econuerso. Secunda conclusio est qđ tres sunt partes potentiæ uegetatiuę,uidelicet potentia nutritiua,augmentatiua,& generatiua. Hæc conclusio probatur duab⁹ rationibus,quæ eliciuntur ex Philosopho. Quarum prima est. Nam alimentum est obiectum potentiæ uegetatiuæ,uel ergo est obiectum eius inquantum est in potentia per se ad corpus animatum, & sic sumitur potentia nutritiua, uel tale alimentum est in potentia ad corpus quantum,& sic sumitur potentia augmentatiua, uel tale alimẽtum est in potentia substantia generans,& sic sumitur potentia generatiua. Pro declaratione hũius rationis, considerandum est secundum Doc.san.in lectione quod nihil, nutritur,nisi quod est participans uita, sed omne participans uita est aiatum, ergo corpus quod alitur est animatum,sed alimentum est in potentia ad illud, quod alitur, conuertitur.n.in ipsum,ex quo relinquitur qđ alimentum inquantum est nutritionis obiectum,est aliquid existẽs in potentia ad corpus animatum per se,non per accidẽs. Ex prædicta ratione infert Philosophus definitionem potẽtię nutritiuæ,uidelicet quod potentia nutritiua est principiũ nutritionis mediãte alimento saluans suum susceptiuũ. Et si dicatur. Alimentum est principium nutritionis, ergo nõ potentia nutritiua. Dicendum quod in nutritione,sicut dicit Philosophus hic,sunt tria,uidelicet qđ alitur,quo alit, & alens,quod est duplex, scilicet primum & proximum. Alẽs primum est ipsa aia. Alens proximũ est aia uegetatiua. Illud uero,quod alitur est corpus habens hanc animã, sed illud,quod alitur instrumentaliter est alimentum. Ex quo patet quod alimentum & anima uegetatiua siue potentia eius diuersimode sunt principia nutritionis eius. Secunda ratio est. Tantum sunt tres operationes potẽtię uegetatiuæ,uidelicet nutritio,qua aliquis saluatur in esse in diuiduali,& augmentatio,qua aliquid proficit in maiorẽ perfectionem secundum quantitatem & uirtutem, & generatio,per quam aliquid quasi in seipso perfectũ existẽs, alteri esse & perfectionẽ tradit, ergo tm̃ sunt tres potentię animę uegetatiuę,cum potentię distinguãtur ꝙ operationes. Ex hac ratione infertur secundũ Philosophum ꝙ inter prędictas opatiões est ordo. Nã nutritio est prima. Secunda augmẽtatio. Tertia uero & perfectissima est generatio. Cuius ratio est,qa per nutritionem aliquid saluat in esse,per augmentum uero suscipit debitam quantitatẽ, & per generationem producit sibi simile, sed manifestum est qđ primo oportet rẽ habere esse & cõseruari in esse,q̃ habere debitam quãtitatẽ, & necesse est ꝙ habeat determinatam quãtitatẽ anteq̃ possit generare, ergo inter prędictas operationes est ordo. Secundo infert definitionem animę uegetatiuę,uidelicet qđ est generatiua alteri⁹,similis sibi secundum speciẽ. Et si dicat ipsius animæ uegetatiuę sunt alię perfectiones q̃ generare, ut patet ex dictis quę sunt priores,ergo incõueniẽter diffinitur aia per generari tantum. Dicendum secundum Philosophum ꝙ quia omnia denominãtur a fine,finis aũt operationum aię uegetatiuæ est generare alterum tale quale ipsum est, ideo ipsa prima anima est,uidelicet uegetatiua,cõuenienter diffinit per hoc,qđ est generatiua alteriũs etc. Cõtra prędictã conclusionẽ sic primo arguitur, potẽtia aię est altior uirt⁹ q̃ natura corporea,sed natura corporea eadẽ uirtute dat uni esse & determinatam,quantitatem,ergo a fortiori ipsa anima eadẽ uirtute dabit rei esse & determinatam quantitatem,& per consequens potentia augmentatiua & generatiua non differunt. Præterea. Per generationem res acquirit esse,simil⁹ & per nutritionem, ergo potentia nutritiua & generatiua non differunt. Ad primum dicendum quod res corporea inanimata acquirit esse ab agente extrinseco tantum,quod agit in materiam iam dispositam,ideo dans esse dat & quãtitatẽ debitã. Sed res animata in principio suæ generationis requirit paruã quantitatem, cum perducatur à principio intrinseco,uidelicet à principio ſseminis, unde ratio non sequitur. Ad secundum dicendũ quod alimentum non est principium generationis ei⁹ quod alitur, sed alterius qđ est tale secundum speciem,quale est quod alitur,quia substantia,quæ alitur iam est, & quod nõ generatur,quia nihil generat seipsum, quia quod generat iã est,& quod gẽneratur non est. Ex quo patet quod aliud est quod acquirit esse per alimentum,& aliud per generationem. Circa prædicta dubitatur primo. Vtrum tantum corpus animatum nutriatur,& uidetur qđ non. Nã ignis dicitur nutriri ex aqua,in quam,uidelicet liquores humidi cedunt in ignis nutrimentum,sed cõstat quod ignis nõ est corpus animatum,ergo nõ solum corpus animatũ nutritur. In oppositum est Philosophus hic in litera. Dicẽdũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

I q aliquid potest nutriri dupliciter. Vno modo proprie, & sic solum corpora animata augentur & nutriuntur, quia dum corpus animatum augetur & nutritur, quelibet eius pars augetur & nutritur. Alio modo aliquid dicitur nutriri secundum quandam similitudinem, & isto modo corpora inanimata possunt dici nutriri. Ad rationem dubij dicē dum, q licet ignis dicatur nutriri in proprie, non tamē dicitur nutriri proprie, quia illud dicitur nutriri proprie, qđ in seipso aliquid recipi ad suāpsi⁹ conseruationem, qđ non accidit in igne, licet uideaf accidere, quia ut hic dicit Doctor sanctus, dum in materia accensa additur materia cōbustibilis, nouus ignis generatur, nō autem sic q illud cōbustibile additum cedat in conseruationem ignis precedē tis in alia materia prius accensa, puta si aliquod lignum de nouo ignitur per hanc ignitionem nō conseruatur ignitio alterius ligni prius igniti, totus enim ignis, qui est ex aggregatione multorum ignitorum, nō est unus simpliciter, sed uidetur unus aggregatione, sicut aceruus lapidum est unus, & propter talem unitatem, est ibi quedam similitudo nutritionis. Dubitatur secundo. Vtrum alimentum sit instrumētū narrationis, & uideē qđ non, Nā calor naturalis est instrumentum nutritionis, ergo non alimentum. In K oppositum est Philosophus in litera. Dicendum ad dubiū secundum Philosophum quod duplex est instrumentum nutritionis, uidelicet coniunctum & separatum, calor naturalis dicitur instrumentum coniunctum, alimentum uero dicitur separatum instrumentum nutritionis. Dubitaē ultimo. Vtrum generatio solum reperiatur in animatis, & uidetur quod non, quia ex aqua generatur ignis, sed aqua & ignis non sunt corpora animata, ergo &c. Præterea. In diuinis reperitur generatio, & tñ deus non dicitur animatus, præsertim anima uegetatiua, ergo idem, quod pri⁹. In contrarium arguitur. Nam generatio est operatio potē tiæ uegetatiuæ, sed potentia uegetatiua solum reperitur in animatis, ergo & generatio. Dicendum qđ generatio pōt accipi tripliciter. Vno modo communiter, uidelicet prout est progressio de non esse ad esse, & isto modo generatio reperitur tam in animatis quam in inanimatis. Secundo modo accipitur proprie, uidelicet ut est progressio alicuius uiuentis ab aliquo uiuente coniuncto secundum rationem similitudinis in specie. Et isto modo generatio reperitur in animatis, & proprie uocatur natiuitas. Tertio modo accipitur generatio proprijssime, uidelicet ut est progressio alicuius uiuentis ab aliquo uiuente con- L iuncto scđm rationē identitatis in esse. Et isto modo generatio nō pōt reperiri i creaturis, sed solū in Deo, ga in creaturis generās & genitū differūt scđm esse, nō autem in diuinis. Ex quo patet solutio ad rationē dubiī.

Sequitur in textu. ¶ Determinatis autem &c. ¶
Hæc est lectio decima eiusdem libri, & in commento Sancti Thomę.

ISTVD est quintum capitulum præsentis tractatus, in quo Philosophus determinando de parte sensitiua i cōmuni ponit duas conclusiones, quarum prima est quòd sensus est potentia passiua. Hęc cōclusio probatur tali ratione Philosophi. Sentire est quoddam pati, ergo sensus est potentia passiua, assumptum patet, quia sentire consistit in motu, cum sensatio in actu sit quædam alteratio, & unumquodq; secundum quod alteratur patitur, ergo sentire est quoddam pati. Contra hanc conclusionem sic arguitur. Sensus est quoddam ens in actu, ut in hoc capitulo concedit Philosophus, sed esse in actu magis pertinet ad agere q; ad pati, cum unumquodq; agat secūdum M q est in actu, ergo sensus est potentia actiua. Præterea. Potentia passiua comparatur ad suū obiectum sicut effectus ad suam causam, siue principium, sicut supra cōcessum est, sed sensus nō comparatur ad suum obiectum sicut ad suā causam, ergo idem quod supra. Probatio minoris, ga obiecto non existente sensus exist it, ergo obiectum nō est causa eius. Præterea. Illud quod est principium operationum N est potētia actiua, sed sensus est principium operationis & agendi, ergo sensus est potentia actiua. Ad primum dicē dum quod aliquid dicitur esse in actu dupliciter, ut dicit hic Doct. san. Vno modo in actu completo & perfecto, et isto modo esse in actu pertinet ad agere magis q; ad pati. Alio modo dicitur aliquid esse in actu incōpleto & imperfecto, sicut motus cum dicitur actus entis in potentia, & isto modo esse in actu bene pertinet ad pati. Sensus autem est in actu secundo modo & non primo modo. Ad secundum dicendum quòd obiectū sensus est principiū ipsius sensus nō quantum ad esse naturæ absolutæ, sed quā tum ad actum sentiendi, & licet obiecto non existente secundum actualem existentiam remaneat sensus, non tamē potest remanere sensus, nisi remaneat naturalis habitudo ad ipsum obiectum, ut supra declaratum est. Ad tertiū dicendum qđ duplex est operatio, nam est quędam, qua aliquid producitur ab aliquo extrinseco, quæ dicitur operatio transiens, sicut domificare uel uerberare, alia est, operatio qua aliquid suscipitur in operante, quæ uocatur operatio immanens. Illud autem, quod est principium operatio O nis primo modo sumptæ, bene est potētia actiua, nō autē secundo modo. Sēsus autem est principium operationis secundo modo dictæ, unde ratio non sequitur. Secūda conclusio. Sensus in actu non est ipsa sensibilia, ita scilicet qđ ex eis componatur, ut antiqui uoluerunt. Hæc conclusio probatur duabus rationibus Philosophi, quarum Prima est. Nā si sensus esset ipsa sensibilia in actu, sequeretur qđ ipse sensus posset sentiri, consequēs est falsum, & cōtra experientiam, & consequentia patet, quia ipsa sensibilia possunt sentiri. Secunda ratio. Si sic, sequeretur quòd sensus posset sentire sine exterioribus sensibilibus, consequēs e falsum, ergo &c. Patet sequela. Sensus potest sentire præsentibus sensibilibus, ergo si sensus esset sensibilia in actu sequeretur quod posset sentire, sine sensibilibus exterioribus. Ex hac conclusione infertur unum corollarium qđ sensus non est in actu sine sensibilibus exterioribus, sed in potentia tantum, sicut combustibile, quod est potentia tā tum ignitum, non comburitur a seipso sine exteriori combustione, nam si esset actu ignitum, cōbureret seipsum & non indigeret exteriori igne ad hoc quod ɔbureretur. Ex prędictis etiam patet falsitas opinionum Empedoclis & illorū, q posuerūt sensum actu esse sensibilia ipsa, propter hoc quod simile simili cognoscit. Voluerūt enī quod anima sensitiua esset cōposita ex sensibilibus, ut cognosceret oia sensibilia. Contra prædictam conclusionem & eius P corollarium, sic primo arguitur. Intellectus in actu est illud, quod intelligitur, quia ex intellectu & intellecto fit unum, ut patet tertio huius, ergo a simili sensus in actu est sensibile in actu. Præterea Illud, quod semper est in natura aīali existente, est in actu, sed sensus est huiusmodi ad minus sensus tactus, ut supra cōcessum est, ergo sensus est in actu & non tm in potētia. Præterea Illud, quod est coniunctum operationi, est ens in actu, sed sensus est coniūct⁹ operationi, ut uisus cōiungitur ipsi uidere, ergo etc. Ad primū dicēdū qđ dū dicitur qđ intellectus in actu & intellectum sunt unū, ibi est prędicatio causalis & nō essentialis, & est sensus quod ex intellectu & intellecto fit unum. Vnde non oportet quod ipse intellectus in actu sit ipsum intelligibile, & simil⁹ dicēdū est de sensu & sensibili. Ad secundum dicendum, qđ licet sensus quantū ad esse naturæ semper sit animali existente, non tñ semper est quantū Q ad actualē sensationē, unde sensum esse in actu pōt intelligi dupliciter. Vno mō prędicamentaliter & quātū ad eē naturę, & isto mō cōcedit argumētū. Alio mō quātū ad actū sentiēdi, & isto mō nō oportet. Ad tertiū dicēdū quòd ipse sensus dicit aliqñ esse in potētia cōiūcta actui, uidelicet qñ actualiter sentit per impressionem similitudinis exterioris sensibilis. Aliqñ uero dicit esse in potētia distāte ab actu, ut patet in dormiētibus ab actu. ſ sensationis, secus aūt loquendo de actu actualis existentiæ.

Sequitur

A Sequitur in textu. ¶ Dicendum autē &c. ¶ Hęc lectio undecima eiusdē libri, & in cōmēto Sancti Thomę.

ISTVD est sextum capitulū prędictę tractat⁹, in quo Philosophus ostendendo qualiter sensus reducatur de potentia ad actum, ponit duas conclusiones, quarum prima est q aliquis, qui reducitur de potētia ad actū sciētię, dicitur pati. Hæc conclusio probatur tali ratione, quia passio importat quandam receptionem, sed dum alię reducitur de potentia ad actum sciendi, recipit aliquid, ergo &c. Pro declaratione huius conclusionis aduertēdū est secundum Philosophum in litera, q aliquis dicitur in potētia sciens dupliciter. Vno modo, quia naturalem potētiam habet ad sciendum, sic ille dicitur de numero habentium scientiam, qui habet naturam ad sciendum. Secundo modo aliquis dicitur in potentia ad sciendum, qui habet iam habitū scientiæ, non tamen actu considerat. Considerandum est secundo. qđ prædicti duo modi potentię differūt; ga ille, qui est in potentia primo modo nō pōt reduci ad actum sine exteriori agente, sed bene secundo mō. Ille enim, qui hēt naturalē aptitudinē ad sciēdum & nō habitum scientię, reducitur ad actū p doctorē, aut intrīsecum, B aut extrīsecū & p acquisitionē doctrinæ. Ille aūt, qui hēt habitum scientiæ, potest speculari dum uult. Consideran dum est tertio q ille, q est in potētia primo modo, dum reducitur ad actū sciētię alteratur per doctrinam, & multotiēs talis mutatio est ex cōtrario habitu, uidelicet ex ignorantia, sed ille, q est in potēria secūdo mō, dum reducit ad actum nō alteratur, nec trāsit de cōtrario habitu. Cōsiderandum est quia secūdum Doctorem sanctum q duplex st ignorātia. Quędā est ignorantia purę negationis, quā do. ſ aliquis ueritatē nō cognoscit, neq; cōtrario errore detinetur. Alia est ignorantia prauæ dispositionis, ut qñ aliquis detinetur errore contrario ueritati, qñ aūt aliquis de ignorātia prima reducitur ad sciēciam, fit actu sciens, non quasi mutatus de cōtrario habitu, sed sicut acquirēs scientiam, qui uero de ignorantia secunda reducitur ad scientiam, reducitur ad actū quasi de cōtrario habitu mutat⁹. Cōsiderandum est quinto duplex est passio, quædam est passio corruptiua, per quam scilicet aliquid remouetur a patiente. Alia est passio perfectiua, qua aliquid recipitur in patiente. Cum autē dicitur q ille, qui reducitur de potentia ad actum scientiæ, patitur, intelligendū est de passione perfectiua & non corruptiua. Cuius ratio est, quia quod est receptiuum alterius, comparatur ad ipsum sicut C potentia ad actum, actus autem est perfectio potentiæ, ideo dum aliquis reducitur ad actum scientiæ suscipiēdo scientiam, patitur passione perfectiua. Considerandū sexto q passio accipitur dupliciter. Vno modo proprie secūdum qđ habet fieri cum quadam corruptione, quæ fit a contrario. Passio enim proprie dicta uidetur importare quoddam detrimentum patientis, inquantū ab agente detrimētum accidit patienti secūdum qđ aliquid a patiente abīcitur, quæ quidem abiectio est quędam corruptio, uel simpliciter, sicut quando abīcitur forma substantialis, uel secundum quid, quando abīcitur forma accidētalis. Alio modo accipitur passio communiter & minus proprie secundum q importat quandam receptionem, & isto mō accipitur hic. Considerandum ultimo q duplex est alteratio, quędam est proprie dicta, quæ scilicet est de contrario in contrarium et uocatur alteratio corruptiua. Alia est alteratio communiter sumpta, quæ est mutatio in habitū & naturam secundum q in aliquo recipiuntur formæ & D habitus siue perfectiones, & dicitur alteratio perfectiua. Quando autem habens habitum sciētię reducitur ad actū considerandi, alteratur alteratione secundo modo dicta, & non primo modo. Quando uero reducitur de potentia ad habitum scientiæ, alteratur etiam secundo modo, & nō primo modo, secundum rei ueritatem, licet sit quędam similitudo alterationis, quæ est de contrario in cōtrarium. Hęc omnia Doctor san. in lectione. Contra prędictā cōclusionem arguitur sic. Vbicūq; est passio ibi est priuatio E alicuius perfectionis sed quando aliquid efficitur sciens non est ibi in eo priuatio perfectionis, sed magis perficitur ergo non patitur. Præterea. Vbi est passio ibi est alteratio, sed q recipit scientiam, non alteratur, cum alteratio sit solū ad tertiam speciē qualitatis. ergo &c. Præterea. Si esset ibi passio uel alteratio in receptione scientiæ, aut esset de contrario in contrarium, aut nō si secundo modo, sequitur qđ ibi non esset alteratio, cum alteratio sit de cōtrario in contrarium. si primo modo tunc in receptione sciētię eēt corruptio quædam, quod est falsum. ergo &c. Ad hæc argumēta patet solutio ex dictis, uerūtamen considerandū est hic secundū Doctorem sanctū in lectione, qđ quādo aliquis ab ignorantia prauæ dispositionis, uidelicet ab errore reducitur ad uiam ueritatis, est ibi quædam similitudo alterationis, quæ est de contrario in contrariū, non tamen uere est ibi talis alteratio: Nā alterationi, quę est de cōtrario in contrarium utrūq; per se & essentialiter, & per cōsequens semper ei cōpetit, uidelicet q fit a contrario, & q fit in contrarium, ut dealbatio, sicut nō est nisi ad albū, ita non est nisi à nigro uel à medio colore, quod respectu albi est quodammodo nigrum, sed in acquisitione scientię, hæc non essentialiter & per se competunt, sed accidit qđ ille, qui acquirit scientiam ueritatis in principio fuerit i er F rore, quia absq; hoc potest reduci ad sciētiam ueritatis, unde non est uera alteratio de cōtrario in contrarium. Et si queratur utrum ille, qui accipit scientiā & fit actu sciens, semper fiat actu sciēs a magistro, uidetur qđ nō, quia multotiens aliqui acquirunt sciētiam absq; magistro per se in ueniendo. Ad quod respondet Doctor sanct⁹ q cū aliqs est in potentia sciens, si fiat actu sciens, oportet q hoc fiat ab eo, quod est in actu sed aliquando ille, qui est in potentia reducitur à principio extrinseco, sicut aer illuminat ab eo, quod est actu lucidum qñq; aūt reducitur ad actū à principio intrinseco, sicut aliquando homo sanatur à natura, & isto ultimo modo se habet in acquisitione scientiæ; homo enim acquirit scientiam à principio intrinseco inueniendo, & à principio extrinseco addiscendo. Secūda cōclusio. Quando aliquis reducitur de potētia sentiendi ad actum dicitur pati modo supra posito Hæc conclusio probat tali ratione. Sicut se habet potētia sciēdi ad actū sciēdi, ita se habet ratio sentiendi ad actum eius, sed dum aliqs reducitur de potentia ad actum sciendi, patitur, ergo &c. Pro cuius declaratione cōsiderandum est, q aliquid dicit esse in potentia sentiendi duobus modis. Vno modo illud G dicitur in potētia sentiendi, quod nondum habet sensum, natum tñ est habere. Alio modo quod iam habet sensum & nō sentit, sed est in potētia sentiens, de prima aūt potentia aliqs reducit ad actū per generationē, qa sensus naturaliter est in aīali, secus est de scia, quæ non inest homini p natura, sed de secūda potētia aliquis reducitur ad actum per pręsentiam obiecti & determinatā dispositionē organi. Considerandum ulterius q sensus nō pōt reduci de potentia secunda ad actū per ea, quæ intra ipsum sunt, cuius ratio est secundum Doc. san. quia obiecta sensus sunt extra animam, & per consequens sunt singulares, scientia uero est uniuersalium, quę quodammodo sunt in anima. Vnde ille, qui iam habet scientiam, non oportet quòd quæratur exteriora sua obiecta, sed habet ea in se, & per ꝓsequēs H potest considerare ea cum uult, nisi per accidens impeditur, sed sentire non potest aliquis cum uult, quia sensibilia non habet in se. Circa prædicta mouet Doctor sanctus duas dubitationes, quarum Prima est utrum sensus sit singularium tantum, scientia uero uniuersalium, & uidetur q non. Quia illa potentia, cuius obiectum habet rationem communem & uniuersalem, non dicitur esse singularium, sed sensus est huiusmodi, cum obiectum eius sit color in communi, & non hic uel ille color, ergo &c. Præterea. Quorum est scientia, eorum est sensus, cum nihil sciatur quod non cadat sub sensu, sed scientia est uniuersalium, ergo sensus similiter erit uniuersalium. Dicendum q sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Scia ẽ uniuersalia ſe. ſumere ſin gularium, q̃o intelligatur,

ſum eſſe uniuerſalium poteſt intelligi dupliciter. Vno modo accipiendo ſenſum pro operatiõe ſentiendi, & iſto modo ſenſus eſt ſingularium, quia operatiões ſunt ſingulariũ. Alio modo accipiendo ſenſum pro potentia ſenſitiua, & hoc dupliciter, uel ſubiectiue, uel obiectiue, ſi primo modo, ſic etiam ſenſus eſt ſingularium, ſi ſecundo modo, hoc iterum dupliciter, uel per ſe, uel per accidens, ſi ſecũdo modo, ſic ſenſus eſt bene uniuerſalium, ſi primo modo, ſic ſenſus nõ eſt niſi ſingularium, cuius rationẽ aſſignat Doctor ſanctus in lectiõe. Nam ſenſus eſt uirtus in organo corporali exiſtẽs, & unũquodq; recipitur ſ alio per modum ſui, ergo oportet qđ ſenſus materialiter & corporaliter recipiat ſimilitudinem eius, qđ incorporaliter intelligitur, & quia intellectus eſt uirtus immaterialis, ideo oportet q̃ recipiatur immaterialiter & incorporaliter illud, quod intelligitur. Illa autem, quæ ſunt materialia & corporalia, ſunt ſingularia. Illa autem, quæ ſunt immaterialia & incorporalia per abſtractionem ſunt uniuerſalia, ideo ſenſus dicit eſſe ſingularium, ſcientia uero uniuerſalium. Ad rationem dubij dicendum q̃ ſenſus nõ percipit ṽlitatem ratione ſui obiecti, ſed ſertur immediate ad indiuiduum uagum alicuius generis, utputa ad aliquod corpus coloratũ, & nõ ad hoc ṽel ad illud, ſecũdum q̃ huiuſmodi, ut ratio uolebat. Ad ſecundum dicendum q̃, quorum eſt ſcia, eorum eſt ſenſus, non tamen eodẽ modo, quia illa, quæ prius ſunt i ſenſu materialiter & corporaliter, intelliguntur poſtea ab intellectu immaterialiter abſq; conditionibus indiuiduantibus. Dubitatur ſecundo, utrum uſe habeat eſſe in anima ſicut iam dictum eſt, & uidetur quod nõ. Nã vſe eſt in ſingularibus, ergo non eſt in intellectu. Præterea. Vniuerſale eſt in prędicamẽto & eſt eſſentia quædam, ergo eſt ens extra animam, patet conſequentia, quia nihil ponitur in prædicamẽto niſi ſit ens extra animam, ut uult Doct. ſan. Ad dubium dicendum ſecundum Doctorẽ ſanctũ quòd vſe accipitur dupliciter. Vno modo pro ipſa natura communi prout ſubiacet intentioni uniuerſalitatis. Alio mõ poteſt conſiderari ſecũdum ſe & abſolute. Et hoc dupliciter. Vno modo ſecũdũ eſſe materiale, quod eſt in materia naturali. Alio modo ſecũdum eſſe immateriale ſecundum quod eſt in intellectu, ſi conſideretur ſecundum eſſe, quod habet in materia naturali, non poteſt ei aduenire intentio vlitatis, quia per materiam indiuiduatur, ſed ei aduenit intentio vlitatis ſecundum quòd abſtrahitur a materia naturali, nõ realiter ſed per abſtractionem intellectus p primam eius operationem, intelligendo ſcilicet naturã nõ apprehendendo principia indiuiduantia. Patet ergo qđ intẽtio vlitatis non poteſt attribui naturæ ſecũdum eſſe, quod habet in indiuiduis, ſed ſecũdum eſſe, quod habet in intellectu per reſpectum tamẽ ad ſingularia, & ſic uniuerſalia ſecundum intentionem vlitatis cõſiderata, ſunt in intellectu, de quo clarius in Metaphyſica habebitur, & diſputabitur. Et per hoc patet ſolutio ad rõnes dubij.

Sequitur in textu. ¶ Dicendum autem ſecundum unumquodq; &c. ¶ Hic incipit lectio duodecima eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD eſt ſeptimũ capm̃, in quo Philoſophus ponens differẽtiam inter ſenſibilia communia & propria ponit unã cõcluſionem, uidelicet qđ ſenſibile bene diuiditur in ſenſibile per ſe, & ſenſibile per accidens. Sẽſibile autem per ſe bene ſubdiuiditur in ſenſibile proprium, & ſenſibile commune. Hæc cõcluſio probatur tali rõne ſcđm Doc. ſan. Nam, cum ſentire cõſiſtat in quodam pati & alterari, ut ſupra dictum eſt, differentia ſenſibilium ſumẽda eſt ſecũdum differentiam immutationis. Vel ergo tale ſenſibile nil facit ad immutationem ſenſus, uel aliqd facit. Si primum, ſic eſt ſenſibile p accidẽs. Si ſecũdũ, ſic eſt ſenſibile p ſe, & hoc eſt dupliciter, uel quia immutatio attẽditur quãtum ad ſpẽm agentem, ſic eſt ſenſibile per ſe propriũ, uel quãtum ad modum actionis, ſic eſt ſenſibile per ſe cõmune. Pro huius concluſionis ampliori declaratione cõſiderãdum eſt primo qđ ſenſibile per accidẽs dicitur illud, quod accidit ſenſibili per ſe, ſed ſenſibile per ſe dicit illud, quod ratione ſui & non alterius aptum natum eſt percipi a ſenſu. Senſibile uero proprium dicitur illud, quod aptum natum eſt percipi ab uno ſolo ſenſu tantum, & ſunt quiq; uidelicet color, ſonus, ſapor, odor, & quatuor qualitates tangibiles, ſed ſenſibile commune dicitur illud, quod aptũ natum eſt non ab uno ſolo ſenſu, ſed a pluribus percipi, ſicut iſta, motus, quies, numerus, figura, & magnitudo, quæ dicuntur ſenſibilia communia, non quia ab omnibus ſenſibilibus percipiantur, ſed quia apta nata ſunt percipi à pluribus ſenſibilibus quam ab uno. Conſiderandũ ulteriꝰ qđ ſenſus poteſt decipi circa ſenſibilia communia, nunq̃ tñ poteſt decipi circa ſenſibilia propria, & hoc tribus conditionibꝰ obſeruatis, quarum prima eſt qđ ibi ſit debita diſpoſitio organi. Secunda qđ ibi ſit debita diſpoſitio medij. Tertia qđ ibi ſit determinata diſtantia inter ſenſum et ſenſibile. Cõſiderandum tertio, qđ ad hoc qđ aliquid ſit ſenſibile per accidens, duæ conditiones requiruntur, quarũ prima eſt qđ illud accidat ſenſibili per ſe. Secũda eſt qđ illud percipiatur immediate ab aliqua alia potentia, percepto ſenſibili per ſe, & hoc ſit uel ab alio ſenſu, uel ab intellectu, uel a ui cogitatiua, uel a ui æſtimatiua. Exemplũ primi ut dulce percipitur per accidens à uiſu. Exemplum ſecũdi, ut cum aliquis uidet aliquem moueri percipit per intellectum qđ habet uitam. Exemplum tertij, ut dum aliquis uidet aliquem coloratum per uim cogitatiuam percipit Sortem uel Platonem. Exemplũ quarti, ut dum ouis videt lupum per uim æſtimatiuam percipit ipſum eſſe inimicum eius. Conſiderandum quarto qđ uis cogitatiua pertinet ad partem ſenſitiuã, & dicitur alio nomine ratio particularis, quia ſicut ratio vlis eſt collativa intentionũ uniuerſalium, ita ratio particularis dicitur collativa intentionum particularium, ſiue indiuidualium, & illa uis, quę dicitur cogitativa in homine dicitur æſtimativa i brutis, quę tamen differunt in hoc, quia uis cogitativa apprehẽdit in diuiduum, ut exiſtens ſub natura cõmuni, ſed æſtimativa apprehendit indiuiduum ſecundum qđ eſt terminus aut principium alicuius actionis. Contra prædictam cõcluſionem arguitur primo ſic. Numerus (cum ſit multitudo menſurata per unum) ſolum apprehẽditur per intellectũ, cum ordinare & colligere ad intellectum pertineat, ergo numerus non eſt ſenſibile. Præterea. Numerus non percipitur ab omni ſenſu, ergo non eſt ſenſibile commune. Præterea. Animal eſt ſenſibile per ſe, per ſe enim cõpetit ei qđ ſit corpus animatum ſenſibile, & tamen non immutat ſenſum, ergo inſufficiẽter dictum eſt quòd ſenſibile per ſe eſt illud, quod per ſe, & nõ ratione alterius immutat ſenſum. Ad primum dicendum quòd numerus poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecundum ſuum eſſe eſſentiæ, ſic ſolum percipitur ab intellectu. Alio modo ſecundum ſuum eſſe materiale, ſic percipitur à ſenſu. Ad ſecundum dicendum quòd ſenſibile commune non dicitur cõmune, qa apud eum natum ſit ſentiri ab oibus ſenſibꝰ, ſed à pluribus, ut dictũ eſt. Ad tertium dicendum qđ ſenſibile poteſt accipi dupliciter. Vno modo actiue ſecundum qđ deſcẽdit a ſentio ſentis ſentit, & ſic anima dicit ſenſibile per ſe. Alio modo paſſiue, ut qñ deſcendit a ſentior, ris tiri, & ſic accipit in propoſito, & iſto modo aial non eſt ſenſibile per ſe, ſed per accidens. Circa prædicta dubitatur ſecundum Doc. ſan. in lectione, utrum illa, quæ dicuntur ſenſibilia communia poſſint dici ſenſibilia per ſe & propria, & uidetur q̃ ſic rationibus aliquorum. Nam huiuſmodi ſenſibilia ſunt propria ſenſui communi, ſicut alia ſenſibilia ſunt propria ſingulis ſenſibus, ergo uidetur qđ ſint ſenſibilia, per ſe & propria. Præterea ſenſibilia propria non poſſunt eſſe ſine communibus ſenſibilibus per ſe, & nõ per accidẽs. In cõtrarium arguitur. Nam ſicut ſenſibilia per accidens non apprehenduntur, niſi inquantum ſenſibilia propria apprehẽdũtur,

apprehenduntur, ita nec ſenſibilia communia. Nunquam enim uiſus apprehendit magnitudinem aut figuram, niſi inquantum apprehendit coloratum, cõ ergo ex hoc dicãtur alia eſſe ſenſibilia per accidens, ſequitur q̃ ſenſibilia communia ſint ſenſibilia per accidens. Dicendum q̃ aliquid dicitur per accidens dupliciter. Vno modo ut per accidens diſtinguitur contra per ſe, & iſto modo prædicta ſenſibilia dicuntur ſenſibilia per Accidens. Alio modo ut diſtinguitur contra per ſe, & contra per alterũ, & iſto modo dicuntur ſenſibilia per ſe, & non per accidens. Ad primam rationem dubũ dicendum eſt negando aſſumptum, (quia ut dicit hic Doc. ſan.) falſum eſt q̃ iſta ſenſibilia cõmunia ſint propria obiecta ſenſus communis. Nam ſenſus cõmunis eſt quædam potentia, ad quam terminantur immutationem omniũ ſenſuum, unde circa ipſas immutationes propriorum ſenſuum à ſuis obiectis habet ſenſus communis aliquas proprias operationes, quas ſenſus proprij habere nõ poſſunt. percipit enim immutationes ſenſuum, & diſcernit inter eas, & iudicat ſenſibilia diuerſorũ ſenſuũ. Ad ſecundum dicendum eſt negando conſequentiã, quia non dicitur ſenſibile per ſe, ex eo q̃ non põt eſſe ſine alio, ſed ex eo dicitur ſenſibile per ſe, quia aptum natũ eſt percipi ratione ſui, & non ratione alterius. Ad rationem in contrarium negatur conſequentia.

Sequitur in textu. ¶ Cuius quidẽ uiſus hoc eſt viſibile etc. ¶ Hęc eſt lectio quartadecima eiuſdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD eſt octauum capitulum huius ſecundi tractatus in quo Philoſophus determinando de colore, lumine, & diaphano quantum ad quid ſunt, ponit duas cõcluſiones, quarũ prima eſt. Color eſt uiſibilis per ſe. Hæc cõcluſio probatur tali ratione. Illud, quod habet in ſe cauſam alicuius prædicati, tale prædicatum conuenit tibi per ſe in ſecundo modo dicendi per ſe, ut patet primo poſteſſed color habet in ſe cauſam uiſibilitatis, ergo ſequit qđ color eſt uiſibilis per ſe. Probatio maioris, quia omnis color eſt motiuus diaphani ſecundum actum, ſed illud, qđ mouet diaphanũ, ſecũdum actum eſt uiſibile, ergo ſequit qđ color ſecundum ſui naturam eſt uiſibilis. Pro huius cõcluſionis declaratione conſiderandum eſt ſecundum Philoſophum qđ diaphanũ eſt illud, quod nõ habet ꝓpriũ colorem in actu, ſed eſt ſuſceptiuum extranei coloris. Et uocatur alio nomine corpꝰ trãſparẽs uel perſpicuũ, ſicut ſunt aer, aqua, et multa corpora ſolida, ut ſunt lapides quidam & aurum, nec iſta diaphanеitas cõuenit corporibus prædictis ſecundum propriã naturam elementorũ, ſed ſecundum quandam naturam cõmuniorem, cũ diaphaneitas reperiatur etiam in corporibus cæleſtibus. Conſiderandum eſt ſecundo q̃ lumẽ eſt actus diaphani ſecũdum quod diaphanũ eſt. Nam ſicut ſe habet color ad corpꝰ terminatum, ita ſe hẽt lumẽ ad diaphanũ, ſed manifeſtum eſt q̃ color eſt actus corporis terminati, ergo lumen eſt actꝰ diaphani ſecundum q̃ huiuſmodi. Conſiderãdum eſt tertio qđ lux, lumẽ, radius, & ſplendor, ſic inter ſe differunt, quia lux eſt qualitas primi corporis alterantis, lumen uero eſt qualitas a corpore lucido ſuſcepta in alio, & ſi tale lumẽ p rectã lineã ad corpus lucidum peruenиat, tũc uocatur radiꝰ, ſi uero cauſetur ex reuerberatione radij ad corpꝰ lucẽs, uocatur ſplendor. Cõſiderandũ eſt quarto qđ aliqua ſunt corpora actu lucida, quædam diaphana, quędã opaca, qa, cũ lux ſit qualitas primi alterãtis, quod eſt maxime perfectum, & formale, illa corpora, quæ ſunt maxime nobilia ſunt lucida actu, quę autẽ ſunt propinqua his, ſunt receptiua luminis, nõ tñ ſunt lucida ſicut ſunt corpora diaphana, quæ autem ſunt maxime materialia nõ ſunt lucida actu, nec ſunt ſuſceptiua luminis ſicut ſunt opaca. Contra prædictam concluſionem ſic primo arguitur. Illud, quod ꝓuenit alicui per ſe, eſt de ratione eiꝰ, ſed uiſibile nõ eſt de ratiõe coloris, ut dicit hic Philoſophus, ergo color per ſe nõ eſt uiſibilis. Præterea. Color nõ eſt uiſibilis ſine lumine, ergo nõ eſt uiſibilis per ſe. Ad primum dicendum qđ illud, quod cõuenit alicui per ſe in primo modo dicẽdi per ſe, bene eſt de ratione eius, nõ autem illud, qđ conuenit alicui per ſe in ſecundo modo dicẽdi per ſe. Vili bile autem conuenit colori per ſe in ſecundo modo dicẽdi per ſe, unde ratio non ſequitur. Ad ſecundum dicendũ qđ lumen non requiritur ad uidendũ propter colorẽ, ſed ꝓp medium, ut infra patebit. Secunda cõcluſio. Lumẽ non eſt corpus, hæc cõcluſio probatur tali ratiõe Philoſophi. Impoſſibile eſt duo corpora ſimul in eodẽ eſſe, ſed lumen ſimul eſt cum diaphano, ergo ſi lumen eſſet corpus duo corpora eſſent ſimul. Probatio minoris. Nam contrariorum eſt idem ſubiectum, ſed lumen & tenebra ſunt contraria ſecundum modum, quo priuatio & habitꝰ cõtrariantẽ, & ſubiectum tenebre eſt diaphanum, ergo & luminis, & per conſequẽs lumen erit ſimul cum diaphano. Præterea. Si lumen eſſet corpus oporteret qđ illuminatio eſſet motꝰ localis, ſed illuminatio non eſt motꝰ localis cum ſit in inſtanti, ergo lumen non eſt corpus. Pro huius cõcluſionis declaratione conſiderandum eſt qđ aliqui antiqui Philoſophorum dicebant quòd lumen eſſet corpus. Alij dicebant ipſum eſſe naturam ſpiritualẽ. Alij autem dicebãt ipſum eſſe euidentiam coloris. Alij uero dicebant ipſum eſſe formam ſubſtantialem ſolis. Sed primum ſtare nõ poteſt propter rationes prædictas. Nec; ſecundum, quia ſi lumẽ eſt natura ſpiritualis, non caderet in compręhenſione ſenſus: conſequẽs eſt cõtra experiẽtiã, ergo lumẽ nõ eſt natura ſpiritualis. Et quod utamur nomine luminis in ſpiritualibus, hoc eſt quia uiſus eſt ſpiritualior & ſubtilior cæteris ſenſibus, qđ patet primo ex parte obiecti, qa aliqua cadunt ſub uiſu ſecundum proprietates, in quibꝰ communicant inferiora corpora cum ſuperioribus. Patet etiam ratione immutationis, nã ſenſus uiſus eſt ſpiritualior ex modo immutationis, nã in ſolo uiſu eſt immutatio ſpũalis abſque naturali. Pro quo notandũ qđ immutatio naturalis uocatur quãdo qualitas ſuſcipitur in patiente ſecundũ eſſe naturę, ſicut cum aliquis infrigidatur. Sed immutatio ſpiritualis eſt ſecundum qđ ſpẽs recipitur in organo ſenſus p modum intentionis & non per modum naturalem, neque tertium ſtare poteſt. Nam ſi lumen nõ eſſet niſi euidentia coloris, ſequeretur qđ nulla eſſent, quæ lucerẽt de nocte, conſequens eſt falſum & cõtra experiẽtiã, ergo &c. neq; ultimũ ſtare poteſt, quia nulla forma ſubſtãtialis eſt per ſe ſenſibilis, ſed lumẽ per ſe eſt ſenſibile. ergo &c. Cõtra prędictam concluſionẽ ſic arguitur. Illud, cui competũt proprietates corporis eſt corpus, ſed lumini competunt ꝓprietates corporis, vtputa reuerberatio, ergo lumen eſt corpꝰ. Dicendum qđ reuerberatio nõ competit lumini niſi ſecũdum quãdã ſimilitudinẽ. Nã ſicut aliqua corpora reuerberantur et reuertuntur ad corpus, a quo exierunt, ita etiã & radij luminis reuerberantur a corpore opaco, & reflectuntur. Ideo ſimilitudinarie ei proprietates corporis cõpetunt. Vtrũ autem lumen ſit qualitas aut aliqd, aliud infra declarabitur. Circa prędicta dubitaẽ utrũ lumen requiratur ad uidendum propter mediũ tm̃, & non ꝓp colorem. Et arguitur qđ non rationibus Alberti tenentis iſtã partẽ. Nã color non põt mouere diaphanũ ſine lumine, ergo ſequit qđ lumẽ requiritur ꝓp colorẽ & nõ propter medium tãtum. Præterea. Vnius potẽtię debet eſſe unũ obiectum, ſi ergo lumen requireretur propter medium, & non propter colorem, ipſius uiſus eſſent duo obiecta, & ſic uiſus non eſſet una potentia. Præterea. Qui eſt in obſcuro uidet ea, quæ ſunt in lumine, & non econuerſo, ergo ſignum eſt qđ lumen requiratur propter colorẽ. Ad dubiũ dicendum eſt ſecundum Doctorem ſanctum, qđ lumẽ requiritur propter medium tantum, & non propter colorem. Cuius rationem aſſignat, nam color eſt uiſibilis per ſe, vt dicit hic Philoſophus, ergo habet in ſe cauſam ut poſſit uideri, & per conſequens lumen non requiritur

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter colorem ut uideatur. Ad primam rationem dubñ dicendum, ꝙ color secundum suam propriã naturã aptus natus est mouere diaphanum imperfecte. Pro cuius euidẽtia considerandum est (ut dicit hic Doctor san.) ꝙ differẽtia est inter uirtutem perfectam & imperfectam, nam forma, quæ est uirtutis perfectę in agendo, non solum pōt inducere suam similitudinem i susceptibili, sed etiam potest disponere patiens ut sit proprium eius susceptiuum, quod non potest facere si sit imperfecte uirtutis, cum ergo uirtus coloris in agendo sit imperfecta respectu luminis, ga color nihil aliud est ꝙ lux quædam quodammodo obscurata ex admitione corporis opaci; ideo non habet uirtutẽ ut faciat medium in sua dispositione, qua sit susceptiuũ coloris, quod tamen potest facere lux pura. Ad secundũ dicendum qđ unius potentię possunt esse plura obiecta sub ordinata, ita quòd unum sit obiectũ quod, et alius sit obiectum quo, color autem dicitur obiectum quod, & materiale uisus, lumẽ uero extrinsecum dicitur obiectum quo, vnde non sequitur ratio. Ad tertiam rationem patet solutio ex dictis. Nam qđ aliquis in obscuro existens possit uidere ea, quæ sunt in lumine, hoc est, quia lumen requiritẽ propter medium & non propter colorem. Et si dicatur ratio formalis alicuius obiecti requiritur propter obiectũ, sed lumen est ratio formalis coloris. ergo &c. Dicendum qđ duplex est, lumen, uidelicet lumen extrinsecum, & lumen intrinsecum, quod includitur in colore, lumen autem extrinsecum non est ratio formalis coloris, de quo dubium procedit, unde ratio est nulla.

Sequitur in textu. ⸗ Est autem coloris susceptiuũ non color &c. ⸗ Hic incipit lectio decimaquinta eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est nonum capitulũ præsentis tractat⁹ in quo Philosophus ostendens qualiter diaphanum se hẽt ad colorem, habet quinq; conclusiones. Quarum Prima est qđ Diaphanum est sine colore. Hęc conclusio probat̃ tali ratione Philosopht. Nam illud, quod est susceptiuum alicuius non habet illud, cum nihil suscipiat, quod habet, sed diaphanum est susceptiuum coloris, ut ex supradictis patet, ergo diaphanũ est sine colore. Ex hac conclusione infertur primo quòd diaphanum secundum se nō est uisibile, quia unumquodq; est uisibile secũdum colorem, sed diaphanum non habet in se colorem, ergo diaphanum secundum se non est uisibile. Secundo infertur ꝙ diaphanũ est actu tenebrosum, quia diaphanum est aptum natũ susçipere colorem, & non habet in se colorem neq; lumen, ergo diaphanum est etiam tenebrosum. Secunda conclusio. Aliqua sunt uisibilia, quæ non solum uidentur in lumine, sed etiam in tenebris. Hæc conclusio patet ad sensum. Nam quædam sunt animalia & alia quędam entia (quorum non est unum nomen commune) quę uidẽtur in tenebris ignita, & in nocte lucentia, ut sunt capita quorũdã piscĩũ & squammę, & oculi quorũdam animalium, quæ uidentur de nocte, ergo aliqua sunt uisibilia, quæ uidentur in tenebris. Sed considerandũ est quòd talia uisibilia uidentur in lumine & in tenebris, sed in lumine uidentur ut colorata, & in tenebris ut lucẽtia. Cuius ratio est, quia in eorum compositione habet aliqd lucis inquãtum lucidũ ignis & diaphanum aeris & aquæ non est in eis totaliter comprehensum per opacum terræ, ideo uidentur in lumine & in tenebris. Et quia habent modicum, de luce, ideo per præsentiam maioris luminis talis lux offuscaẽ, ideo in lumine siue in die non uidẽtur ut lucentia, sed ut colorata, quia etiam talis lux non potest immutare diaphanum sicut color, ideo talia uidentur in tenebris ut lucentia & nõ colorata. Tertia conclusio. Color non potest uideri sine lumine. Hæc cõclusio probatur dupliciter. Primo ratione Nam hoc est de ratione coloris, qđ sit quid motiuum diaphani secũdum actum, sed nõ potest mouere diaphanum, nisi mediante lumine, ergo color non est uisibilis sine lumine. Secundo probatur a signo, quia si ponatur sensibile immediate supra uisum, non percipitur a uisu, nam sensibile positum supra sensum nõ facit sensationem, ergo signũ est qđ color non potest uideri sine lumine. Quarta cõclusio. Si inter oculum uidentem, et rem uisam esset uacuum, nõ fieret uisio. Hæc cõclusio probatur tali ratione Philosophi. Nam ad hoc qđ fiat uisio oportet qđ organũ uisus patiatur à uisibili, sed non potest pati à uisibili nisi per ali quod medium, si autem esset uacuũ nõ esset medium, ergo si esset vacuũ non esset uisio. Ex quo patet falsitas opinionis Democriti, qui opinatus fuit qđ si inter rem uisam, & oculum esset uacuum qđ posset aliquis quãcũq; rem patuam uidere per quãcũq; distantiam. Quinta cõclusio. Ali qua sunt uisibilia, quæ uidentur in tenebris non solũ ut lucentia, sed etiam ut colorata, & quæ uidentẽ in lumine nõ solum ut colorata, sed etiã ut lucẽtia. Hæc cõclusio, phaẽ etiam ad sensum. Nam ignis hẽt tm̃ de lumine qđ potest facere omnino diaphanum in actu, ergo ignis uidetur ut quid coloratum. Et quia ignis non habet ita debile lumẽ, quod ad præsentiam maioris luminis obumbretur, ideo uidetur in lumine nõ solũ ut quid coloratum, sed ut lucidũ. Circa prædicta dubitatur utrum color sit proprium obiectum uisus. Et uidetur primo qđ nõ. Nam proprium obiectum alicuius potentię potest mouere potẽtiã, sed nõ potest mouere per se uisum, cum non possit mouere uisum sine lumine, ut cõcessum est ergo &c. Prẽterea. Non potest percipi ab aliqua potẽtia qđ non contineatur sub subiecto, sed uisus potest percipere, quod nõ est coloratum, ut puta tenebras & stellas, ergo &c. Dicendum breuiter qđ color est obiectum uisus compreliẽdẽdo sub colore lumẽ, quod est proprium formale eius, quod sic patet, quia illud est obiectum per se alicui⁹ potẽtię, sub cui⁹ ratione formali cõprehenduntur omnia, quæ apta nata sunt apprehendi à tali potentia, sed color est huiusmodi respectu uisus, ergo &c. Ad primum dicendũ quòd lumẽ requiritur propter medium, ut supra dictum est, & non propter colorem, unde ratio nõ segt. Ad scm dicendum qđ uisus non percipit tenebras ꝑ se, sed solũ per accidẽs, & licet stellę nõ habeãt materiale coloris, tñ in eis est formale, scilicet lumẽ.

Sequitur in textu. ⸗ Nunc autem primo de sono & olfactu &c. ⸗ Hęc est lectio. 16. eiusdem libri, & in cõmento sancti Thomæ.

ISTVD est decimũ capitulum præsentis tractatus in quo Philosophus determinando de generatione soni ponit quatuor conclusiones. Quarum prima est, quòd sonus quandoque est in actu quandoq; in potentia. Hæc conclusio probatur tali ratione elicitiue secundum Philosophum. Illud, quod quandoq; est & quandoque non est aliquando est in actu, aliquando est in potentia, sed sonus quandoq; est & quandoq; non est, ut patet de campana, quæ quandoq; sonat quãdoq; nõ, ergo sonus quã doq; est in actu quandoq; in potentia. Contra hanc conclusionem arguitur. Illud, quod non est, non est in actu, sed sonus non est, ergo sonus non est in actu Probatio minoris, quia quod fit non est, sed sonus solum habet esse in fieri, ergo sonus non est. Prẽterea. Illud, quod est sensibile in actu habet propriam speciem in re sensibili, per quã actu potest percipi, sed sonus non habet pròpriam speciem in re sonante, ergo non est actu. Pro declaratione horum considerandum est primo quòd corpora sonantia sunt in quadruplici differentia. Nam quædam sunt secundum actum bene sonantia, ut campana dum actu pulsatur, quædam uero sunt bene sonãtia secundum potentiam, vtputa de campana, quæ non actu sonat, sed tamẽ habet potentiam bene sonare, alia sunt, quæ non sunt bene sonantia nec in actu nec in potentia, apta tamen nata esse sonantia, ut patet de lana & similibus, alia sunt, quæ non sunt apta nata bene sonare, nec sonare aliquo modo

modo ut aer. Considerandum est secundo quòd aliquid dicitur in actu dupliciter. Vno modo in actu permanente, & isto modo color habet esse in actu. Alio modo in esse successiuo, & isto modo sonus habet esse in actu. Et per hoc patet solutio ad primum argumẽtum quia illa auctoritas, Illud quod fit &c. habet intelligi de permanentib⁹, & non de successiuis. Permanẽtia enim dum fiũt nõ sunt, successiua uero dum fiũt sunt, & dum facta sunt nõ sunt. Considerandum est tertio, ꝙ aliquid dicitur esse sensibile in actu dupliciter. Vno modo quia habet speciem, ꝑ quã sentitur extra mediũ & sensum. videlicet in re exteriore, et isto modo color odor & sapor sunt in actu & non sonus. Alio modo quia habet speciem, per quam actu sentitur in medio uel organo, & isto modo son⁹ dicit̃ esse in actu. Nõ est enim aliqua spẽs soni in cãpana sonante, formã tamẽ species in aere & in organo auditus. Et per hoc patet solutio ad secũdũ. Secũda cõclusio est. Tria requiritur ad generationem soni, uidelicet percutiẽs, percussum & mediũ. Hæc conclusio probatur tali ratione, quæ elicitur ex dictis Philosophi. Nam sonus causatur ex fractione aeris, q̃ fit ex uehementi percussione, sed in omni percussione requiritur pèrcutiens & percussum, & requiritur etiam tertio ictus percutientis, qui non pōt fieri sine motu locali, mot⁹ uero localis non potest fieri sine medio, ergo in generatione soni requiritur percutiens, percussum, & mediũ. Vnde Philosophus dicit in litera ꝙ sonus est semper alicuius ideſt percutientis, ad aliquid i. percussum, et in aliquo i. in medio. Pro huius conclusionis declaratione est aduertendum secũdum Philosophũ ꝙ ad hoc qđ prædicta faciãt sonum, præsertim bonum, quatuor conditiones requiruntur. Quarum prima est, ꝙ talia corpora sint dura. Secũda est qđ sint lenia. Tertia est qđ sint cõcaua. Quarta quòd sint uelociter mota ita qđ motus percutientis preueniat diuisionem aeris. Contra prædictam conclusionem sic arguitur, & primo contra suppositum. Nam Philosoph⁹ non determinat hic de generatione coloris, ergo nõ habet determinare hic de generatione soni. Præterea. Ad generationem soni requrũtur mot⁹ localis, & ictus uerberantis, ergo non sufficiũt prædicta tria. Ad primũ dicendũ negando consequentiam, quia non est similis ratio de sono & colore & odore & sapore. Nam color, odor, & sapor & aliæ qualitates tangibiles (ut dicit hic Doc. san.) habent esse fixũ & permanens in suo subiecto. Vnde est alia ratio illorum sensibilium secũdum se, & secũdũ qđ immutant sensum. Sed sonus cum causetur a motu non habet esse fixũ, & quietum in subiecto, sed in quadã immutatione consistit. Ideo cũ Philosoph⁹ in hoc libro intendat determinare de sensibilib⁹ secũdum qđ habent immutare sensum, si mul & semel determinat de immutatione soni & generatione eius. Ad secũdũ dicẽdũ, quòd ictus percutientis, & motus localis comprehenduntur sub percutiente & percussio concomitatiue. Tertia conclusio. Aer est propriũ mediũ soni, Aqua uero minus proprium. Hęc conclusio probatur tali ratione. Illud est proprium medium soni, qđ faciliter rarefit & cõdensatur, & per quod sonus faciliter potest diffundere suas species ad organum audit⁹, sed aer est huiusmodi, ergo &c. Ex hac conclusione sequitur qđ aer non est corpus sonans, quia si esset corpus sonãs nõ sciperet sonum, cum intus existens prohibeat extraneum. Contra hanc cõclusionem sic arguitur. Aeris ad sonũ nulla est resistentia, ergo si aer sit proprium medium, sequitur quòd sonus fiat in instanti. Nam ratio quare uisio fiat in instanti est, quia aeris ad lumen nulla est resistentia, cũ aer sit dispositus ultima dispositiõe ad susceptionem luminis. Consequens est falsum, ergo &c. Præterea. Illud, quod est subiectum alicuius quantitatis sensibilis non est medium eius, sed aer est subiectum soni, ergo aer non est medium soni. Præterea. Quantitas sensibilis habet esse intentionale in suo medio, sed sonus habet esse reale in aere cum nullibi habeat esse nisi in aere, ergo idẽ ut supra. Ad primum dicẽdum quòd licet aeris ad sonum nulla sit resistentia, quia tamen sonus non potest fieri sine motu locali, ideo non oportet quòd sonus fiat in instanti, ga contradictionem implicat motum localem esse in instanti. Ad secundũ dicendum quòd sonus est in aere propinquo corpori sonanti subiectiue, in aere uero magis distanti est tanquam in medio, in quo habet esse intẽtionale. Et per hoc, patet solutio ad tertium. Quarta conclusio. In omni sonatione fit repercussio soni à corpore opposito corpori sonatiõe fit repercussio soni à corpore oppositio corpori sonanti. Hæc conclusio probatur tali ratione. In omni illuminatione fit repercussio luminis, ergo à fortiori in omni sonatione fit repercussio soni. Sed si arguatur contra hãc conclusionem. Si in omni sonatione esset repercussio soni, sequeretur quòd in omni sonatione causaretur sonus echon, consequens est falsum, & contra omnẽ experiẽtiã, ergo &c. Dicendum quòd in oi reuerberatione soni causatur sonus echon, sed talis sonus nõ semper est manifest⁹, oportet enim ad hoc quod fiat manifest⁹ (vt dicit hic Doctor sanctus) quòd repercussio soni fiat ad corpus concauum, quo natus est multiplicari sonus. Si autem fiat talis reuerberatio ad alia corpora, quæ non sunt apta nata multiplicare sonum, fiet quidem sonus echon, sed nõ manifestus. Pro ampliori declaratione huius soni echon, cõsiderandum est secũdum Doctorem sanctum, quòd cum generatio soni sequatur motum aeris, sic contingit de immutatione aeris apud generationem soni, sicut de immutatione aquę, cum aliquid in aqua proiicitur. Manifestũ est autem qđ fiunt quædam regyrationes in circuitu aquæ percussæ, quæ circa locũ percussionis sunt paruæ & motus est fortis, ubi autem sunt maiores regyrationes est motus debilior. Tandem motus totaliter deficit & regyrationes cessant, si autem antequam motus cesset regyratiões ille aliquod obstaculum inuenirent, fit motus & regyratio in contrarium, & tanto uehementius quanto propinquius fuerint primæ percussioni Pariformiter intelligendum est quòd ad percussionem corporum sonantium aer in quodam gyro mouetur, & sonus diffunditur circulariter, & in propinquo illę gyratione sunt minores, & mot⁹ est fortior, in remoto autem gyrationes sunt maiores, & motus est debilior, & sonus obscurior auditur, tandẽ autẽ deficit totum, si autem antequam deficiãt huiusmodi gyrationes, fiat reuerberatio aeris sic moti, & sonũ deferẽtis ad aliqđ corp⁹, illę regyratiões reuertũtur in contrarium, & audit̃ son⁹ quasi ex aduerso, q dicit̃ echon & cætera.

Sequitur in textu. ⸗ Vacuum autem recte dicimus proprium audiendi &c. ⸗ Hęc est lectio decimaseptima eiusdem libri, & in commento ꝺancti Thomæ.

ISTVD est vndecimum capitulum præsentis secundi tractatus, in quo Philosophus determinans de immutatione auditus a sono, ponit tres conditiones, quę requruntur ad hoc quòd auditus possit immutari a sono, quarũ prima est, quòd ibi sit unitas et continuitas aeris, & cõtinuus motus ab aliquo corpore solido & firmo. Secũda conditio est qđ in organo sit aer intrane⁹ inclusus in quadã pellicula. Tertia cõditio est qđ talis aer sit imobilis. Ex his conditionibus elicũtur tria impedimẽta ex opposito, ꝙ quę impeditur talis immutatio. Primũ est qñ ille aer in organo corrumpitur. Secundum est quando illa pellicula circundans illum aerem corrumpitur uel lędit̃. Tertium est quãdo talis aer est mobilis. Considerãdum est ulterius secundum Philosophũ in litera quòd duę sunt differentię soni, uidelicet graue & acutum. Sonus enim acutus est, q in pauco tempore multũ mouet auditũ, sed son⁹ grauis est, qui in multo tempore parum mouet auditum. Et si dicatur est aliquis sonus moderatus & circunflexus, ergo prædictæ differentię non bene assignantur. Dicẽdum qđ sonus circũflexus et sonus moderatus cõtinentur sub prę dictis. sicut mediꝰ colores sub extremis, ga particip̃at ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid de sono acuto, & aliquid de sono graui, ut patet in musica Boetij. Si dicatur ulterius, sonus acutus & sonus grauis sunt species soni, ergo acutum & graue nō sunt differentiæ eius. Dicendum q̄ graue & acutum possunt accipi dupliciter. Uno modo formaliter: Et sic sunt differentiæ soni. Alio modo materialiter pro ipso sono, qui est acutus, uel pro illo sono, qui est grauis, & sic sunt species soni. Cōsiderandum ulterius q̄d acutum, & graue non sunt idem quod tardum & uelox, quia sonus nō est idem quod motus, ergo differentiæ soni non sunt exēdē cum differentijs motus, sed acutum & graue sunt differentiæ soni, ut ex dictis patet, & tardum & uelox sunt differentię motus, ergo &c. Uerūtamen quia sonus causatur a motu, ideo acutum & graue in sono causantur a uelocitate & tarditate mot⁹. Circa prædicta dubitatur primo, utrum tam percutiens q̄m percussum sint causa actiua soni. Et uidet q̄d nō. Nam illud quod est causa actiua non est causa passiua respectu eiusdem, sed corpus percussum est causa passiua, ergo non uidetur quòd sit causa actiua soni. In contrarium arguitur p Philosophum in litera. Dicendum q̄d tam percutiens q̄m percussum est causa actiua soni cui⁹ ratio Philosophi est, quia sonus generatur ex fractione aeris, sed corpus percutiens est causa actiua huius fractionis, ergo corpus percutiens concurrit actiue ad generationem soni, et quia ad talem fractionem aeris requiritur q̄d corpus percussum sit durum & firmum, ideo facit illum aerem resilire, ad quā resilitionē corpus percussum concurrit actiue, ideo corp⁹ percussum actiue ad generationem soni concurrit. Ad rationem dubij dicendum q̄ licet corpus percussum passiue cōcurrat ad fractionem aeris, actiue tñ concurrit ad prædictam resilitionem quæ ad generationem soni cōcurrit. Dubitatur secundo, utrum sonus sit proprium obiectū auditus, & uidetur q̄d non. Nam nullum sensibile commune, est proprium obiectum alicuius sensus, sed sonus est sensibile commune, ergo &c Probatio minoris, quia mot⁹ est sentibile commune, sed sonus non est nisi quidam motus aeris, ut hic cōcedit Philosophus, ergo sonus est sensibile commune. Præterea. Illud, quod immutat auditū est obiectum auditus, sed corpus percutiens siue sonans immutat auditum, ergo corpus percutiens siue sonans est obiectum auditus, & per consequens non sonus, cum tamen unus potentiæ sit unum obiectum. Dicendum quòd sonus est proprium & per se obiectum auditus. Quod sic patet. Nā illud est proprium et per se obiectum alicuius potētię, sub cuius ratione formali omnia sensitiua illius potentiæ apprehenduntur ab illa potentia, sed sonus est huiusmodi, ergo &c. Ad primam rationem dubij dicendum q̄d sonus non est motus essentialiter, sed effectiue solum, quia causatur a motu & consequitur ipsum. Ad secundum dicendū quòd corpus sonans immutat per accidēs auditum, & nō per se, unde ratio nulla.

Sequitur in textu ¶ Vox autem est sonus quidam animati &c. ⁊ Hic incipit lectio decima octaua eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est duodecimum capitulum prędicti tractatus in quo Philosophus determinando de q̄ūdam specie soni, uidelicet de uoce, ponit unam conclusionē, uidelicet quòd uox est repercussio aeris respirati ab aīa secundum imaginationem, quę est in his partibus ad arteriā uocalem. Hęc conclusio probatur quantum ad singulas partes. Et primo quòd uox sit reuerberatio aeris. Nam omnis sonus est reuerberatio aeris. i. ex reuerberatione aeris causatur, sed omnis uox est son⁹, ergo oīs uox est ex reuerberatiōe aeris. Quod aūt uox sit reuerberatio aeris respirati, probat Philosophus duobus signis. Quorum primū est. Nam non potest formare uocem nisi expirādo uel respirādo retineat aerē, ergo signū est q̄ uox est reuerberatio aeris respirati. Secundum signū est, quia aīalia non respiratia non possunt formare uocem, ergo etc. Quod autē uox sit reuerberatio aeris respirati ab anima ad arteriam uocalem patet. Nam sicut in sono, ita in uoce reperitur corpus percussum, sed uocalis arteria uidetur corp⁹ percussum in generatione uocis, ergo &c. Ex hac conclusione infertur quòd inanimata non possunt formare uocem. Infertur secundo, quod animalia non respirantia non possunt formare uocem & per consequens pisces non possunt formare uocem. Infertur tertio, quod aīalia carentia sanguine non possunt etiam formare uocem. Considerandum est secundum Philosophum in litera. Primo quod aer respirat⁹ est medium uocis, cuius respirationis organum est uocalis arteria, quæ est quædam uena procedens a pulmone ad gutur. Contra prædictam conclusionem sic arguiē breuiter. Reuerberatio est quidam motus, sed uox non est mot⁹, ergo uox non est reuerberatio aeris. Præterea. Si uox esset reuerberatio aeris ab anima, sequeretur quòd instrumenta musicalia non formarent uocem, consequens est falsum, & contra cōmunem modū loquendi. ergo &c. Præterea. Respiratio est naturalis animali, ergo si uox esset reuerberatio aeris respirati, sequeretur quod quęlibet uox esset naturalis & per consequens significatiua naturaliter. Ad primum dicendum quod dum dicitur uox est reuerberatio aeris est prædicatio causalis & non essentialis. Ad secūdum dicendum quod instrumenta musicalia, & alia inanimata dicūtur formare uocem similitudinarie, cū primo propter continuitatem soni, tum secundo propter consonantiā, tū tertio propter interpretationem, nō tamē dicūtur formare uocem proprie. Ad tertium dicendum quòd licet forma re uocem in communi sit naturale animali, conditionibus prædictis reseruatis, tamen formare hanc uel illam uocē non est naturale animali, unde non oportet quòd quælibet uox sit naturalis animali.

Sequitur in textu. ¶ De odore autē & olfactu min⁹ bene determinabile &c. ⁊ Hęc est lectio decimanona eiusdem libri, & in commento sancti Thomæ.

ISTVD est decimumtertium capitulum huius tractatus, in quo Philosophus determinans de obiecto olfactus. s. de odore, ponit duas conclusiones, quarum Prima est quod nos habemus peiorem olfactum cæteris aiahbus. Hæc conclusio probatur tali ratiōe Philosophi. Nā instrumentū sensus debet esse proportionatū sensibili suo, sed sensibile olfact⁹ scilicet odor causatur ex calido & sicco, ergo instrumentum, siue organum olfactus debet esse compositū ex talib⁹ scilicet ex calido et sicco, sed cerebrū nostrum, in quo consistit instrumentum olfactus parū habet de calido & sicco, & superabundat in humido & frigido, cū inter cętera aīalia habeam⁹ maius cerebrū, ergo inter cætera animalia pro maiori parte habemus peiorem olfactum Ex quo infertur secundum Philosophū quod difficile est determinare de odorabili & speciebus eius, & si arguiē, hō est perfectissimū aīaliū, ergo habet perfectissimas operationes, & per consequens perfectissima instrumenta. Dicendū q̄d licet homo absolute et simpliciter loquendo sit perfectissimū aīalium, nō tñ est inconueniens quod aliquod animal sit p̄fectus hoīe quantum ad aliqd, sicut quantum ad fortitudinē leo præcellit, & linx quātū ad uisum, & sic de aliīs. Secunda conclusio est quod species & differentiæ odoris nobis ignotę sunt, sed fiunt nobis notæ per cōparationem ad differētias saporis. Hęc cōclusio probat tali ratione. Quādocūq; aliqua duo habent proportionem adinuicem, & unum est notius altero, illud quod est min⁹ notū habet cognosci et notificari per illud, quod est notius, sed spēs odoris & saporis proportionem habent adinuicem, cum olfact⁹ proportionem habeat ad gustum, & species saporis sint nobis magis manifestę, ergo reliquitur quòd species odoris nobis innotescant per species saporis. Quòd autē species saporis sint nobis magis manifestæ patet, quia nos habem⁹ gustum certiorē cęteris

teris animalibus, quia gustus est quidam tactus, tactum autem habemus cæteris animalibus perfectiorē, ergo species odoris sumuntur à speciebus saporis. Ex quo sequitur quòd homo est prudentissimum animal, quia ex sensu tactus accipimus quod aliqd sint ingenioſi uel non ingenioſi, non autē sēm aliū sensum. Unde illi, q̄ sunt duri carne, carent ingenio bono, & sunt inepti ad scientias. Illi uero, qui sunt molles carne ingenioſi sunt & apti mente ad sciētias & ad uirtutes. Quòd autem illi, qui habent bonum tactum habeant per se bonitatem mentis, patet dupliciter, cum primo, quia tactus est fundamentum aliorū sensuum, tum secundo, quia bonitas tactus sequitur bonitatem cō plexionis. Et si arguitur. Sēsus uisus spiritualior est, & plures rerum differentias demōstrat, ut patet in procemio metaphy. ergo sensus uisus magis denotat bonitatem mentis et ingenij, quam sensus tactus. Præterea. Si homo haberet certissimum tactū inter cætera animalia, sequæreē quòd species odoris deberent sumi a qualitatibus tangibilibus & non a spēbus saporis, consequens est ptra Philosophū hic ergo &c. Præterea. Vulgo dicitur quòd aranea præcellit hominem tactu, ut patet p quēdam metriſtam, qui sic ait. Vultur odoratu, linx uisu, simia gustu. Nos aper auditu, præcellit aranea tactu. Ergo sequitur quòd hō cęteris animalibus non habeat certissimū tactum. Ad primū dicendum quod uisus per accidens poteſt concurrere ad bonitatē & nobilitatem mentis, per se tñ sensus tactus valet ad probationem nobilitatis ipsius mentis. Ad secundum dicendū q̄ sapor & odor causantur per commixtionem aliquarum primarum qualitatū sensibiliū. Qualitates uero tāgibiles sunt simplices & non commixtę, ut hic dicit Doctor sancti, ideo species odoris magis sumūtur à spēbus saporis quam à qualitatibus tangibilibus. Ad tertium dicendum negando assumptum, quia prædicta metra de directo repugnant dictis Philosophi & ueritati.

Pro maiori declaratione considerandum est secundū Philosophum in litera q̄ species odoris, siue differentiæ sunt dulce & amarum, quæ quidem in uno & eodem aliquando conueniunt cum differentijs saporis, & aliquando differunt, nā aliqū cōtingit quòd ubi est odor dulcis, ibi est sapor dulcis, & ubi est odor amarus, ibi est sapor amarus, aliquando uero contingit q̄ ubi est odor dulcis, ibi est sapor amarus, & ubi est sapor dulcis, ibi est odor amarus. Cuius ratio est, quia odor consistit in calido & sicco temperato, sapor uero consistit in humido aqueo debite digesto, ubi ergo illa duo simul reperiuntur, ibi reperitur odor eiusdem qualitatis cum sapore, si uero reperiatur unum et non reliquum, ibi erit differentia in qualitate utriusq; Circa prędicta dubitatur utrum odor sit proprium obiectum olfactus. Et arguitur q̄ non quia illud est proprium obiectum, quod est adæquatum alicui potentię, sed odor non est obiectum adæquatum olfactui, ergo &c. Probatio minoris, quia non odorabilia possunt percipi ab olfactu, ut cōcedit hic Philosophus. Præterea. Odor est perceptibilis à gustu, ergo nō est propriū obiectū olfactus. Ad dubium dicendū quòd odor est proprium & adæquatum obiectū olfactus, quod probatur illa ratione, qua probatū est superius de colore respectu uisus, & de sono respectu auditus. Ad primā rationem dubij dicendum quòd non odorabilia percipiuntur ab olfactu, non per se sed per accidens. Et similiter dicendum est ad secundum.

Sequitur in textu. ¶ Est autem, & olfactus per mēdium ut aerem & aquam &cætera. ⁊ Hęc est lectio uigesima eiusdem libri, & in cōmento Sancti Thomę.

ISTVD est decimumquartum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus determinās de immutatione olfactus ab odore ponit tres conclusiones, quarum Prima est quod aer & aqua sunt mediū odoris. Probat, quia spēs odoris diffunduntur per aerem & aquam, ergo &c. Antecedēs patet per sensum. Nam uultures per magnum spatium ueniunt ad cadauera mortuorū, quòd non facerent nisi species odoris diffunderentur per aerem, & aquatica, ut pisces, odores sentiunt, ut patet ad sensum. Secunda conclusio est. Idem sensus olfactus secundum speciem est in omnibus animalibus, tam rationalibus, quā irrationalibus. Hæc conclusio probatur duabus rationibus Philosophi, quarum prima est. Nam sensus distinguuntur pene sensibilia. sed olfactus in omnibus animalibus ordinantur ad idem sensibile, uidelicet ad odorem, ergo &cæ. Præterea. Ille sensus est unus, cuius sunt eadē corruptiua, sed tam olfactus hominis, quàm aliorum animalium corrumpuntur propter excellentiam odoris, ergo idem ut supra. Contra hanc conclusionē arguitur tali ratiōe Philosophi. Aliqua sunt animalia, quæ odorant respirādo, aliqua uero odorant non respirādo, ergo uidetur quòd non est idem olfactus in omnibus animalibus. Dicendū q̄d est idem olfactus secundum essentiam, sed est diuersus modus odorandi, qui prouenit ex diuersa dispositiōe organi. Nam organū olfactus in homine differt ab organis aliorum animalium, quia organū odorat⁹ in hoīe est cū cooperculo, in aliįs uero animalibus nō respirantib⁹ est sine cooperculo. Ex quo infert Philosophus quod respirantia non odorant in aquis. Tertia conclusio est, quod organum olfactus est in potentia ad odorem & siccitatem. Cuius ratio est, quia sicut se habet organum uisus ad colorē, & lumen, ita se habet organum olfactus ad odorem & siccitatem, cū odor fundetur in sicco, sicut sapor in humido, sed organum uisus est in potentia ad colorē & lumē, ergo organum olfactus debet esse in potētia ad odorem & siccū. Circa prædicta dubitatur utrum odor transfundat suas species in aere realiter uel intentionaliter. Et uidet q̄d realiter. Nam poma odorem emittentia deficcātur, quod non fieret, nisi esset realis euaporatio, ergo odor realiter transfunditur in medio. Præterea. In oī euaporatione est fumalis euaporatio, sed talis habet esse reale in medio, ergo idē ut supra. Præterea. Bestię syluestres dum uolunt quiescere in aliquo loco faciūt magnū saltū ne canes ipsas percipiāt per odorem, sed hoc non esset nisi odor realiter esset in medio, ergo &c. Dicendū odor transfunditur realiter in medio quantum ad aliquam partē, non tñ quantum ad totū medium. Prima pars illius patet per argumēta iam facta. Secūda pars probatur, quia fertur quod uultures p quingenta miliaria & amplius ad cadauera mortuorū ueniunt propter odorem, sed impossibile est q̄d talis odor per tñ spatiū possit diffundi realiter, cū uniuscuiusq; rei sit determinatus terminus rarefactionis uel euaporationis. Ad argumenta omnia dubij patet solutio ex dictis.

Sequitur in textu. ¶ Gustabile autem &c. ⁊ Hęc est lectio uigesimaprima eiusdem libri, & in commēto Sancti Thomę.

ISTVD est quintumdecimum capitulum presentis tractat⁹, in quo Philosophus determinās de gustu ponit quatuor cōclusiones, quarum prima est, quod Gustus percipit suum obiectum. s. saporē per medium intraneum. Hæc cōclusio probatur tali ratione. Nā tactus percipit suum obiectū per mediū intraneū, sed gustus est quidam tactus, & gustabile est quoddam tāgibile, ergo segī quod gustus percipit suum obiectum per mediū intraneū. Pro cuius declaratione cōsiderandum est sēm Doc. san. quod duplex est medium sensus. Quoddam est mediū intraneum, q̄d dicitur pars aīalis de constitutione eius existens, utputa caro. Aliud est medium extraneum, q̄d scilicet non est pars animalis, utputa aer uel aqua. Gustus ergo & tactus percipiūr sua obiecta per medium intraneū. Aliį uero sensus per medium extraneum, ut ex supradictis patet. Contra prædicta sic primo arguitur. Si gustus esset quidam tactus, sequeretur quod non essent nisi quatuor sensus exteriores, consequens est contra omnem doctrinā

Universidad de Deusto
Biblioteca

I Philosophorum,ergo &c.Præterea. Aliquis in aqua existens,percipit saporem alicuius corporis distantis, ergo uidetur ꝙ gustus non semper percipiat suum obiectum per medium intraneum.Ad primum dicendum ꝙ gustum esse tactum potest intelligi dupliciter. Vno modo quãtum ad essentiam sensuum. Alio modo quantum ad modum sentiendi. Gustus ergo dicitur tactus secundo modo,non autẽ primo modo, quod patet tali ratione Doctoris sancti. Nam ita se habet gust⁹ ad tactum, sicut se habet obiectũ gustus.ſ.sapor ad obiectum tactus.ſ.ad quatuor qualitates tãgibiles,sed manifestum est quod sapor non est essentialiter qualitas aliqua de qualitatibus tangibilibus, ergo essentialiter gustus non est quidam tactus.Ad secundum dicendum ꝙ aliquis existens in aqua non percipit saporẽ corporis distãtis vt distãs est,scdm ꝙ dicit hic Doc.sanc. sed percipit saporẽ corpis,ut distans,secundũ ꝙ admixtum est cũ aqua.Secunda conclusio. Gustabile nõ põt percipi a gustu sine humiditate.Hęc cõclusio probatur tali ratione.Sicut se hẽt color ad lumẽ ꝓ respectum ad uisum, ita se habet sapor ad humidũ per respectũ ad gustum, sed color nõ põt percipi à uisu sine lumine,ergo sapor nõ põt percipi a gustu sine humiditate.Ex quo infert ꝙ gustabile debet esse uel actu humidũ,uel aptũ natũ humiditatem suscipere.Tertia cõclusio. Gustus nõ solũ percipit gustabile,sed etiã nõ gustabile.Hęc cõclusio pbatur tali ratione. Nã sicut se hẽt uisus ad uisibile & nõ uisibile,ita se habet gustus ad gustabile,et nõ gustabile sed mãifestũ est qd'uisus nõ solũ pcipit uisibile,sed etiã nõ uisibile, utputa tenebras,ergo &c. Pro cui⁹ declaratione ꝓsideradũ est scdm Doc.san.quod aliqd dicitur gustabile tripl'r. Vno mõ illud dicit̃ gustabile,qđ hẽt bonũ gustũ.Secundo modo dicitur gustabile,quod hẽt prauũ gustum.Tertio mõ dr̃ gustabile,quod hẽt paruũ gustum.Et ꝓ oppositum aliqd dicitur non gustabile tripl'r.Vno modo, qđ non est aptũ natum aliquo modo immutare gustũ. Alio modo dicit̃ non gustabile,quod non potest immutare gustum, nisi praue. Tertio modo dicitur nõ gustabile,quod nõ potest immutare gustum cum magna quantitate, licet bene posset immutare cum modica.Considerandum est secundo qđ gustum percipere non gustabile potest intelligi dupl'r. Vno modo per se & positiue.Alio modo per accidẽs & priuatiue.Primo modo gustus non potest percipere non gustabile,sed bene secundo modo.Quarta conclusio. Instrumẽtum siue organum gustus nõ est humidũ actu scdm seipsum,nec est tale qđ nõ possit fieri humidum. Hęc cõclusio probatur tali ratione.Nam sicut se habet organum uisus ad lumẽ,ita se hẽt organum gust⁹ ad humidum,sed organum uisus non habet in se lumen inquantum huiusmodi,nec est susceptiuũ coloris,ergo &c. Idẽ patet a signo. Nam lingua existens sicca, aut ualde humida non potest sentire,ergo signum est quod organum gustus , quod est in lingua nõ est actu humidũ.Circa prædicta primo dubitatur de speciebus saporis.Dicendum qđ septẽ spẽs saporis superius enumerãtur,quę cõtinẽtur in his uersib⁹.Dulcis & austerus,salsus quoꝙ pinguis amarus.Põticus acutus,spẽs sunt istę saporis , quarũ specierũ sic põt formari sufficientia. Nã tales spẽs aut rationẽ hũt extremorũ, aut rationẽ mediꝝ.Si primum,sic sunt dulce,& amarum.Si secũdum,hoc est dupliciter,uel hũt rationem mediꝝ per participationem,uel per æquidistantiam,si secundum , sic est acutum.Si primum,& hoc est dupliciter , uel tale mediũ mediat inter dulce & acutum,uel inter amarum & acutũ. Si primum,hoc est dupliciter,uel magis accedit ad dulce, sic est pigue,uel magis accedit ad acutum, sic est austerũ. Si secundum,hoc est dupliciter , uel magis etiam accedit ad acutum,sic est salsum,uel magis accidit ad amarũ , sic est ponticum,de quibus in libro de Sensu & Sensato latius disputatum est. Dubitatur secundo utrum sapor sit proprium obiectum gustus.Et uidetur quod non. Nam illud,quod est inferius ad obiectum alicuius potentię, non potest esse obiectum alterius potẽtię, sed sapor est quodam inferius obiecti ipsius tact⁹, cum omnẽ gustabile sit tangibile,& non econuerso,ergo uidetur qđ sapor nõ sit obiectum ipsius gustus.Præterea. Obiectum per se & proprium alicuius potentiæ non percipitur ab alia potẽtia,cũ sensibile propriũ dicatur illud, quod ab uno sensu aptum natum est percipi,sed sapor percipitur a tactu,ergo &c. Præterea.Illud,quod gustum immutat est obiectum eius, sed humor salualis immutat gustum, ergo est obiectũ ei⁹ & non sapor.Dicendum qđ sapor formaliter sumptus, videlicet inquantum sapor,est per se & proprium obiectum ipsius gustus.Quod posset probari eadẽ ratione, qua probatum est supra de obiecto.Ad primum dicendum quod sapor nõ cõtinetur sub quatuor qualitatibus tangibilib⁹, sicut inferius sub suo superiori , nec etiã gũstus cõtinetur sub tactu,sicut inferi⁹ sub suo superiori essentialiter loquẽdo,sed solũ quantum ad modum sentiẽdi , ut supra dictũ est.Ad secundum dicendum quod sapor per se,& formaliter non percipitur a tactu,sed solum inquantũ causatur a qualitatibus tangibilibus . Ad ultimum dicendum quod humidum salíuale instrumentaliter concurrit ad gustũ nõ obiectiue,unde ratio non sequitur &c.

Sequitur in textu. ⁋ De eo autem &c. ⁋ Hic incipit lectio vigesimasecunda eiusdem libri , & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est decimumsextũ capitulũ pręsentis tractatus,in qđ Philosophus determinãdo de sensu tact⁹ & de tangibili,ponit duas cõclusiones,per quas soluit duas dubitationes,quarũ prima est.Sensus tactus non est unus formaliter sed plures.Hæc conclusio probat̃ tali ratione Philosophi.Nam unus sensus est unius contrarietatis per se & primo,sed sensus tactus nõ est tantum unius contrarietatis per se primo, cum obiectum ei⁹ sint quatuor qualitates tãgibiles ſ.calidum,frigidum,humidũ,& siccũ, ergo sequit̃ qđ tact⁹ nõ est unus sensus formaliter. Contra hãc cõclusionem sic arguitur. Audit⁹ non est solũ uni⁹ contrarietatis,nũ est grauis & acuti,magnitudinis & paruitatis,lenitatis & asperitatis &c. quę sunt diuersa contraria, & tamen auditus est unus sensus,licet sit diuersarũ cõtrarietatum.Præterea. Organũ tactus est unum qđ dicit̃ esse quidã neruus diffusus per totũ corpus per modũ cuiusdam retis,consistens in media proportione qualitatũ tangibilium,ergo tact⁹ est un⁹ sensus, cũ diuersorũ sensibiliũ sint diuersa organa.Præterea Gust⁹ est quidam tact⁹, utsupra cõcessum est,ergo,si tact⁹ nõ esset un⁹ sensus formaliter, sequeretur qđ gust⁹ nõ esset un⁹ sensus formaliter, cõsequens est falsum,cũ gust⁹ habeat unũ obiectũ.i.saporẽ. Præterea. Si tact⁹ nõ esset un⁹ sensus formaliter,sequeretur qđ non tantũ essent quinq; sensus exteriores, cõsequens est falsum,et contra omnem regulam Philosophorũ,ergo &c.Præterea. Accidentia multiplicãtur ad multiplicationem suorũ subiectorũ,sed subiectum tact⁹ est unũ formaliter,ergo idem ut supra Ad primum respondet hic Philosoph⁹ negando consequentiam,quia diuersę contrarietates soni habent aliquod cõmune subiectum , uidelicet sonũ,sub cui⁹ratione formali habẽt immutare sensum auditus,sed quatuor qualitates tangibile non habent aliquod commune subiectũ,unde ratio non est similis.Item ad argumentũ soluit Doc.san.alia solutione. Nam plures contrarietates esse alicui⁹ subiecti communis siue generis põt intelligi dupliciter.Vno modo qđ sint plures contrarietates per se & primo,& sic ipsi⁹ coloris aut soni nõ sunt plures cõtrarietates. Alio modo ꝙ sint plures contrarietates secũdario & ꝓ accidens,una tamẽ primo & per se, & isto modo ipsi⁹ soni, similiter & coloris possunt esse plures cõtrarietates.Quando aũt dicitur qđ unus sensus est uni⁹ cõtrarietatis tantum,intelligitur per se primo. Mõ inter quatuor qualitates tangibiles sunt diuersæ cõtrarietates per se & primo respectu tact⁹.ideo tact⁹ non potest esse unus sensu formaliter.Sed cõtra primam solutionem sic arguitur.

A tur.Omnium corporum est unum subiectum cõe, uidelicet,corpus,sed quatuor qualitates tangibiles sunt accidẽtia corporalia , ergo habent unum subiectum commune. Ad hoc respondet Doc.san. in litera ꝙ qualitatum tangibilium esse unum subiectum commune,potest intelligi dupliciter.Vno modo accipiendo subiectum pro genere,qđ se habet ad differentias diuidentes sicut potentia ad actũ, & illo modo non hũt unum subiectum commune . Alio modo accipiendo subiectum pro substantia,quæ est subiectum accidentium,& isto modo dictę qualitates hũt aliquod cõe subiectum.Contra hanc solutionem sic arguit. Contraria omnia ponuntur sub aliquo genere,ut patet in prædicamentis &.10.metaphy.ergo qualitates tãgibiles, quæ contrariantur abinuicem continentur sub aliquo genere,& sic hũt aliquod cõe subiectum, accipiendo subiectum pro genere . Dicendũ qđ licet prædictæ qualitates habeãt aliquod genus remotum,non tñ hũt unum genus propinquum,uel dicendum & forsitan melius ꝙ licet dictę qualitates contineantur sub aliquo genere logico, nõ tñ continentur sub genere subiecto , cum nõ cõueniant in aliqua ratione formali immutationis. Ad secundum dicẽdum ꝙ organum tactus est unum materialiter, & tñ plura formaliter.Cuius ratio est,quia organum tactus consistit in media proportione qualitatum tãgibilium ut dictũ est in obiꝯiendo,sed diuersarum contrarietatũ sunt diuersæ medię proportiones,cum igitur, inter qualitates tangibiles sint diuersæ cõtrarietates, relinquitur qđ in organo tactus sint diuersæ medię proportiones, & per consequẽs illo modo organum non est unum formaliter. Ad tertiũ dicendum negando sequelam, quia gust⁹ habet cõe obiectum formaliter,quod non contingit in tactu , ideo ratio non segtur ꝑterri cũ gustus non sit tactus essentialiter , ut supra declaratum est. Ad quartum dicendũ,qđ licet sint tñ quinq; sensus exteriores in genere,pñt tñ esse plures i specie.Ad ultimũ dicendũ ꝙ accidentia materialia multiplicãtur ad multiplicationẽ subiectorũ , nõ aũt specifice, unde tact⁹ est bñ unus sensus materialiter et subiectiue,est tñ plures formaliter & obiectiue.Secunda cõclusio. Caro nõ est organũ tact⁹.Hęc cõclo probatur dupl'r.Primo sicut se hz aer ad uisum,ita se habet caro ad tactũ, sed aer non est organũ uisus, ergo caro non est organum tactus. Præterea.In lingua sunt duo sensus, ꝛputa gustus & tactus,ad quorum sensuum actionem concurrit caro , ergo signum est ꝙ caro non est organum tactus , quia pari rõne esset organum gustus, & sic gustus & tact⁹ non essent plures sensus,cum diuersorum sensuũ sint diuersa organa. Et si dicatur,statim ad tactum carnis sentimus tãgibilia, ergo uidetur ꝙ caro est organum tactus. Ad hoc respondet Philosophus negando consequentiam , cuius rõ est, quia si aliqua pellicula extenderetur supra carnem statim ad tactum illius pellículę sentiretur tangibile, & tñ propter hoc non esset dicẽdũ ꝙ talis pellicula esset organum tactus.Vñ licet ad tactũ carnis immediate sentiatur tãgibile,non sequitur tñ qđ caro sit organũ tactus.

B

Sequitur in textu. ⁋ Dubitabit autẽ si oẽ corpus profundum habet &c. ⁋ Hęc est lectio uigesimatertia huius secundi libri , & in cõmento Sancti Thomæ.

ISTVD est decimũseptimũ capl'm huius secundi tractatus,in quo Philosophus determinãdo de medio extraneo ipsius tactus ponit tres conclusiones,quarũ prima est.Inter tangens & tactum cadit medium extraneũ. Hæc cõclusio ꝑbat̃ tali ratione. Nam illud tangẽs aut est in aqua aut in aere,quodcũqꝫ dicatur, semper inter tãgẽs & tactum mediat humiditas aut aerea,aut aquea, quę cũ sit qualitas,nõ põt esse nisi in corpore subiecto , ergo inter tãgẽs & tactũ cadit medium extraneũ , uidelicet, aut aer aut aqua.Verũtñ qđ aer mediet ẽ nobis magis ímanifestum & latens q̃ aqua,cũ primo, ga cõtinue sum⁹ in aere,ideo aer est minime perceptibilis à nobis , tñ secundo, ga aer est spiritualior q̃ aqua . Cõtra prędictã cõclusionẽ sic arguitur.Si inter tãgens & tactũ caderet mediũ,sequeretur qđ in tangibilibus esset procedere in infinitum, consequens est falsum,ergo & antecedẽs.Patet sequela, quia medium illud tangeret tactum. Si ergo inter tangens & tactum caderet medium, cũ ipsum medium etiã sit tactũ, inter tangens & ipsum medium caderet aliud medium tactum,& sic esset ꝓcedere in infinitum Præterea. Si aqua ponatur super organum tactus immediate perciperetur à tactu ut ad sensum patet,ergo inter tangens, & tactũ nõ cadit medium.Præterea. Si inter tangens & tactum esset aliquod medium,maxime esset aer uel aqua, ut hic innuit Pb⁹s,sed aer uel aqua non possunt esse mediũ tactus , qđ sic patet,quia medium alicuius sensus nõ hẽt actu formaliter rationẽ sui obiecti,sicut diaphanum non habet actu colorem aut lumẽ,sed aer & aqua hũt actu aliquas qualitates tãgibiles,quę sunt formaliter obiectum tact⁹.ergo &c.Præterea.Medium tact⁹ est caro, ut in prędicti capitulo declaratũ est,sed caro non est aer aut aqua, sed mixtũ ex his,ergo aer & aqua non sunt medium tactus &c. Ad primũ dicẽdũ qđ inter tãgẽs,& tactũ cadere mediũ extraneum potest intelligi dupliciter, ꝛl loquẽdo de corporibus tangibilibus siccis,uel humidis. Si loquamur de tangibilibus humidis,sic inter tangens & tactum nõ cadit medium extraneũ, ut uoluit argumẽtũ. Si uero loquamur de tangibilib⁹ siccis,sic inter tãgẽs,& tactũ cadit medium extraneũ,ut uoluit ꝓclusio . Et ꝓ hoc patet solutio ad secundum.Ad tertiũ respõdet Auerro.dicẽs, qđ corpora nr̃a nõ pñt pati ab elemẽtis,nisi rõne alicui⁹ admixtionis, cũ elemẽta habeãt se ut locãtia,& corpora nostra ut locata,nec elemẽta pñt alterari abinuicem, nisi ratione alicui⁹ qualitatis admixtę, ad quam quidẽ admixtionẽ aqua & aer sunt in potentia.Sed hæc rẽspõsio stare nõ põt vt dicit hic Doc.san.cũ primo quia corpora nr̃a se hñt ad elemẽta in ratione locãtis,sicut unum elemẽtũ patiť ab alio, sed unũ elemẽtũ est locãs respectu alterius , ergo corpora nostra pñt pati ab elemẽtis,dato qđ elemẽta sint locãtia. Tũ secundo , quia elemẽta quãtum ad aliquã eorũ partẽ sunt corruptibilia,sed corruptio nõ fit sine alteratione, ergo elementa pñt abinuicẽ alterari.Dicẽdũ ergo est primo qđ elemẽta dupl'r pñt cõsiderari.Vno mõ quãtũ ad qualitates actiuas & passiuas,et isto mõ corpora nr̃a possunt pati ab elemẽtis,& ipsa elemẽta possunt inuicem alterari, nec ut sic elemẽta hũt rationẽ locãtis.Alio modo possunt cõsiderari fm suas formas substãtiales,quas cõsequuntur ex actione corporis cęlestis,sic habent rationem locãtis, unde corpora nostra ab eis non possunt pati secundũ qđ huiusmodi,unde corpus locãs est magis ꝑseruatiuũ locati q̃ destructiuum. Dicẽdum secundo qđ licet aer & aqua habeãt qualitates tãgibiles & in actu cõpleto,si scdm eorum substantiam considerentur, si tñ considerẽtur ut medium tactus,sic non habent illas qualitates tangibiles in actu completo,sed eas habent in actu incõpleto, q̃ cõparat⁹ ad actũ cõpletum hẽt rationem potentiæ.Ad quartũ dicendum qđ caro dicit̃ medium intraneum , & generale ipsius tact⁹.aer uero & aqua dicũtur esse mediũ extraneũ & non generale,& licet etiam alĩ sensus.ſ.uisus & auditus habeãt mediũ extraneum sicut sensus tact⁹, tamẽ diuersimode sensus tactus immutat̃ à tali medio q̃ alĩ sensus.Nã illud medium simul & semel immutatur a qualitatib⁹ tangibilibus & immutat tactum,ut cum aliquis alium percutit per clipeum simul & semel immutat clipeum & organum tactus,sic non est in alĩs sensibilibus.Nã diaphanũ, quod est medium uisus immutator a lumine et ipm immutatum immutat organum uisus. Et si dicat̃ immutatio uisus & diaphani sit in instanti,ergo simul & semel diaphanum immutatur à lumine & uisus à diaphano,& per consequens non est differentia inter immutationẽ uisus & tactus a suis immutationibus medĩs,dicendũ qđ ly simul, põt dicere ordinem tpis tm̃,& ordinẽ tpis & cãliratẽ si-

C D E F G H

Universidad de Deusto
Biblioteca

mul,si dicat ordinē ſpis tantum, ſic mediū uiſus ſimul immutatur à lumine,& uiſus à medio, ſi uero dicat ordinem tēporis & cauſalitatē ſimul,ſic ſenſus uiſus & diaphanū, quod eſt mediū eius nō ſimul immutātur. Iſto aūt ultimo modo tactus & medium eius ſimul immutatur. Ex prædictis maxime infertur ſecundum Philoſophum q̄ caro nō poteſt eſſe organum tactus,qa ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationem,ſed tangibile immediate poniſ ſupra carnem,& ſic poſitum ſentitur, ergo ſequitur q̄ caro nō eſt organū tactus. Scda cōcluſio. Organum tactus nō habet in ſe qualitates tangibiles. Probatio Philoſophi. Sicut ſe habet organum uiſus ad lumen & ad colorem, ita organum tactus ad qualitates tāgibiles, ſed organū uiſus non habet in ſe actu lumen aut colorem. ergo &c. Si dicatur. Mixtū hēt in ſe qualitates tangibiles, ſed organū tactus eſt corpus mixtum, cū ſit neruus quidam protenſus per totum corpus,ergo habet in ſe qualitates tangibiles. Dicendum q̄ corpus mixtum non habet in ſe qualitates tangibiles in actu completo,ſed ſolum in actu incōpleto, qui habet rationem potētię per cōparationem ad actum, completū,ut dictum eſt ſupra. Tertia concluſio. Tactus eſt non ſolum ipſi⁹ tangibilis,ſed etiā nō tangibilis. Probatio,quia uiſus non ſolū eſt ipſius uiſibilis, ſed etiā inuiſibilis,ut ex ſupradictis patet, ergo tactus nō ſolum eſt tangibilis,quia de ſimilibus idem eſt iudicium. Considerādū tamen eſt q̄ aliquid non tangibile poteſt conſiderari dupliciter ſm Philoſophū. Vno modo,qa parū habet de qualitate tāgibili ſicut aer. Alio mō,quia hēt aliquā qualitatem tāgibilem in excellētia nimia. Dicit aūt utrūq; intāgibile priuatiue quaſi male percepibile ſenſu tact⁹, qa aptū natum eſt priuatiue immutare tactum.

Sequitur in textu. ⁊ Oportet autem univerſaliter de omni ſenſu accipere &c. ⁊ Hæc eſt lectio vigeſimaquarta, & ultima eiuſdē libri, & incōmento Sancti Thomæ.

ISTVD eſt decimūoctauum & vltimū capitulū huius ſecundi tractatus de anima, in quo Philoſoph⁹ determinando de ſenſu in communi, ponit tres cōcluſiones, quarum prima eſt. Sēſus eſt ſuſceptiuus ſpecierū ſine materia. Hæc concluſio probatur per exemplū Philoſophi. Nam cæra recipit figurā anuli ſine materia, uidelicet ſine metallo, aut ſine auro, ergo ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia. Ex quo patet q̄ formæ rei ſenſibilis aliter ſunt in re ſenſibili, & aliter ſunt in ſenſu, quia ſunt in re ſenſibili ſecūdum eſſe materiale, & in ſenſu ſunt ſecūdū eſſe ſpūale ſiue intentionale. Cōtra hanc cōcluſionē ſic arguitur. Proprium eſt intellectus eſſe ſuſceptiuū ſpērū ſine materia, ergo ſenſus nō eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia, præſertim cū ſit materialis potētia. Preterea. Senſus p excellentiā ſenſibiliū corrūpitur, ut hic probat Ph⁹, ergo uidetur q̄ ſenſus ſuſcipiat ſpecies materialiter & realiter. Ad primū dicēdū q̄ intellectus eſt ſuſceptiuus ſpērū intelligibilium ſine materia & ſine conditionibus materialibus, abſtrahit enim intellectus ab hic & nunc, ut infra in tertio huius patebit, ſed ſenſus non eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine conditionibus materialibus, licet ſuſcipiat eas ſine materia. Item ſenſus recipit illas ſpecies in aliquo organo corporali, intell⁹ autē ſuſcipit ſpecies ſine organo, ideo nō eſt ſimile de ſenſu & intellectu. Ad ſecundum negatur conſequentia, quia licet excellentia ſenſibilium corrūpat ſenſum, qū videlicet corrumpit proportionem inter organum ſenſus & ſenſibilia, non tamen propter hoc oportet q̄ ſenſibile ſuſcipiat in ſenſu ſecundum eſſe materiale. Secunda concluſio. Organum ſenſus corrūpitur pp excellentiam ſenſibiliū, hęc cōclo pbatur tali rōne. Nā oportet inter organū ſenſus & ſenſibile eſſe quādā proportionē, ergo dū iſta proportio corrūpitur, ipm organū corrūpit, ſed propter excellētiā ſenſibiliū corrūpitur talis proportio, ergo &c. Ex hac ratione infertur q̄ plantę nō habēt ſenſum aliquem, quod ſic patet, quia non habent ſenſum tactus, ergo non habent aliquem ſenſum. Antecedēs patet, quia ad ſenſum tactus requiritur determinata proportio, uidelicet medietas ſecundū cōplexionem ad qualitates tangibiles, ſed plāte nō hn illam determinatam proportionē ſiue complexionem, ergo &c. Contra prædicta ſic arguitur. Sicut ſe habet intellectus ad intelligibile, ita ſe habet ſenſus ad ſenſibile, ſed intellectus non corrumpitur propter excellentiam intelligibilium, ſed perficitur, ergo uidetur q̄ ſenſus propter excellentiam ſenſibiliū non corrūpatur. Præterea. Propria paſſio nō corrumpitur per ſuum proprium actum, ſicut nec perfectibile per ſuā perfectionē, ſed ſenſibile eſt propria paſſio ipſius ſenſus, ergo &c. Præterea. Plantę patiuntur à qualitatibus tangibilibus, ergo uidetur q̄ habeāt tactum, cū ſenſus conſiſtat in quodam pati, ut ſupra dictum eſt. Ad primum dicendum q̄ maior illa non eſt uera, ſi ly ſicut, dicat ſimilitudinem identitatis, ſiue adequationis. Nam intellectus ſuſcipit intelligibile ſine organo corporali, ſenſus uero ſuſcipit mediante organo corporali unde non eſt ſimile. Ad ſecūdum dicendum q̄ proprium perfectibile nō corrumpitur per ſe per propriam perfectionem, ſed per accidens, ſenſus uero corrumpitur per excellentiam ſenſibilium per ſe, uidelicet ad corruptionem proportionis, quę requiritur inter organum & ſenſibile. Ad tertium dicendum q̄ plantę licet patiantur à qualitatibus tangibilibus, non patiūtur tamē ab eis ſicut ſenſus à ſenſibili, & ideo non oportet q̄ habeant ſenſum. Tertia concluſio. Licet oia inanimata corruptibilia patiātur a qualitatibus tangibilibus ipſi⁹ tact⁹, non tamen omnia patiuntur à qualitatibus ſenſibilib⁹ alio rum ſenſuum, ſed ſolum aer et aqua, prima pars concluſionis patet tali ratione Nam omnia inanimata predicta, alterantur, cum ſint corruptibilia, ſed non uidentur poſſe alterari, niſi a qualitatibus tangibilibus, ergo patiūtur ab eis, quia alterari eſt quoddam pati, ſecunda pars patet ad ſenſum. Nam aer patitur ab odore, cum aliquādo patiatur fœtorem, ergo aliqua inanimata patiuntur ab alīs ſenſibilibus. Et dicatur. Quicquid patię ab odore habet olfactū. ergo &c. ſed aer non habet olfactum, ergo &c. Dicēdum q̄ quicquid patitur ab odore per ſenſationem quandam habet olfactum, non autem ſi patiatur ſimpliciter per modum actionis abſolute. Aer autē non patię p ſenſationem, ideo nō oportet q̄ habeat olfactum. Ite qui uoluerit predicta diffuſius perluſtrare uideat cōmētū ſancti Thomæ in ultima lectione hui⁹ ſecūdi. Hęc aūt ad preſens ſufficiāt de ſecundo libro de aia ſcm diuiſionem dicti Doctoris. Licet ſecūdū alios diuerſos diuerſimode terminetur ſecūdus liber de aia, ut patebit in capitulo ſequenti.

BREVIS RECOLLECTA SVPER tertium librum de anima Ariſto. ſecundum magiſtrum Dominicum de Flandria ordinis prædicatorum.

Sequitur in textu. ⁊ Quod autem non ſint ſenſus preter quinq; &c. ⁊ Hæc eſt lectio prima huius tertij libri, & in commento Sancti Thomæ.

HIC incipit tertius liber de anima ſecundū Doc. ſan. ubi Philoſophus incipit determinare de potentia intellectiua per cōparationem ad ſenſum. Antiqui enim Philoſophi non poſuerunt differētiam inter ſenſum, & intellectum, ideo Philoſophus removens iſtam opinionem oſtendit in principio huius Tertij libri, intellectum nō eſſe ſenſum. Sed ſecundum Egidium & Albertum. Tertius liber incipit. ibi. ⁊ Quoniā aūt duabus differentijs. ⁊ Secundum aūt modernos incipit. ibi. ⁊ De parte autem animæ. ⁊ Diuiditur autem iſtæ liber in quatuor tractatus. In primo tractatu oſtēdit Philoſophus q̄ præter

præter quīque ſenſus particulares oportet ponere ſenſum communem. In ſecundo oſtendit intellectum non eſſe ſenſum ibi. ⁊ Quoniam autem duabus differētijs. ⁊ In tertio uero determinat de potentia intellectiua ſecundum ſe & de ſuis partibus, uidelicet de intellectu poſſibili & de intellectu agente, ibi. ⁊ De parte aūt aię. ⁊ In quarto determinat de potentia motiua. ibi. ⁊ Quoniā autem anima. ⁊ Primus tractatus cōtinet tria capitula. In primo capitulo oſtendit q̄ non eſt ponēdus alius ſenſus proprius preter quinq; prædictos. In ſecundo capitulo oſtendit Philoſophus quōd neceſſe eſt ponere aliquem ſenſum communē præter quinq; ſenſus proprios ex hoc q̄ ſenſus percipit ſe ſentire. ibi. ⁊ Quoniam autem ſentimus. ⁊ In tertio capitulo oſtendit idē etiam ex hoc q̄ ſenſus diſcernit inter ſenſibilia propria. ibi. ⁊ Vnuſquiſq; quidē igitur ſenſus etc. ⁊ In primo capitnlo ponuntur duę cōcluſiones, quarū prima eſt. Quia non eſt ponendus alius ſenſus proprius præter quinq; ſuperius enumeratos. Hæc concluſio probatur tali ratione Philoſophi. Nam animalia perfecta hūt omnes ſenſus, ſed non habent niſi quinq; ſenſus exteriores, ergo præter illos quinq; ſenſus non eſt ponendus alius. Probatio maioris. Nam quicūq; habet aliquod organum ſenſus, per quod nata ſunt aliqua ſenſibilia cognoſci, ille pōt cognoſcere omnia ſenſibilia, quæ nata ſunt cognoſci per illud organum, ut patet inductiue per ſingula organa ſenſus, ſed animalia perfecta hūt omnia organa ſenſus, ergo cognoſcere poſſunt omnia ſenſibilia, & per conſequens habent omnes ſenſus, cum igitur non habeant niſi quinq; ſenſus non erit alⁱ⁹ ſenſus reſpectu propriorum ſenſibiliū preter quinq. Ex quo patet q̄ tantum ſunt quinq; ſenſus exteriores & proprij, uidelicet uiſus, auditus, olfact⁹, guſtus, & tactus. Quorum ſic poteſt formari ſufficientia. Nam ſenſus eſt quędam potentia paſſiua, quæ apta nata eſt immutari a ſenſibili exteriori, uel ergo immutatur ſecūdum immutationem ſpiritualem tantum, & ſic eſt uiſus, uel immutatur cum immutatiōe ſpirituali etiā immutatione naturali, & hoc dupliciter, quia uel talis immutatio naturalis eſt ſolum ex parte obiecti, uel ex parte organi. Si primum, hoc eſt dupliciter, quia uel talis immutatio ſit p motū localem & ſic eſt auditus, nam obiectum eius. ſ. ſonus trāsfunditur per motū localem, uel ſit per alterationem, & ſic eſt olfactus. Nam odor per quandam trāsmutationē trāsfertur per medium, ſi uero talis immutatio fiat ex parte organi hoc eſt dupliciter, uel tale organū eſt diffuſum per totū corpus, & ſic eſt tact⁹, uel eſt in determinata parte corporis, & ſic eſt guſtus. Ex prędictis pōt hic clare elici q̄ uiſus ſit primus ſenſus, cum ſit magis immaterialis quām alⁱ ſenſus. Secūdus eſt audit⁹. Tertius eſt olfactus. Quartus guſtus. Quintus tactus. Cōtra prædictā concluſionem arguitur ſic. Sicut ſe hēt intell⁹ ad intelligibilia, ita ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, ſed ad intelligendū omnia intelligibilia ponitur unus intellectus, ergo ad ſentiēdum omnia ſenſibilia ſufficit unus ſenſus, & ſic nō erūt quinq; ſenſus exteriores, ſed unus tantum. Præterea. Senſus tactus nō diuiditur cōtra guſtum, ut ſupra dictum eſt, quia guſtus eſt ſenſus ipſius tact⁹, ergo idem ut ſupra. Præterea. Senſus exteriores ſunt ſuſceptiui accidentiū, ſed plura ſunt accidētia in genere diſtincta quā quinq;, ergo uidetur quōd ſint plures ſenſus quā quinq;, cum diſtinctio potentiarum ſumatur a diſtinctione obiectorum. Ad primum dicendum negando conſequētiam, & ſimilitudinē, quia intellectus eſt potētia ſpiritualis, ſenſus uero eſt potentia organiçata, ideo licet ponatur tantum unus intellectus ad intelligendum omnia intelligibilia, nō tamen propter hoc oportet quōd ponatur ſolum unus ſenſus. Ad ſecundum dicendum q̄ tactus pōt dupliciter conſiderari. Vno mō in cōmuni, uidelicet pro oi potētia, quæ immutat immutatione ſpirituali & immutatione organi, & iſto modo guſtus dicitur ſenſus ipſius tactus, & ſic tactus non dicit propriū ſenſus. Alio mō accipit tact⁹ in ſpāli & ꝓprie, vz, p illa potētia, quę apta nata eſt imutari imutatione naturali ex ꝑte organi, q̄ quidē organū eſt diffuſum p totum corpus, & iſto mō guſt⁹ nō eſt ſenſus tact⁹, ſed diuidit cōtra ipſum. Ad tertiū dicēdū q̄ ſenſus exteriores nō ſunt ſuſceptiui per ſe primo omniū accidentium, ſed ſolum ſunt ſuſceptiui predictorum quinq;, a quorum diſtinctione formali ſumitur diſtinctio ſenſuum. Secunda concluſio. Nō eſt ponendus alius ſenſus proprius propter ſenſibilia communia. Hęc concluſio probatur tali ratione philoſophi. Quicquid cognoſcitur ab uno ſenſu, ut proprium ſenſibile eius, non cognoſcitur ab alio ſenſu per ſe, ſed ſolum per accidens, ſed ſenſibilia communia per ſe cognoſcuntur nō ſolum ab uno ſenſu, ſed a pluribus, ut ſupra in ſecundo declaratum eſt, ergo ſenſibilia communia non ſunt proprīū obiectum alicuius ſenſus, & per conſequens non eſt ponendus aliquis ſenſus proprius præter quinq; propter ſenſibilia cōmunia. Et ſi queratur quare ponant plures ſenſus exteriores in animalibus perfectis propter ſenſibilia propria. Ad hoc rūdetur ſcm Ph⁹m q̄ ratio hui⁹ eſt ut nos non lateāt ea, q̄ ꝑſequūtur ad ſenſibilia propria. q̄ vz. ſunt cōia diuerſis ſenſibus, ut mot⁹, figura, magnitudo &c.

Sequitur in textu. ⁊ Quoniam autē ſentimus quod uidemus & audimus &c. ⁊ Hęc eſt lectio. 2. huius tertij, & in cōmento Sancti Thomæ.

ISTVD eſt ſcm capitulū huius tractatus in quo Philoſophus uolens concludere preter ſenſus exteriores unum communem ſenſum eſſe ponendum, mouet tres dubitationes, quarum prima eſt. Vtrum uiſus percipiat ſe uidere, & arguo q̄ ſic. Nam homo ſentit ſe uidere, uel ergo ſentit ſe uidere ſenſu uiſus, uel alio ſenſu. Si primum habetur intētū, ſi ſecundū, aut ille alius ſenſus percipit colorem & ipſum uidere, uel pcipit ipm uidere, ſed nō colorē, nō pōt dici ſecūdum, qa uidere nō eſt niſi colorē percipere. Non ergo poteſt ſe percipere uidere nō pcipiēdo colorē, nec; primum pōt dici quia ſic uni⁹ obiecti, uidelicet coloris, eſſent duo ſenſus diſtincti, utputa uiſus, & ille alius ſenſus. Preterea. Si alio ſenſu pciperet hō colorē, & alio ſenſu pciperet ipm uidere, uel ille ſenſus qui percipit ipm uidere percipit ipſum colorē, uel nō, nō pōt dici ſcm, qa ſic eſſet proceſſus in infinitū, ſi dicat primū ſequitur q̄ eadē rōne ſtādū erat in primo. vz q̄ uiſus pcipit ſe uidere, ſicut ille alⁱ ſenſus pcipit ſe ſentire. Preterea. Eiuſdē potētię eſt pcipere colorē & uiſionē ipſam vt innuit hic Ph⁹, ſed manifeſtū eſt q̄ uiſus percipit colorē, ergo uiſus percipit ſuā uiſionē. In cōtrarū arguit Ph⁹. Nā nihil uidet niſi color & habēs colorē, ſed uiſio ſiue uidere nō eſt color neque habēs colorē, ergo uiſus nō uidet ſuū uidere. Ad hāc dubitationē Philoſophus adducit tres ſolutiones, quarū prima eſt. Actio ipſi⁹ uiſus eſt duplex. Quędā eſt cōſiſtēs in mutatione ipſi⁹ uiſus ab exteriori ſenſibili, & tali actione ne quicqd uidet eſt color uel coloratū, nec tali actione uiſus percipit ſe uidere. Alia eſt actio uiſus, quę attribuitur uiſui, ſecūdū q̄ poſt immutationē actualem ipſius organi iudicat de ipſa immutatiōe uel perceptione organi à ſenſibili, etiā abſente ſenſibili, & ſic uiſus nō uidet ſolū colorē uel ſentit, ſed ſentit etiā uiſionē coloris, & tali actione, uiſus percipit ſe uidere, Alia ſolutio eſt q̄ licet uidere nō ſit color uel coloratum, tamē in ipſo uidere eſt ſimilitudo coloris inq̄ſcū uidens eſt quaſi coloratū ex eo q̄ organū uiſus eſt aptū natum ſuſcipere ſpecies coloris, propter q̄ ipm uidere pōt percipi a uiſu. Tertia ſolutio. Idē eſt actus uiſibilis & actus ipſius uiſus, idem dico ſubiecto, licet differant ratione, ſicut idem eſt actus ſoni, uidelicet ſonatio, & actus auditus, uidelicet auditio, ſed manifeſtum eſt q̄ actio uiſibilis attribuitur uiſui, ergo actus ipſi⁹ uiſus, vtputa uiſio, attribuitur ipſi uiſui, & per cōſequēs eiuſdē potētię eſt percipere uiſibile & ipſam uiſionē, q̄ autē actus ſenſibilis & ipſius ſenſus ſint idem ſubiecto patet tali ratione, quia actio & paſſio, cum ſint quidam motus ſunt ſubiectiue in patiente, ergo actus ipſius ſenſibilis, q̄ dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

I quædam actio & actus ipsius sensus, qui consistit in quodam pati vt supra dictum est, sunt subiectiue in uisu, & illi duo actus sunt idem subiecto. Duæ autem rationes in principio dubij adductæ admittuntur ſm Philosophum. Sed contra primam solutionem sic primo arguitur. Nulla potentia materialis potest reflecti supra seipsam & supra suū actum, sed uisus est potentia materialis, ergo uisus nō. pōt habere reflexionem supra seipsam & supra suum actum, et per consequens uisus non potest percipere se uidere, nec potest percipere seipsum. Probatio maioris, quia uel ista reflexio fieret ſm partem, ita q̄ una pars reflecteretur super aliam uel sc̄m totum, non potest dici primum quia sic totum sic uaretur in minima particula, aut in puncto, nec potest dici secundum, quia sic idem nō reflectitur supra seipsum. Dicendum qđ uisus & quilibet sensus particularis potest cōsiderari dupliciter. Vno modo proprie prout est sensus particulariter distinctus cōtra communem, & isto modo uisus nulla actiōe percipit se uidere. Alio mōdo accipitur uisus pro sensu communi, inquantum, uidelicet eadem immutatiōe, qua immutatur uisus, immutatur sensus communis, & isto modo uisus percipit suum uidere q̄a ipsius sensus communis est iudicare de proprijs sensibilibus sensuum particularium Cuius ratio est, quia sicut se habet centrum circuli ad circūferentias & ad lineas procedētes a circūferentia ad centrum, ita se habet sensus communis ad sensus particulares & ad actus eorūdem, sed nulla linea potest pertingere ad centrū, nisi transeat per circūferentiam, ergo nulla sensatio potest pertingere ad sensationem nisi mediantibus sensibus particularibus, & per consequens sensus communis habet particulares sensationes specierum sensuum. Sed quia duæ rationes in pricipio dubij uidentur cōcludere q̄ uisus percipiat suum uidere, etiā accipiēdo uisum proprie ut distinguitur cōtra sensum cōmunem, ideo soluendę sunt. Vnde ad primum dicendum q̄ alio sensu homo percipit colorem, & alio sensu utputa sensu communi percipit se uidere, & iste sensus communis nō solum percipit uidere, sed etiam percipit ipsum colorē, non sub propria ratione coloris inquantum sensibilis est, non est enim inconueniens qđ unius obiecti materialiter sumpti sint plures potētię sc̄m diuersas rationes formales. Ad secundum dicendum q̄ iste sensus, qui percipit uisionem, percipit se sentire, nec est simile de uisu, quia sensus ille communis est, qui dicitur communis communitate cognitionis, & est alterius uirtutis quā sit potentia uisiua. Ad tertium patet solutio ex dictis. Ex istis inferē una conclusio tacite, principaliter tñ intenta in hoc capitulo, uidelicet q̄ præter sensus exteriores necesse est ponere sensum communem. Hæc conclusio patet tali ratione. Nam animal percipit actiones sensuum exteriorum, sed nō percipit illas actiōes per proprios sensus exteriores (ut declaratum est) ergo necesse est ponere unum alius sensum communem, qui habeat illas actiones percipere & de eis iudicare. Secūda dubitatio est utrum sensibile & sensus simul generentur & simul corrumpantur, uidetur quod nō. Nā sensibile non dependet in esse à sensu nec realiter nec formaliter, ergo uidetur quòd sensibile & sensus nō simul generentur & corrūpantur. Dicendū Philosophum q̄ sensibile in actu secundum rationem sensibilitatis consideratum, & sensus in actu simul sunt. Cuius ratio ex prędictis elicitur. Nam actꝰ sensibilis & actus sensus sunt unus actus subiecto, ergo sensibile in actu, & sensus in actu simul sunt, & simul non sunt, sed sensibile in potētia, & sensus in potentia non simul generantur & corrumpuntur. Et per hoc patet solutio ad rationem dubij. Tertia dubitatio. Quare est q̄ aliqua sensibilia corrumpunt sensum, & aliqua inferunt delectationem sensibus. Ad hoc dicēdum secundum Philosophum q̄ organum sensus consistit i debita proportione qualitatū sensibilium. Vnde qñ ista sensibilia sunt excellentia, tunc corrumpunt illam proportionem, & etiā sensum. Qñ vero nō corrūpūt illā proportionem, inferūt delectationē sensui. Dubitatur extra literam circa dictum Philosophi, & Doc. san. utrū actio sit subiectiue in patiente. Videtur qđ nō. Nā perfectio est subiectiue in eo, cuius est perfectio, sed actio quæcūq; (siue immanens siue transiens) est perfectio agentis, ergo actio est subiectiue in agente. In contrarium arguitur tali rōne Doc. san. Nam actio est quidam motus ergo si actio esset subiectiue in agente, sequeretur qđ omne agens in agendo moueretur ergo &c. Dicendum qđ duplex est actio, quędā est actio immanens, & talis est subiectiue in agente. Alia est actio transiēs, & illa pōt dupliciter cōsiderari, uno modo materialiter, uidelicet pro eo, qđ introducit ab agente in passum, & isto modo dicitur esse subiectiue in patiente q̄a vt forma, quę introducit ab agēte per suam actionem, suscipitur in patiēte, alio modo accipitur actio formaliter pro ipsa introductione actiua formę, & talis actio est subiectiuę in agēte & est pfectio eiꝰ, ut uoluit argumētum dubij, de q̄ ad lōgū tertio physicorum dubitabitur.

Sequitur in textu. ¶ Vnusquisq; quidem igitur sensus &c. ¶ Hæc est lectio tertia huiꝰ tertij libri, & in commento Sancti Thomę.

ISTVD est capitulum huius tractatus, in quo Philosophus concludēs sensum cōmunem esse ponendū ad discernendum inter diuersa sensibilia diuersorum sensuum ponit duas conclusiones, quarum prima est præter quinq; sensus exteriores necesse est ponere unum sensum communem ad discernendum inter sensibilia diuersorum sensuum. Et hæc conclusio probatur tali ratione. Nā nos percipimus differentiam & conuenientiam sensibilium diuersorum sensuum inquantum sensibilia sunt, sed cognoscere sensibilia inquantum sensibilia sunt pertinet ad sensum, ergo percipere differentias diuersorum sensibilium, in quātum huiusmodi, pertinet ad sensum, nō aūt ad sensum particularē, ergo pertinet ad sensum cōmunem. Quia autē discernere inter sensibilia diuersorum sensuū nō pertinent ad sensum particularem exteriorē patet, qa uel pertinet ad unū sensum, uel ad diuersos, nō primū, qa ille sensus nō cognoscit differentiam diuersorum sensibiliū, sicut uisus non cognoscit colotē & sonū per se loquēdo, ergo discernere inter sensibilia diuersorum sensuum non pertinet ad unum sensum particularem, nec potest dici secūdum, quia unus homo cognoscit differentias sensibilium diuersorum, ergo est in una potentia, qua illa diuersa sensibilia cognoscunt. Contra prædictam conclusionem sic arguitur. Nā discernere inter sensibilia diuersorū sensuum Philosophus attribuit tactui, ergo ad discernendum prædicta sensibilia nō est necesse ponere sensum communem. Præterea. Sensus particularis discernit inter diuersas sensibilia vtputa uisus inter albedinem & nigredinem, & sonus inter acutum & graue, ergo idem ut supra Præterea. Omnia sensibilia debite cognoscuntur per quinq; sensus exteriores, ergo non est necesse ponere sensum communē. Præterea. Intellectꝰ determinatā differentiam cognoscit inter sensibilia diuersorum sensuum, ergo non est necesse ponere aliquem sensum præter quinq; sensus exteriores, qui cognoscat differētiā inter sensibilia diuersorū sensuum particulariū. Præterea. Illa potentia, quæ discernit diuersa, cōponit & diuidit, sed cōponere & diuidere ptinet ad intellectum & nō ad sensum, ergo &c. Ad primū dicēdū qđ Philosophus attribuit actui discernere inter diuersa sensibilia diuersorum sensuum non principaliter, sed participatiue, inquantū uidelicet tactꝰ est propinquior sensui cōmuni cęteris sensibus. Ad secundum dicendum qđ unus sensus exterior discernit inter diuersa sensibilia sui ꝓpriꝰ obiecti, ut uoluit argumētum tamen uuus proprius sensus non discernit inter diuersa sensibilia diuersorū sensuum, sicut uisus non ponit differentiam inter colorem & sonum. Ad tertium dicēdū qđ licet omnia sensibilia cognoscantur à sensibilibus exterioribus quātum ad esse, non tamē cognoscuntur quantum ad differentiam & conuenientiam eorum, nisi à sensu cōmuni.

A su communi. Ad quartum dicēdum q̄ intellectus cognoscit differentiā diuersorū sensuum ęſtum ad qđ est non in quantū sensibilia sunt, sed hoc pertinet ad sensum cōem, ut dictum est. Ad quintū dicendū q̄ percipere differentiā & cōuenientiam colorum potest intelligi dupliciter. Vno modo affirmando uel negando, & quilibet mō percipit differentiam & cōueniētiā, diuidit & cōponit. Alio modo cognoscendo tātum, & isto modo non oportet q̄ ille, qui cognoscit differentiā colorū cōponat & diuidat. Secunda conclusio. Sensus cōis ponens differentiam inter sensibilia diuersorū sensuū simul cognoscit diuersa sensibilia. Hęc conclusio ꝓbatur tali ratione. Nam nullus potest ponere differentiam inter aliqua, nisi cognoscat illa, quæ differunt dum eorū differentiā percipi sed sensus cōmunis percipit differentiam diuersorum sensuum, ut patet per præcedentem cōclusionem, ergo sequitur q̄ simul cognoscit illa diuersa sensibilia. Contra hanc conclusionem arguitur sic tali ratione Philosophi. Nam impossibile est
B idem moueri diuersis motibus simul, sed sensus in cognoscendo mouetur (cum sentire sit quoddam pati) & sensibilia diuersorū sensuū sint contraria, ergo sequitur q̄ impossibile est q̄ sensus cōis simul cognoscat diuersa sensibilia. Ad hoc respondent aliqui dicentes q̄ idē subiecto diuersim tamē ratiōe potest moueri motibus contrarijs. Sensus aūt cōmunis licet sit idem subiecto. est tamē plures secundum rationem, igitur pōt moueri diuersis motibus. Sed hanc responsionem remouet Philosophus. Nam licet idem subiecto, diuersum tñ ratione contrarijs motibus possit moueri in potentia, non tamē in actu. Ideo aliter dicendum est ſm Philosophum q̄ sensus cōis se habet ut punctus, qui est centrum circuli. qui quidem punctus consideratur ut unum, & ut duo, ut unum, inquantū ab eo procedunt omnes lineæ ad circunferentiam. ut duo uero inquātum ad principiū unius lineæ & finis alterius similiter sensus communis est unus & duo unus, inquantum est radix omnium sensuum exteriorū inq̄tū a sensu communi procedunt uirtutes sensitiuæ ad organa exteriora. & consideratur ut duo, inquantum immutat secundū
C diuersas immutationes sensuum exteriorum, unde non est inconueniens q̄ moueatur simul motibus contrarijs inq̄tum est principium immutationum prædictarum. Circa prædicta dubitatur primo, utrum sensus exterior sit perfectior sensu cōmuni. & uidetur q̄ sic. Nam mouens est nobilius & præstantius moto, sed sensus exterior mouet sensum communē. ut patet ex dictis. ergo sensus exterior est perfectior. Dicendum secundum Philosophum q̄ sensus cōis simpliciter est pfectior, tum primo, quia immaterialiter suscipit species sensibiles, tum secundo, quia est radix & fundamentum omnium sensuum exteriorum, sensus uero exterior dicitur perfectior ſm quid & quantū ad aliquid, inquantum, uidelicet habet mouere sensum communem nō tñ est perfectior simpliciter, & per hoc patet solutio ad rationem dubij. Dubitaē secundo utrū præter sensum cōem & sensus exteriores sint ponendi alij sensus interiores & uī q̄ nō. Nā cōe nō distinguit contra proprium, sed sensus exteriores dīr sensus proprij, ergo præter
D sensus exteriores est ponēdus sensus cōis ab eis distinctꝰ. Præterea. Phantasticum & memorativum dicuntur passiones primi sensitiui, uidelicet sensus cōis. sed passio non diuiditur contra proprium subiectum, ergo præter sensum cōem non est ponenda memoria & phantasia. Dicēdum q̄ ꝑter sensus exteriores ponunt quatuor sensus ſteriores qui sunt sensus cōis, uis imaginatiua, q̄ dicit phātasia in brutis & æstimatiua, quæ dī uis cogitatiua, uel ratio particularis in hoīe, & memoria. Quorū sic pōt formari sufficiētia. Nam sensus est ꝓceptiuus sensibiliū. aut ergo est perceptiuus specierū sensatarū aut intentionū, q̄ nō percipiuntur a sensu exteriori. Si primū, hoc est dupliciter. aut talis sensus ordinaē ad accipiendū illas spēs, & sic est sensus communis. uel ad retinendū & conseruandum eas & sic est uis imaginatiua. quę dicitur thesaurus specierū sensatarum. Si secundū, hoc ē dupliciter. uel ordinatur ad recipiendum tales intentiones, & sic est æstimatiua in brutis, & cogitatiua siue ratio particularis in hominibus. uel ordinatur ad retinendum & conseruandum illas intentiones, & sic est memoria sensitiua. Et licet accipere & retinere in spūalibus nō pertineant ad diuersas potentias, tamē in corporalibus ad aliam potentiam pertinet recipere, & ad aliam retinere. Videmus. n. q̄ illa, quę bene recipiūt male retinent, & illa, quæ male recipiunt bene retinēt Ad primum dicendū q̄ licet cōe ꝓ prædicationem nō distinguantur contra proprium, cōe tñ per cognoscibilitatem & causalitatem distinguitur contra proprium, ut in proposito. Ad secundum dicendum q̄ memoria & phantasia dicuntur passiones primi sensitiui non tanquā subiecti, sed tanquam causæ. inquantum una potentia fluit ab anima mediante alia ut supra declaratum est.

Sequitur in textu. ¶ Quoniam autem duabus differentijs &c. ¶ Hic est secundus tractatus huius tertij libri de anima, & est lectio quarta eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTE est secundus tractatus huius tertij, in quo Phs ostendit intellectum nō esse idem cum sensu, & continet tria capitula. In primo capitulo Phs ostendit q̄ intelligere & sapere nō sunt idem cū sapere & sentire, & q̄ opinio & phantasia nō sunt idē In secundo capitulo ostendit q̄ phantasia nō est aliqua potentiarū uel habituū, quibus discernitur aliqd esse uerum uel falsum. ibi ¶ De eo quod est ¶ In tertio capitulo ostēdit quid est phantasia. ibi ¶ Sed quoniā est motus ¶ In primo capitulo ponuntur duæ conclusiones. quarum prima est. Sapere & intelligere nō sunt idem cum sentire. Prima pars huius cōclusionis. s. q̄ sentire nō sit idē q̄ sapere, ꝓbatur una rōne Phi, q̄ talis est. Sentire cōpetit oibus aialibus, sapere uero paucis. ergo sapere & G
sentire non sunt idem. Secūda pars eiusdē cōclusionis. s. q̄ intelligere nō sit idem quod sentire, probat duabus rationibus. quarū prima est Contingit recte & nō recte intelligere. recte quidē per uerā sciam, & p uerā prudentiā, & uerā opinionē. nō recte aūt p contrarium. s. p falsam scientiam & p falsam opinionem. sed nō cōtingit sentire non recte, sed solum recte quia sensus circa ꝓprium sensibile non decipitur. ergo intelligere & sentire nō sunt idē. Secūda ratio. Sentire competit omnibus aialibus, intelligere uero soli rōnali creaturæ, ergo idem ut supra. Cōtra prædictam conclusionē arguitur primo sic rationibus antiquorū oppositā partē tenentiū. Nā uirtus corporea nō pōt agere i rē incorpoream, cū sp agēs sit nobilius & altiꝰ passo. sed uirtus cœlestis agit in uirtutē intellectiuā ergo uirtus itellectiua ē uirtꝰ corporea, & p cōsequens intelligere est quoddā corporeū. & sic intelligere est idē cū sentire, q̄a qñ ab aliquibus remouetur id, p quod idifferunt tūc remanent idē, sed intelligere differe a sentire per hoc q̄ intelligere est quoddā incorporeū, ergo si remoueatur incorporeū ab intelligere relinquit quod intelligere erit quoddā sentire. Præterea, Ois apprehensio seu cognitio fit ratione similitudinis, sed intellectus cognoscit res corporeas, ergo intellectus etiam est corporeus, & per consequens idē ut supra. Præterea arguitur cōtra probationes. Nā prudentia est in aialibus rationalibus ex proemio metaphysice, sed sapere pertinet ad prudentiā, ergo uidetur q̄ sapere non competit paucis, sed multis animalibus. Preterea. Sicut sensus nō decipit circa proprū sensibile, ita intellectus non decipitur circa proprium intelligibile, ergo si non contingeret non recte sentire non contingit non recte intelligere. Ad primum dicendum quod uirtus cœlestis non agit in uirtutem intellectiuam per se, sed solū per accidens. ideo ratio non sequitur. Ad secundum di-

Quatuor sensus exteriores sufficiūt ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I cendum q̄ nō omnimoda similitudo requiritur ad cognitionem,sed sufficit similitudo proportionis, quæ est inter actum & potentiam unde non oportet q̄ si res sit corporea q̄ propter hoc sit etiā intellectus corporeus. Ad tertium dicendum q̄ prudentia cōpetit alicui dupliciter, similiter & sapere. Vno modo essentialiter, sic solum cōpetit rationali creaturæ. Alio modo participatiue, sic competit animalibus quibusdam brutis,inquantum per naturalem æstimationem prouident de futuris, ut patet de formicis. Ad quartū dicendū q̄ licet intellectus quantū ad primam eius operationem,nō decipiatur per se circa,ppriū intelligibile tamen quantū ad eius secundā operationem pōt decipi falsē.uidelicet dividendo uel componēdo. Secunda conclusio. Opinio non est eadem cum phantasia. Hęc conclusio ,patur tribus rationibus Philosophi.quarū prima est. Opinio sequitur intellectum, phantasia sensum,sed sensus & intellectus non sunt idem, ergo opinio & phantasia nō sunt idem.Secunda ratio. Phantasticare est in potestate nostra,sed opinari non est in potestate nostra, sed requiritur rō,p quā opinamur uerū uel falsum. ergo &c. Præterea. Ex opinione sequitur immediate passio in appetitu,sed ex phantasia non sequitur immediate passio in appetitu,ergo opinio & phantasia non sunt idē. Et si dicatur,non possumus opinari nisi phantasticando ergo opinio & phantasia sunt idem. Dicendum negando consequentiā quia sicut nos nō possumus intelligere nisi sentiendo,& tamen intellectus non est idem cum sensu, ita licet non possumus opinari sine phantasia,tamen non sequitur q̄ opinio sit idem cum phantasia.

Sequitur in textu. ¶ De eo autem &c. ¶ Hæc est lectio quinta eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est secundum capitulū secundi tractatus, in quo Philosophus determinando de phantasia per respectū ad alias potentias cognoscitiuas,ponit tres conclusiones inferendo unum corollarium. Quarum prima est q̄ phantasia nō est sensus in actu,nec sensus in potentia. Hanc conclusionē probat Philosophus primo in generali tali ratione.quia dormiens phantasticatur nō secundum sensum in potentia,quia sensui in potentia nihil apparet.neq; secūdum sensum in actu,quia in somno nō est sensus in actu.Hinc probat Philosophus eandem conclusionem in speciali,& primo quod non sit sensus in potentia una ratione.Nam sensus in potentia semp ineſt animali,sed phantasia non semper cōuenit animali,ergo phātasia non est sensus in potentia. Deinde probat eandē cōclusionem quātū ad secundam partem, uidelicet q̄ phātasia non est sensus in actu,quatuor rationibus,quarū prima est.Sensus in actu cōpetit oibus animalibus sed phātasia non competit omnibus alimalibus,utputa formicis & cæteris aialibus imperfectis.ergo &c. Et si dicatur cōtra. Cuicunq; ineſt sensus,eidem ineſt phantasia,ut supra in secundo concessum est.ergo sicut sensus competit omnibus animalibus,ita & phantasia. Dicendum q̄ duplex est phantasia.quædam est determinata. quæ habet determinatum organum. & talis non ineſt omnibus animalibus.alia est phantasia indeterminata & imperfecta & talis bene competit omnibus animalibus.de qua nō est hic ad propositum Secunda ratio. Sensus secundum actum per se semper est uerus,sed uisiones phantasticæ non semper sunt ueræ. Tertia ratio. Per sensum certitudinaliter iudicamus de re,sed per phantasiam nō certitudinaliter iudicamus dicendo hoc est hoc,sed dicimus q̄ hoc apparet nobis hoc,ergo &c. Quarta ratio. Phātasia ineſt dormientibus,ut dictum est.sed sensus non competit dormientibus,ut patet.ergo phantasia non est sensus in actu. Et si arguatur contra. Ista phantasia est quædam potentia uel ergo est potētia sensitiua,uel intellectiua,uel uegetatiua, uel appetitiua,uel motiua,secundum locum,sed manifestum est q̄ phantasia non est intellectus,nec potentia uegetatiua,nec motiua secundum locum,nec appetitiua,ergo est sensitiua. Dicendū q̄ sensus potest accipi dupliciter. Vno modo ut se extendit ad oēs sensus interiores & exteriores. & isto modo bene phātasia pertinet ad sensum. cū sit sensus interior,ut supra dictū est. Alio modo accipitur proprie uidelicet pro potentia,qua anima aliquid apprehendit determinate cū quadam determinatione. & isto modo phantasia non est sensus, Secunda conclusio. Phātasia non est intellectus nec scientia. Hæc conclusio probatur una ratione Philosophi. Nam intellectus est primorum principiorum uerorum. scientia est habitus per demōstrationem acquisitus,qui est semper uerus,sed phantasia non est semper uerorū,ergo phātasia nō est intellectus, neq; scientia. Secunda cōclusio. Phantasia nō est opinio. Hæc conclusio probatur duabus rationibus Philosophi. quarum prima est. Ad opinionem,sequitur fides,sed fides non est in animalibus brutis quibusdam,ergo phātasia nō est opinio. Secunda ratio ad opinionem(ut dictum est)sequitur fides,ad fidem sequitur persuasio, ad persuasionē sequitur ratio,ergo opinio inuenit solū in illis, in quibus inuenitur ratio,sed phantasia non solum reperitur in animalibus habentibus rationem,ergo idem ut supra. Ex p̄dictis infert Philosoph⁹ unū corollariū.uidelicet q̄ phātasia non est quid compositum ex sensu & opinione.

Sequitur in textu. ¶ Quoniam autem audit &c. ¶ Hæc est lectio sexta huius tertij libri,& in cōmento Sancti Thomæ.

ISTVD est ultimum capitulum huius tractatus in quo Philosophus determinando de phantasia quiditatiue ponit unam conclusionem dūtaxat. uidelicet Phantasia est quidā motus factus a sensu fm actum. Hęc conclusio probatur tali ratione. Nam ab eo quod est motum contingit aliud moueri,cum aliquando aliud sit mouens & motum,ut patet in octauo physi. sed sensus mouetur a sensu,ergo a sensu secundum actum potest fieri motus. talis autē motus est phantasia,ergo phantasia est motus factus a sensu secundum actum. Considerandum est hic secundum Philosophum q̄ phantasia est aliquando falsorū,cuius rō est,quia sensus,licet circa propriū sensibile ut in pauctoribus decipiat,tū circa sensibilia p̄ accidens decipit,nō ut in pauctioribus,sed ut sæpe, & magis circa sensibilia cōia,ergo a fortiori phantasia circa phantasmata decipitur cum magis recedat a radice uirtutis cognoscitiuæ. Considerandum est fm eundem q̄ phos græce est lux latine,a quo phanos uenit.i. apparitio,siue illuminatio. a quo ulterius derivatur phantasia.

Sequitur in textu. ¶ De parte autem animæ qua sapit & intelligit &c. ¶ Hic est tertius tractatus huius tertij libri, & est lectio septima commenti Sancti Thomæ.

ISTE est tertius tractatus huius libri, in quo Ph̄s determinat de parte intellectiua,& continet in se sex capitula. In primo capitulo Philosophus determinat de intellectu possibili fm se. In secundo uero ostendēdo qualiter intellectus possibilis reducitur in actu determinat de obiecto eius. ibi ¶ Cum autem sic singula fiant ¶ In tertio mouet quasdam dubitationes circa præcedentia,& soluit eas.ibi. ¶ Dubitabit autem utiq; aliquis. ¶ In quarto capitulo determinat de intellectu agente & intellectu in actu.ibi ¶ Quoniam autem in omni natura. ¶ In quinto determinat de operationibus intellectus possibilis.ibi ¶ Indiuisibilium quidem igitur. ¶ In sexto capitulo determinat de intellectu per respectū ad sensum.ibi, ¶ Videtur

A ¶ Videtur aūt sensibile. ¶ In primo capitulo ponitur una cōclusio q̄ talis est. q̄ Intellectus possibilis ē potētia passiua. Hæc cōclusio probatur tali rōne Philosophi. Nam sicut se habet sensus ad sensibile,ita se habet intellectus ad intelligibile,sed sensus est potētia passiua, & sentire ē q̄dam pati. ut ex supradictis patet ergo intellectus possibilis est potentia passiua,accipiendo,uidelicet pati p̄ quocunq; recipere. Ex hac conclusione infert Ph̄s duo corollaria quarū primū est. q̄ intellectus non est cōpositus ex naturis diuersarum rerum naturaliū ut antiqui uoluerūt. Cuius ratio est. Nam illud,qđ est in potentia ad aliquid & est receptiuū illius caret illo,sed intellectus possibilis est in potētia ad oīa intelligibilia,& est receptiuus illorū ergo non est compositus actu ex illis. Secūdū corollariū est. q̄ intellectus non est affixus organo corporali. qa si esset affixus organo corporali, esset cōpositus ex naturis corporalibus, quia actus alicuius potentiæ organicæ, non solum attribuitur ipsi potentiæ, sed etiam toti cōposito ex potentia & organo. Pro declaratione huius cōclusionis considerandum est fm Philosophum q̄ diuersimode sensus dicitur potentia passiua,& intellectus ipse. Nam sensus,licet non patiatur passione proprie dicta, patitur tn̄ per accidens rōne organi,sed intellectus,neq; per se,neq; p accidēs pōt pati passione propria dicta, cū nō sit affixus organo corporali. Et si dicaē. Ad intellectū requiritur cognitio sensitiua,ergo intellectus pōt pati per accidens,uidelicet ad passionem organorū sensuū, q̄ patiuntur passione proprie dicta. Dicendum q̄ aliquid pōt competere alicui per accidēs dupliciter. Vno modo, quia aliquid coniungitur ei per se,& isto modo intellectus potest pati passione proprie dicta per accidēs, rōne organi & non ratione intellectus. Alio mō aliquid competit alicui per accidens,uidelicet ratione alicuius extrinseci. & isto modo possumus concedere q̄ etiam patitur passione proprie dicta. Contra prædictam conclusionē sic arguitur,nam intellectus est ipsa mēs,sed fm Augustinum nono de trinitate,mens non relatiuæ dicitur,sed ipsam essentiam demonstrat,ergo intellectus est ipsa essentia animæ & non potentia eius,& per consequens non est potentia passiua. Præterea. Homo conuenit cum angelis in natura intellectuali,sed angelus dicitur intellectualis & mens, ergo & homo. & sic idem,ut supra. Præterea. Vnūquodq; patitur per materiā,sed intellectus non est potentia materialis,ut concessum est. ergo intellectus non patitur. Præterea. Quicquid dicit passibile est corruptibile,ut concedit Philosophus in isto tertio,& etiam in primo de cœlo, sed intellectus non est corruptibilis. ergo non est passibilis. Præterea. Agens est præstantius passo,sed potētia uegetatiua,quæ est inferior potentia intellectiua est potentia actiua,ergo a fortiori potentia intellectiua erit potentia actiua. Ad primum dicendum q̄ intellectus accipitur quatuor modis. Aliquando accipitur pro essentia animæ ut in auctoritate Augustini adducta. Aliquādo accipitur pro potentia intellectiua,ut in proposito. Aliquando accipitur p̄ habitu,cum dicimus q̄ intellectus est habitus principiorum. Aliquando uero sumitur pro operatione ipsius intellectus. unde argumentum laborat in æquivoco. Ad secundum dicendum quod Angelus non dicitur intellectus essentialiter. sed solum dicitur intellectus & uoluntas ad denotandum, q̄ in eo non sunt nisi illæ duæ potentiæ. & ideo appropriatiue. Angelus dicitur intellectus,non autem essentialiter. Ad tertium dicendū q̄ pati accipitur tripliciter. proprissime, uidelicet pro receptione alicuius formę cū ablatione alterius, qđ cōuenit fm naturam,uel fm aliquid,ad quod habet naturalē inclinatiō nē. Et isto mō intelligere nō est quoddā pati. Et isto modo qui infirmatur patitur. Alio mō dicitur pati minus proprie. uidelicet pro receptione alicuius cū ablatione alterius, siue illud alterum sit naturale, siue præter naturā. & illo modo, qui sanatur dicitur pati, quia ab eo remouetur infirmitas. tertio modo dicitur pati communissime. uidelicet pro quacunq; receptione alicuius, siue talis receptio fiat cum ablatione alterius, siue non. Et isto modo intelligere est quoddam pati,& potētia intellectiua dicitur potentia passiua. Argumentum autem procedebat de passione quantū ad primū uel secūdum eius modum. Et p hoc patet solutio ad quartum. Ad quintum dicēdum q̄ respectu eiusdem obiecti agens est nobilius passo, non autem si referantur ad diuersa. Intellectus aūt est uis passiua respectu totius entis uniuersalis,uegetatiuum aūt est actiuum respectu eiusdem entis particularis. s. corporis coniūcti. unde nihil prohibet tale passiuum esse nobilius huiōi actiuo. Circa prædicta dubitatur utrum intellectus possibilis sit substantia separata. Et uidē q̄ sic. Nam substantia immaterialis dicitur substantia separata, cum q̄libet talis sit per se subsistens. sed intellectus possibilis est immaterialis,ergo est substantia separata. Dicendū est secūdū Doctorem sanctum in præsenti lectione q̄ intellectū esse substantiam separatam est impossibile. Quod probat tali ratione. Nam hic homo intelligit,ergo intelligit aliquo formaliter. sed non intelligit aliquo formaliter nisi ipso intellectu. sed illud,quo aliquid operatur formaliter nō est separatum ab eo,ergo intellectus possibilis non est separatus ab homine,uel oportebit dicere q̄ hic homo nō intelligit aliquo formaliter. Sed forsitā diceretur ad hoc q̄ licet intellectus sit separatus ab homine,unitur tamē ipsi mediante specie intelligibili. Sed hęc solutio non euacuat rōnem prædictā. quia dato q̄ intellectus possibilis uniatur homini per speciem intelligibilē,non tamen sequitur q̄ hoc homo per illā speciem intelligibilē intelligat, sed magis q̄ ille intellectus est,qui intelligit,& illud, quod unitur animę per speciem intelligibilem est quoddam intellectum. unde adhuc ratio est assignanda propter quid hic homo formaliter intelligat. Ad rōnē dabi dicendū q̄ tripliciter aliquid potest dici immateriale. Vno modo obiectiue,& illo modo intellectus non est immaterialis. Alio modo organice & instrumentaliter,& isto modo est immaterialis. Tertio modo secundō esse, uidelicet q̄ non existat in materia,nec in qua nec ex qua,& isto modo intellectus dicitur materialis & immaterialis. Substātię uero separatę sunt immateriales tertio modo. unde nō oportet q̄ intellectus sit separatus ab homine. ergo & ipse intellectus erit in homine.

An possibilis intellect⁹ sit substantia separata.

Nota diligēter contra Auer.

Sequitur in textu. ¶ Cum autem sic singula &c. ¶ Hęc est lectio octaua eiusdem libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est secūdum capitulum huius tertij tractatus, in quo Ph̄s determinando de obiecto intellectus possibilis ponit unā conclusionem, quæ est talis. Singularia nō intelligunē directe,sed reflexe Hæc cōclusio probatur tali ratione. Nam intellectus primo & per se intelligit naturam & quiditatem rei,ut hic supponitur. sed in omnibus materialibus ipsum quodquid est,differtēs est ab eo cuius est. nā aliud est magnitudo & magnitudinis esse,& aqua & aquę esse. ergo sequitur q̄ quiditas,& illud,cuius est quiditas. s. singulare cognoscuntur diuersis potentijs uel ab eadem diuersimode. cū ergo intellectus primo & per se & directe quiditatem cognoscat, necesse est dicere q̄ intellectus non cognoscat singularia primo & per se & directe,sed alia potentia uidelicet sensus. Qđ autem singularia possint in directe & reflexe intelligi, probatur sic extra literam. quia illa potētia , q̄ comparat unum alteri cognoscit comparabilia, quia ordinare siue comparare nescit,qui rationes comparabilium ignorat. sed intellectus comparat uniuersale ad singulare, ergo cognoscit utrunque. Cōfirmatur. quia nullus pōt cognoscere differentiā aliquorum,nisi cognoscat extrema,sed intellectus ponit differentiam inter uniuersale & singulare, ergo [illegible] ut supra. Ex hac conclusione infertur secundum Ph̄m q̄ quiditas rei materialis est proprium & p se obie

Universidad de Deusto
Biblioteca

I

etū intellectus. Hoc corollarium patet tali rōne. Nā intellectus primo & per se intelligit quiditatem, nō aūt q̄ditatem separatam. ut voluerūt Platonici, ergo intelligit quiditatē existere in rebus materialibus. sed illud, q̄d primo & p se intelligitur ab aliqua potēia est obiectū eius, ergo relinquitur q̄ quiditas rei materialis est obiectū intellectus nri. Et si q̄ratur quō intellectus exit de potentia ad actum intelligendo obiectum illud. Dicendū ſm Philosophū q̄ intellectus habēs habitū scientiæ reducit ad actum dū vult, quia habet species intelligibiles apud se. quod est contra Aut. sed dū intellectus nondū habet scientiam, nō reducitur ad actū dum vult sed q̄ritur virtus docentis siue intrinseci (ut ipsius intellectus agentis) siue extrinseci. ut ipsius magistri. Cōtra p̄dictam conclusionem sic arguitur. p̄bando q̄ singularia intelligūtur rōnibus antiquorum Philosophorū illam partem tenentium. Nam actio & passio sunt singulariū & suppositorū. ut patet in proemio metaphy. si. ergo universale non est id, q̄d' intelligitur, sed singulare. Pr̄eterea. Quiditas siue natura rei, quę est id, quod intelligitur, est res significata extra animam, ergo est res singularis, sic idē. ut supra. Pr̄eterea Illa potētia, q̄ per se fertur ad aliquod obiectum etiam per se fertur in quamliber partem subiectiuā eius, licet non primo sicut visus qui p se primo fertur in colorē, etiā p se fertur in albedinem & nigredinē, licet non primo. sed singularia sunt partes subiectiue universalis, ergo si per se intelligūtur. sequitur q̄ singularia p̄r se intelliguntur. Pr̄eterea. arguitur probando q̄ singularia nullo mō intelliguntur. Nā universale est dū intelligitur, singulare vero dum sentit, ut patet in hoc tertio. ergo singulare nō intelligit. Pr̄eterea. Sicut se habet sensus ad sensibile. ita intellectus ad intelligibile, ergo p locū a transmutata ꝓportione, sicut se habet intelligibile (utputa universale) ad sensum, ita se habet sensibile (utputa singulare) ad intellectum. sed universale non sentitur, ergo singulare nō intelligitur. Pr̄eterea. arguitur contra maiorem probationis. p̄bando q̄ quiditas & illud, cuius est in materialibus nō distinguantur realiter. Nam idē est caro & carnis esse, ut hic dicit Philosophus sed caro pertinet ad res nimis materiales ergo in materialibus idem est quid est, & illud, cuius est. Pr̄eterea. Definitio & definitum sunt idē essentialiter, ergo quodquid est significatū definitionis est idē cum eo, cuius est, quod est ipsum definitū. Pr̄eterea. Quando aliqnid pr̄dicatur de alio pr̄dicatione essentiali in primo modo dicendi per se, illud pr̄dicatum non diuiditur realiter a tali subiecto, sed natura. siue quiditas concretiue designata p̄ dicatur in primo mō dicendi per se, dicendo, Socrates est homo. & Socrates est aial metaphorice loquēdo ergo Socrates & homo sunt idem realiter, & p cōsequens natura & suppositū. Pr̄eterea. arguitur contra corollariū probā- K
do q̄ quiditas rei materialis nō sit obiectū intellect⁹ nostri. Nam illud est obiectū alicuius potētiæ, quod primo apprehēditur ab illa potēia. sed ens inter p̄dicata omnia primo intelligitur ab intellectu, ut dicit Auicē. in primo suæ metaphy. ergo ens erit obiectum intellectus nostri & non quiditas. Si dicatur q̄ ens est primū obiectum intellectus adæquatū, nō aūt proprium. Contra Idem est primum & adæquatum, primo posteriorum. ergo si ens esset primum obiectum intellectus. erit obiectum adæquatum & per consequens proprium. Pr̄eterea nihil apprehendit ab aliqua potentia nisi quod continetur sub illius potētię obiecto, sed multa apprehendunt ab intellectu, q̄ non cadunt sub quiditate rei materialis, ut sunt substantię separatæ. ergo &c. Pr̄eterea illud est obiectū intellectus, sub cuius ratione omnia intelliguntur, sed Deus est huiusmodi, cum nihil sit intelligibile, quod non participet aliquid ab eo. ergo idē ut supra. Ad primū dicendū q̄ duplex est actio. Quædam est actio corporalis. Alia est actio spiritualis. uerum est q̄ actio & passio corporalis sunt suppositorū. actio tū spiritualis nō semp est suppositorū. Obiectum aūt intellectus non agit in intellectū actione cor- L
porali. iō tō non sequitur Ad sc̄m dicēdū q̄ natura siue quiditas rei materialis ſm q̄ est in re materiali significata intelligitur sine cōditionibus singulariū p primam operationē intellect⁹. uñ nō oportet q̄ singulare sit illud quod primo intelligitur. nec pp hoc intellectus est falsus. ut dicit Doctor sanctus qa illa q̄ sunt coniuncta secundū esse pōt separatim intelligi per primā operationē intellectus, non aūt per secundā. Et si arguatur. Illud, a quo aliqd abstrahitur ab intellectu prius intelligitur, sed a phantasmatibus & singularibus abstrahitur spēs intelligibilis. ergo singulare prius intelligit. Dicendū q̄ dupliciter contingit abstrahere. uno mō positiue, alio mō priuatiue. Intellis n. dū abstrahit ille a particulari abstrahit priuatiue. nihil. n. aliud est intellectum abstrahere universale a singulari q̄m intelligere universale non intelligendo singulare. ut infra patebit. Ad tertiū dicēdū q̄ duplices sunt partes subiectiuæ alicuius totius universalis. Nā q̄dā sunt partes subiectiue, quæ non includūt aliquid reale, seclusa quacunq; operatione intellectus, quod non includat ipsum totū, & tales partes ab eadem potentia intelliguntur, sicut & totū, licet non primo. ut uolunt argumentum. alię sunt partes. q̄ includūt aliquid realiter quod est extra essentiam totius, eram seclusa quacunq; opatione intellectus, sed nō oportet q̄ ipse apprehendantur ab illa potentia per se, a qua totum intelligitur. Cum igitur singularia aliquid includant realiter, quod non includit natura universalis, nō oportet q̄ singularia per se intelligantur ab intellectu, licet ab eo intelligantur per se universalia. Ad quartū & quintū dicēdum q̄ procedunt de intellectione directa. non autem reflexa. Ad sextū dicendū q̄ quia substātiæ separatæ sunt nobis immanifestę. Philosophus de eis exemplificat per exēplum naturale per carnem & carnis esse. unde ipse dat intelligere q̄ illud exemplum in substantijs separatis idem est quodquid est & illud cuius est. Ad septimū dicendū q̄ quodquid est poterit ad duo cōparari, tanquam ad illud, cuius est. Vno mō cāquam ad definitum & sic quod quid est, est idē cum eo cuius est quibuscunq; rebus. Alio modo potest comparari ad suppositа naturæ. & illo modo in substantijs materialibus quodquid est non est idem cum eo, cuius est. Ad octauum dicendū q̄d q̄n aliquid p̄ dicatur de aliquo subiecto prædicatione essentiali, illud prædicatum est idem cum eodem subiecto, dūmō subiectum ipsum non includat aliquid in sua ratione, quod sit extra intellectum ipsius quiditatis. secus autem si includat aliquid extraneū realiter, ut in ꝓpositio. Ad nonū dicē- M
dū q̄d' ens q̄d' apprehēditur ab intellectu nostro est obiectum cōe, non aūt obiectū adæquatū alicuius potentiæ, quod pōt apprehendi ab illa potentia specie distincta, sed ens non solum pōt apprehendi ab intellectu humano, sed etiam ab angelico secundum eōem rationē eius. ideo ens non est obiectum adæquatum intellectus nostri accipiendo intellectum ut se extendit ad intellectum Diuinum Angelicum, & humanum. Ad decimum dicendū quod primum accipitur dupliciter. Vno modo accipitur primum a prioritate prædicationis. Alio modo pro prioritate adæquationis. Illud. n. quod est primum obiectum prioritate adæquationis est proprium obiectū, nō autem est primum obiectum quod est primū prioritate prædicationis. Ad undecimū dicendū q̄ nihil apprehenditur ab intellectu nostro corpori conuncto, nisi illud quod cadit sub quidita- N
te rei materialis. aut per se, aut per accidens. Ad duodecimū dicendū q̄ omnia sub ratione deitatis effectiue intelliguntur, non autem formaliter & obiectiue. Circa prædicta dubitatur primo, utrū species intelligibiles remaneant in intellectu post actualem considerationem, & arguitur breuiter q̄ non rationibus Auicennæ. Nam recipere & retinere non pertinent ad eandem potentiā, sed intellectus possibilis recipit illas species intelligibiles, ergo non retinet eas. Pr̄eterea. Sicut se habet diaphanum ad susceptionē luminis, ita se habet intellectus possibilis ad susceptionem specierū intelligibilium, sed diaphanum post actua- O
lem

A lem susceptionem luminis (ut postquā non informatur lumine actualiter) non retinet lumen, ergo intellectus possibilis post actualē considerationem non retinet species intelligibiles. Pr̄eterea. Duo accidentia eiusdem generis nō possunt esse in eodē subiecto simul, sed oēs species intelligibiles sunt eiusdem generis ergo non possunt esse simul in intellectu possibili, & per cōsequēs post actualē considerationē corrumpunt. In oppositum arguitur p̄ Philosophum hic in litera. Dicendum q̄ post actualem considerationē remanēt species intelligibiles in intellectu possibili. Cuius ratio est. quia maioris virtutis est intellectus possibilis q̄m sensus, sed in sensu post actualē sensationē remanent species sensatæ, q̄ in imagine retinētur, ergo a fortiori post actualem considerationem remanēt species intelligibiles in intellectu inquantum in memoria intellectiua retinenē & conseruantur. Pr̄eterea. Si non sequeretur q̄ nunquam homo haberet scientiam aut in actu complēto aut in potentia tantum. sequeretur etiam q̄ uanū esset
B studere & addiscere. Ad primū dicendum q̄ licet in materialibus ad eandē potentiā non pertineat retinere & recipere, tū in potentijs immaterialibus ad eandem potentiam pertinet retinere & recipere. ad eandē dico ſm essentiam diuersam, tū secundum diuersa officia actuū, ut infra patebit. Vnde intellectus, qui recipit species, & memoria quæ retinet non sunt duæ potentiæ essentialiter distinctę sed sunt una potentia, cui ſm diuersa officia actus attribuunt diuersi. Ad sc̄m dicēdū q̄ non est simile de lumine susceptio in aere & de speciebus susceptis in intellectu. quia lumen quod susciputur in aere dependet a corpore illuminante quantum ad esse & quantū ad fieri & conseruari, sic nō est de speciebus intelligibilibus respectu obiectorū. Ad tertiū dicendū q̄ licet diuersa accidentia eiusdem generis sc̄m actum completū non possint esse in eodem subiecto simul, tū ſm actum incompletū, qui mediat inter puram potentiam & actum perfectū, possunt esse simul in eodem subiecto. Species autem intelligibiles post actualem considetationem habent esse solum in potentia secundū actum non perfectum, sed imperfectū. Secundo
C dubitatur utrum species intelligibilis sit id, quod intelligitur. Et arguitur q̄ sic. Nam intellectus & intelligibile sunt idē, ut cōcedit in isto tertio. sed res extra aiam nō est eadē cū intellectu, ergo sequit q̄ spēs intelligibilis ē idē cū intelligibili, & sic, ē id q̄d intelligit. Pr̄eterea. Quelibet qualitas p̄t esse res intellecta, sed spēs intelligibilis est qualitas q̄dā. ergo spēs intelligibilis ē res intellecta. Pr̄eterea. Illud est res intellecta quod primo apprehendit ab intellectu, sed species intelligibilis est hmōi, ergo &c. In oppositū arguit ex his, q̄ dicta sunt. Nā obiectū intellectus est illud, q̄d' intelligit, sed spēs intelligibilis nō est obiectū intellectus, sed q̄ditas rei materialis, ut dictū est. ergo &c. Dicēdū q̄ species intelligibilis nō est illud, q̄d' intelligit sed illud quo aliqd intelligit. cuius rō est. qa illud ē q̄d in telligit, q̄d affirmat uel negat intellect⁹, & est extra aiam uel aliquid de re extra animam, ergo res extra animam est illud, q̄d' intelligit, & spēs intelligibilis ē illud quo aliqd intelligit. Ad primū dicēdū q̄ intellect⁹ in actu ē, idē cū
D intelligibili in actu nō sc̄m se totū, sed sc̄m suā sistrudinē, q̄ suscipitur in intellectu, & est eadē cū intellectu, non quidē essentialiter, sed subiectiue. Ad sc̄m dicēdū q̄ species intelligibilis pōt considerari dupliciter. Vno mō ut est natura quædā de gñe qualitatis, & isto mō posset esse res intellecta. alio mō illud, quo res intelligit ut dictū est, & illo mō suscipit in intellectu formaliter & tanq̄ quo, nō aūt obiectiue & t̄q̄ q̄d. Et p hoc patet solo ad tertiū.

Sequitur in texcu. { Dubitabit aūt utiq; aliqs &c. } Hęc est lectio. 9. huius tertij libri, & in cōmēto. S. Tho.

ISTVD est tertium capitulum præcedentis tractatus, in quo Philosophus soluēdo duas dubitationes ponit duas conclusiones. quarū prima est q̄ intelle- E
ctus possibilis pōt intelligere. Hæc cōclusio ꝓbatur tali rōne. Nam illud, q̄d' est in potentia ad intelligibilia suscipienda pōt intelligere, sed intellectus possibilis est in potentia ad intelligibilia suscipienda. cum sit tanq̄ tabula rasa in qua nihil depictum est. depingibilis tamen scientijs & uirtutibus. ergo sequit q̄ intellectus possibilis pōt intelligere. Contra hanc cōclusionem arguit Philosophus. Nā agens & patiens habēt aliquod cōe, sed intellectus possibilis cū sit simplex nō uideetur habere aliqd cōe cū re intellecta, ergo uidet q̄ intellectus possibilis nō potest intelligere. Dicendū q̄ intellectus possibilis habet aliqd cōe, in quo cōuenit cū aliis patiētibus. cōuenit. n. cū aliis in hoc, q̄d' est recipere. Secunda cōclusio. Intellectus possibilis intelligit seipsum, non per suam essentiā, sed p̄ suam speciem intelligibilem. Hæc cōclusio probatur tali rōne. Quia intellectus seipsum intelligendo intelligit se intelligere, sed intellectus nō intelligit se intelligere per suā essentiam, sed per suam speciē intelligibilem. Contra hanc conclusionem arguitur sic. Vnumquodq; est intelligibile sc̄m q̄ est in actu, sed intellectus possibilis nō est in actu (cū sit in potētia ad omnia intelligibilia) ergo intellectus F
possibilis non pōt intelligi. Pr̄eterea. Si intellectus possibilis intelligeret a seipso. sequeret q̄ idē esset mouens & motū respectu eiusdē, & p consequens illud esset in actu & in potentia respectu eiusdem, consequēs est falsum, ergo &c. Sequela patet. quia intellectus intelligendo mouetur a re intellecta, ergo si intellectus possibilis intelligeret seipsum moueret a seipso. Pr̄eterea. Angelus cognoscit se ipsum p suam essentiā, ergo pari ratiōe intellectus noster intelligit seipsum p suam essentiā, cum sit immaterialis Pr̄eterea. Si intellectus intelligeret seipsum per speciē, uel intelligeret seipsum & suā speciē & suum obiectum semper unico actu, uel alio & alio actu. Non sc̄m, qa impole est q̄ intellectus simul diuersis actibus intelligat. Neq; etiā primum, quia dum intelligit rem intellectam intelligit seipsum. Pr̄eterea. Si sic, sequeret q̄ intellectus semp intelligeret, qa intellectus est sibīpsi pūs. Ad primū & ad sc̄m dicēdum q̄ ista duo argumēta ꝓbant q̄ intellectus non intelligit seipsum per suā essentiā. non aūt q̄ non intelligat seipsum p̄ spēm intelligibilē. Ad tertium dicēdum ne- G
gando sequælam. qa intellectus angelicus est in actu, sed intellectus noster est in potētia. Et licet sit immaterialis quantū ad organū. est tū materialis quantum ad esse. Ad quartum dicendum quod Doctor sanctus in prima parte concedit quod intellectus intelligit se & suum intelligere & suum obiectum diuersis actibus. Sed in primo sentētiarū concedit quod unico actu omnia illa intelligit. Pro cuius cōclusionis declaratione, considerādum est q̄ spēs intelligibilis & intellectus pōt dupliciter cōsiderari. Vno mō sunt q̄dā res uerę inter se distinctæ, & isto mō alio actu intellectus pōt intelligere suā spēm, & alio actu seipsum & intelligere suū. Alio mō pōt cōsiderari ut sunt principia intelligendi, & isto mō unico actu, oia intelligūtur. Ad quintum dicēdū negando sequælā. quia illæ spēs intelligibiles nō sp sunt in actu, uñ non oportet q̄ intellectus intelligēs seipsum p̄ spēm intelligibilē sp intelligat. H

Sequitur textus. { Quoniam aūt in omni natura } Hæc est lectio decima huius tertij libri, & in commento Sancti Thomæ.

ISTVD est quartum capitulū, in quo Philosophus determinando de intellectu agente in actu, ponit unā conclusionem, quæ talis est. q̄ p intellectū possibilē necesse est ponere intellectum agentem. Hæc conclusio probatur tali ratione Philosophi & exemplo. Primo sic. Nam in omni natura, q̄ quandoq; est in potentia & quādoq; in actu, necesse est ponere aliquid ut materiam in illo genere, per quod est in potentia ad omnia q̄ sunt illius generis, & aliquid in actu, quod se habet ut ars respectu artificiorum, per quod potest facere illa omnia actu sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

